EVSEBIVM
PAMPHILI








149 H
rotz

Eusebius Pamphili
" De evangelica preparatione.



Ex duplicibus et ueteribus libris emptus fuit a me bibliothecario

3/9/13

VSEBIVM Pamphili de euangelica præpatione latinũ ex græco beatissime pater iussu tuo effeci. Nam quom eum uirum tũ eloquentia: tũ multaꝝ rerum peritia: & ĩgenii mirabili flumĩe ex his quæ iam traducta sunt præstantissimũ sanctitas tua iudicet: atq; ideo quæcũq; apud græcos ipsius opera extẽt latina facere ĩstituerit: euãgelicã præparationem quæ ĩ urbe forte reperta est: primũ aggressi traduximus. Quo quidẽ in libro quasi quodam in speculo uariã atq; multiplicem doctrinã illius uiri licet admirari. Cũcta enim quæ ante ipsum facta inuẽtaq; fuerunt quæ tamẽ græce scripta tũc ĩuenirent: multo certius atq; distinctius ipsis etiam auctoribus qui scripserunt percepisse mihi uidetur. Ita quom constet nihil fere præclarum unq̃ gestum fuisse quod illis temporibus græce scriptum nõ extaret: nihil ĩ rebus magnis naturaq; abditis quod a philosophis nõ eẽt explicatũ: omnia ille tum memoriæ tenacitate: tum mentis percepit acumine: ac ut apes solent singulis insidere floribus: indeq; quod ad rem suam cõducit colligere: nõ aliter ille ũdiq; certiora uerisimilioraue deligẽs mirabilem sibi atq; inauditũ scientiæ cumulum cõfecit: multiplices uariasq; philosophorum sectas nõ ignorauit: infinitos pene gentium omnium religionis errores tenuit: orbis terrarum historiam serie sua dispositam solus cognouit & cæteris tradidit. Nam quom non esset nescius gestaꝝ rerum historiam titubare sãctissime pater nisi distĩcta tẽporibus pateat. Quippe quõ natura tẽporis faciat ut quæ ĩ tẽpore fuerunt nisi quãdo fuerunt scias: nec fuisse quidẽ ꝓpter confusionẽ uideantur: eo ingenio: studio: industria huic incubuit rei: ut omnium scriptorum peritiam in unũ cõgestam facile supauerit: distinctiusq; cuncta ipsis suis ut diximus cognouerit auctoribus. Cõferendo enim inter se singulos: ueritatem quæ ab omĩbus simul emergebat: nec ab ullo exprimebatur: cõsecutus est. Quæ omnia ab aliis quæ scripsit & ab hoc opere perspicere licet. Quod ille ideo suscepit: quoniã quom apud gentiũ præclaros philosophia uiros nobilissimus esset: ac priscã paternãq; deorum religionẽ catholicæ ueritatis amore cõtempserit: partim accusãtibus suum propositum respõdere: partim nostra pro

uiribus suis uoluit cõfirmare. Itaq; induas uniuersum partis negotiũ partitus est: quarum primam quæ nunc traducta nobis est: qua illis respõdet qui eum quod christianis inhæserat accusabãt: præparationẽ euãgelicam: alteram ueritatis catholicæ doctrinam appellauit. Illud sane prætermittendũ non est: ne quis: quoniam nõnulla in hoc libro non absque tue sanctitatis auctoritate concidimus: quasi traductoris transgressos officium nos accuset: ante primi concilii tempora librũ hũc ab Eusebio editum fuisse. Cõstat enim ipsum ariana hæresi ante sententiam concilii laborasse. Sanctorum deinde patrum auctoritatẽ libenter secutũ sanctissime atq; pie in orthodoxia uixisse. Fertur enĩ apud græcos ab eo iussu patrum sacrosanctæ illius synodi symbolum scriptum fuisse: quod ita cõposuit ut ad deiiciendã absq; cõtrouersiã perniciosam hæreticorum opinionem filium dei genitũ: nõ factum: consubstantialemq; patri conscripserit: ac patribus tradiderit: nec inuẽtioni suæ quicq̃ addidisse aut inde aliquid detraxisse aut mutasse patres dicũtur nisi solum illud: deum uerum de deo uero. Nam & si genitum esse a patre: nõ factum: cõsubstantialemq; deo patri filium: ad refutationem hæreticorum sufficerent: quia tamẽ deum filium: patrem uero deum uerũ inter hæc distinguentes ariani prædicabãt: ne quoniam deum de deo ille dixit ansam captarẽt: deum uerum de deo uero patres interiecerũt. Hæc res quoniã nonnulla in hoc libro sparsa ĩuenimus ab ariana prauitate nõ aliena: firmo nobis fuit argumento ante coetum illum sacratissimum hæc illi conscripta & edita fuisse. Quare sentibus tuo iussu amputatis rosas solummodo latinis hominibus hac traductione optulimus.

VVM quid sit christianismus nescientibus apire statuerim: hunc librum quo euangelicæ doctrinæ ueritatẽ approbamus: ut orationibus tuis adiutus ad optatũ finem perueniam: tuo nomĩ episcoporũ ornamẽtũ Theodore dedicaui. Ac in primis quid nobis hoc euangelii nomine significetur: & quænã huius uerbi potestas sit: declarandum esse arbitror. Euangelium igit̃ dicimus quod æternorum atq; ĩcorruptibilium bonorum quæ certe suprema & maxima sũt: & ex antiquissimis prædicta tẽporibus: nup

uero splendore sui orbem illustrantia: cunctis hominibus annunciat: quod non caecas caducasque huius saeculi diuitias: nec breuem hanc calamitosamq; uitã: nec instabilia corporis cõmoda: sed animaꝝ quae intellectualis substãtiae sunt a quibus etiã corporũ bona quasi umbra consequentia depẽdent: summã propriamq; nobis affert foelicitatẽ: cuius quasi caput religio est: nõ illa gẽtilis quae falsa & ficta erroris q; plena nomẽ ementita est: sed haec nostra quae ipsarũ rerum ueritate appellationem adinuenit: quam animi ad unum solum & uerũ deum firmam stabilemq; conuersionem & uitam quae mandatis eius pagat esse asserimus: qua quidem ex uita amicicia etiam inter deũ & hoĩes cõstituitur: amiciciam uero beatitudo illa ultima & foelicissimus finis cõsequitur: qui a superioribus dependet: inde gubernatur: ac rursus eo peruenturus est. Quid igitur hac inter deum & homines amicicia melius nobis atq; beatius excogitari potest? Nõne uitae: lucis: ueritatis bonorumq; omniũ ipse fons atq; largitor est? An nõ ipse ut cuncta & sint & uiuãt causam in se ipso complectitur? qua ergo re indigebit q eius amiciciã adeptus est? q reꝝ omniũ creatorẽ caritate sibi cõiũxit? qui patrem atq; tutorem illum sibi ascripsit? Non possumus ꝑfecto dicere quin omnia quae ad animam: quae ad corpus: queq; ad externa pertineãt optime beatissimeq; is possideat: q caritate proximus deo factus: beatissimã eius amiciciã exacta exq̃sitaq; religione cõsecutus est. Hanc ergo salutarem hominum ad deũ cõuersionẽ atq; amiciciã ab omnipotenti deo missus deus uerbum quasi lucis infinitae splẽdor cunctis annũciat. Nõ hinc aut aliunde: sed undiq; cunctis ex gẽtibus ad deum uerum: graecos simul & barbaros omnẽ sexũ: omnẽ aetatẽ: diuites & pauperes: sapiẽtes & cõtra: liberos ac seruos magna uoce cõuocat: hortaturq; omni studio ac cura hoc donũ suscipiamus. Nã sicuti eiusdem naturae atq; substantiae nos omnes creauit: sic rursum cognitionem & caritatẽ suam aequaliter omnibus proposuit q grãm eius ex toto animo cõplectuntur & colũt. Hãc dei erga nos caritatẽ Christus qui ipsius dei patris uerbũ est ipse quoq; deus: nõ respiciens ad peccata hominum: sed se ipsũ eis reconciliãs uniuerso sicut diuina exclamat scriptura orbi ãnunciat. Venit nãq; ait & annũciauit pacẽ illis qui longe sunt & pacem illis qui prope sunt: quae olim hebraei diuinitus docti praedicabant. Quidã enim eoꝝ clamãt: recordabunt & reuertentur ad dominum omnes fines terre: & adorabũt corã eo omnes patriae gentiũ: quia domini est regnũ terre & ipse dominabit

gentiũ: & rursus: dicite ĩgẽtibus qa dominus regnauit: & enĩ firmauit orbẽ terræ qui nõ cõmouebitur. Alius: conspicuus erit dominus ĩ ipsis: & cõteret penitus deos omnes gentiũ terræ: adorabuntq; ipsũ ſinguli ex loco suo: hæc ex priscis tẽporibus dicta diuinis oraculis: nũc ad nos saluatoris nostri Iesu Christi prædicatione peruenerunt: sic prædictã olim & expectatam a sanctis uiris omniũ gentiũ uocationẽ ueritatisq; cognitionẽ uerbum dei quod nuper de cælo descẽdit opa quæ fecit multo ante prædicta nobis annunciat.

Ed sẽtio me impetu quodam animi & desiderio nimiũ ꝓuectũ. Antea enim q̃ nostra confirmemus quæ solent obiici refutãda esse uidentur. Nam quom multi: nõ ratione christianam religionem: sed incõsiderata fide: unde fideles appellãtur susceptam esse putẽt: iure nos q ueritatẽ euãgelicã argumẽtis signis atq; uestigiis approbarẽ his libris aggressi sumus: ad præpationẽ suscepti negotii respõdẽdũ ad illa prius esse putamus quæ uel a græcis: uel a iudæis: ac maxime a curiosis nobis solent opponi. Non enim aliter arbitror ordine certo ac serie orationẽ nostrã ꝓgredi posse: q̃ si prius ea quæ ad euangelicã ueritatẽ iter præpare: & his q a gentibus ad nos cõuertũtur aptiora esse uideantur exponamus: deĩde præpatis iã & pfectioribus: idonea quæ ad ueram saluatoris ac domini nostri Iesu Christi cognitionem aducũt diligẽtius explanemus. Huius ergo negotii ab illis initiũ sit quæ tã a gẽtibus q̃ a circumcisis qui exquisitius rem nostrã quærerẽt dici possent: quæreret enim quispiam profecto: quodnã genus hoĩm simus qui hæc scribere aggrediamur: utrũ græci an barbari: uel si qd inter hæc ĩuenitur neutri: & quos ipsos nos esse profitemur nõ dico nomine: nam id quidem una uoce clarũ fieri potest: sed uiuẽdi modo ac secta. Nec enĩ inquiẽt gẽtilium cõprobatis religionẽ: nec iudæoꝝ uos moribus uiuere uidemus: quid igitur hoc mõstri est: aut quænam hæc est noua uiuẽdi ratio. Præterea quomodo ĩpii nõ erunt ac deoꝝ omniũ inimici: q patrios mores: patria iura: patrias cerimonias qbus gentes omnes ac ciuitates cõtinentur cõtempserũt atq; abiecerũt: q saluatores ac benefactores deos spreuerũt: & quos deos: eos uidelicet qui ab initio sæculorũ apud uniuersos hoĩes tam græcos q̃ barbaros p regiones: ciuitates: agros: hostiis: diebus festis: ludis: ac cerimoniis ab omnibus regibus: tyrannis: populis: philosophis: legum latoribus honorãtur atq; coluntur: ac eorum loco impia quædam ac scelerata

Questio

pm arm

2m arm

admirãtur & colũt. Qua igitur uenia digni: aut potius quẽ cruciatũ quodque supplicium nõ merentur qui patria neglexerunt! & aliena figmẽta spurcis fœdisq; iudæorũ fabulis nixa elegerũt! aut quomodo nõ extrema prauitate sunt qui tam facile ꝓpria reliquerunt! ac fatuã & omnis rationis inopem fidem uniuersis gẽtibus inimicam ac ĩpiã elegerunt! nec ipsum iudæorum deum secũdum eorum cerimonias: nec gentium religionem colentes: inauditum ac inuium iter sibi ipsis turpiter cõfecerunt! Sed hæc quidem ex gentibus aliquis nec sua nec nr̃a recte intelligens de nobis dicere poterit. Hebræi uero ipsi quoq; de nobis forsan conquerẽtur: quoniam quom alienigenæ simus: sic scriptura sua nihil ad nos pertinente impudenter abutimur: ut nos ĩ suã nobilitatẽ intrudere: ac ipsos a patriis ac ꝓpriis ritibus extrudere conemur. Nam si christũ diuinis oraculis uẽturũ ante multa sæcula scriptum est: si iudæorum prophete aduentum ipsius prædixerũt: q̄ & saluatorẽ & regẽ iudæorũ nõ gentium ipsũ futurum prædicarũt: si tandem aliqua quædam meliora diuinioraq; scriptura prænunciat ea quoq; iudæis nõ gentibus scripta fuisse: itaq; non recte nos facere qui hæc obaudiamus: & ꝗ turpius ẽ quæ iudæis propter errores suos incommoda uentura scribuntur: ea iam ipsis accidisse asseramus: re-promissiones autem bonorũ in nos ipsos transferamus: quodq; mente capti hominis est. prædictam fœlicitatem conseruantibus legẽ nobis ipsis attribuimus & datas ab ipsa lege cerimonias improbamus.

Is cæterisq; huiusmodi quom aduersus nos utantur: age iã: deũ oĩm per saluatorem nostrum uerbũ ipsius quasi ꝑ pontificem inuocantes: primũ in nos argumentũ suum refutãdo: calumniatores ipsos esse ostendamus: qui nihil nos comprobare posse: sed expertes rationis: fide persuasos asserũt: idq; tam ex his probationibus: q̄bus utimur quom ad religionẽ nostram gentiles cõcurrũt redarguemus: q̄ ex his quas uel scribendo uel uiua uoce proferendo: & aut priuatĩ aut publice disputando aduersariis opponimus: ac multo magis per hos quoq; libros qui hoc totũ euãgelicæ ueritatis negociũ cõtinent: gratiam enim dei ac cælestia beneficia per dominum nostrum Iesũ christum filiũ dei saluatorem nostrum nobis esse collata pluribus ac perspicuis argumentis hic tractatus probaturum se pollicetur. Nam quom patrũ nostrorũ memoria nõnulli aduersus gentiles opponẽtes ac eis respondentes: alii diuinas scripturas exponentes: alii ueritatis

dogmata ſubtilius comprobantes multa reliquerunt: iure nobis hic modus cui libentes inſudamus adinuentus eſt q̄uis primus oı̄m ſacer ille apoſtolus Paulus probabilitatē omnem cauillatoriā lōge abiiciēs ac certas afferens probationes ait. Sermo ac prædicatio noſtra nō eſt in pſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis: ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis: & rurſum. Sapientiā loquimur inter perfectos: Sapientiā autem nō huius ſæculi neq; principum qui deſtruuntur: ſed loqmur ſapiētiam in miſterio abſcōditam: præterea ſufficientia noſtra inqt ex deo: qui nos & idoneos fecit miniſtros noui teſtamenti. Nō iniuria ergo omnibus nobis præceptum eſt: promptos eſſe ad reſpondendū cuiq; rationē a nobis de ſpe nr̄a quærenti. Certū eſt igitur ſaluatorē noſtrum prædixiſſe doctrinam ſuam in teſtimoniū omnium gentiū per uniuerſum terrarū orbem prædicatū iri: & eccleſiā quæ poſtea uirtute ſua conſtituta eſt inuictam atq; inexpugnabilē fore: nec unq̄ futurum ut a morte ſuperaretur: ſed firmam fore ſemp atq; ı̄mobilē tanq̄ in lapide ſtabilitam atq; fundatam: cuius diuinationis effectus omnem impudentiſſimā liguam uana cōtradicentē profecto arcere poteſt. Quis enı̄ nō fatebitur quom ſic aperte reꝝ euētus diuinationi congruat: dei uirtutem non naturam humanam illam fuiſſe! quæ & futura hæc præuiderat! & re ipſa perfecit quæ uerbis prædixerat! Iā enim ſui euāgelii fama totum ab ortu ad occaſum orbem impleuit: omēſq; gentes adiit: creſcitq; indies prædicatio ſua. Eccleſia etiā hoc nomine ab ipſo donata radices egit: ac uſq; ad aſtra ſanctorū uirorū oratiōibus glorificata luce ac fulgore orthodoxæ fidei ſplēdet: neq; hoſtibus terga dat: neq; ipſis ianuis mortis cedit ꝓpter pauca uerba quæ ille protulit: Super lapidem edificabo eccleſiā meam: & portæ inferi nō præualebunt aduerſus ipſam. Sunt autem alia quoq; multa a ſaluatore noſtro prædicta quæ in ſuo a nobis collecta loco & rerum euentibus accommodata: ueram de ipſo noſtram oſtēdunt opinionē ac fidē. Sed ad hæc omnia nō ſunt cōtemnenda ad catholicā ueritatē cōprobandā hæbraicæ ſcripturæ teſtimonia: quibus ante mille ānos iudæorum prophetæ ı̄doctorum hominū piſcationem uniuerſæ uitæ hominum affuturam prædicātes: appellationē Chriſti nomine ipſo expreſſerūt: & aduentū eius in carne: modū etiam ipſū quo doctrina eius ad omnes gentes perueniret prædixerunt: nec tacuerunt futurā iudæorum ı̄fidelitatem: & quicquid aduerſus ipſum facturi: & quas pœnas paulopoſt eſſēt daturi: ꝙ urbs eorū extrema obſidiōe caderet

regnumq̃ suum omnino cessaret: ac ipsi ad omnes gẽtes dispersi suis inimicis ac hostibus perpetuo seruirent: quæ omnia sicuti scripta sũt post aduentũ saluatoris nostri euenisse conspiciuntur. Præterea quis prophetas audiens: post Christi aduentum iudæorum abiectionem: gentiũ uocationẽ aperte dicentes futurã nõ admirabĩt: quom uideat res ipsas per doctrinam saluatoris nostri oraculis ipsorum ad unguẽ quadrare? Per saluatorem enĩ nostrũ factum est: ut ex omni genere hoĩm pene innumerabiles spretis idolis: unius ac ueri dei cognitionẽ religionemq̃ susceperint: quod ita futurum dei oracula & per alios prophetas cecinerunt & per Hieremiã maxime ubi dicitur: Domĩe deus meus ad te gentes uenient ab extremis terræ ac dicent: q̃ falsa nostri patres idola posséderunt: & nõ erat in ipsis utilitas? si faciet hõ sibi ipsi deos: nec erũt isti dei. Hæc igĩt uniuersa fidei nr̃æ ueritatẽ astruũt: nec humana uirtute sed adeo prædicta & ꝓphetarũ oraculis scripta ostẽdunt: & ad hæc a multis uariisq̃ gentium principatibus liberos quandoq̃ futuros homines uaticinantur. Itaque quom omnes gẽtes antiquitus multi reges: ac tyranni urbes fere singulas tenerẽt: ac alii populis: alii paucis regerentur: qua ex re bella ubiq̃ fremebãt captiuitates depopulationesque urbium ac gentium in dies fiebant: plenaq̃ oĩa erant seruitute: unde cogebanĩ urbani simul & agrestes ab ineunte statim ætate rei militari operam dare: ac semper & ubiq̃ per urbem atq̃ agros armati ꝓdire: continuo Christi præsentia: de quo scriptum est in diuinis oraculis: Orietur in diebus eius iusticia & multitudo pacis: & cõflabũt gladios suos in uomeres: & lanceas suas in falces: nec eleuabit gens in gẽtem gladium: nec exercebunĩ ultra in prælium: rerum euentus uerba prophetarum secutus est: ac õnis prĩcipatuũ multitudo cessauit: ab Augusto ĩ ipso tẽpore ĩcarnatiõis domini nostri romanorũ imperio in monarchiã redacto. Ex illo autẽ tempore usq̃ ad memoriã nostram non inuenies ita populos populis oppositos fuisse: nec gẽtem ullam ita in aliã insurrexisse: nec humanã uitam omnium confusione uexatã: ut passim prius fieri solebat. Atq̃ quomodo magna nõ est dignum admiratione: si quis ita secũ attente cogitet: cur nam priscis temporibus quãdo dæmones omniũ gentiũ dominabantur ac summopere ab omnibus colebãtur: tanto alteri ad alteros furore ab ipsis diis suis concitati ferebantur: ut nunc græcos: nunc ægyptios: nunc syrios: nũc romanos inter se bellare ac se ipsos destruere: regiones suas in cursibus: ciuitates obsidionibus desolare

Bona
et pdicatione .x. yhu

uideres: ſicut hiſtoriis ſuis pſpicitur. Simul uero atq; piiſſima & pacificentiſſima ſaluatoris noſtri doctrina apparuit: multoꝝ cultus deoꝝ labebatur: bella ceſſabant: uniuerſum hominū genus a magnis malis atq; periculis requieſcebat. Quod maximū ego diuinæ ac ineffabilis ſuæ uirtutis ſignū dicere nō dubitauerī. At uero ex ſua prædicatiōe quantum homines profecerint: quantāq; utilitatem etiam huius uitæ conſecuti ſint ipſis oculis cernes: ſi attenderis nunq̄ alias in memoria hominū ab aliquo illuſtri uiro aut populo factū: niſi nūc ſuis dūtaxat uerbis atq; doctrina per uniuerſum orbem diffuſa: ut omnium iura gentium recte atq; humanitus ſe habeant: illa ipſa inquam iura quæ ante aduentum ſuum tetra: fœda: immania erant. Nō enim iam pſæ qui eū ſecuti ſunt mr̄es ſuas nefandis nuptiis cognoſcūt: nō humanis ueſcuntur carnibus Scythæ: quoniam ad eos uſq; prædicatio Chriſti peruenit: nec cariſſimos falſa religione impulſi liberos iugulāt. Hæc certe ac talia pene infinita hominū quondā uitā uexabāt. Maſſagetæ ac Derbices propinquos atq; affines ſuos qui ſenectute conficiebant miſerrimos putaſſe traduntur: ac ideo immolatis carnes eorum quos plurimi fecerāt epulabāt. Tibareni uiuos ſeniores ſuos præcipitare. Hircani rapaci generi auiū. Caſpii canibus proiicere ſoliti: quæ qdē cūcta religioſiſſime prius faciebant: nūc uero ſola euangelica uirtute undiq; truculentiſſima hæc peſtis expulſa eſt. Quod uero minime dii putant: aut inania & ſurda ſimulacra malefici dæmones in ipſis habitātes: aut partes mūdi quæ cōſpiciunt: aut mortuoꝝ hominū umbræ aut quæcunq; animaliū nocentiſſima: ſed pro his oībus una ſaluatoris ſola doctrina cūcti ſimul græci ac barbari: qui nō ficto animo uerbū Chriſti audiuerunt ad tantum philoſophiæ perueniſſe: ut ſolū uerū deum regem ac dominum cæli: & terræ: ſolis: ſtellarū: totiuſq; mūdi creatorem colant atq; ſequantur: quodq; cunctis uiribus conantur ſic uiuere: ut uel oculos coerceāt: ne quid cupiditate tracti turpiter uideant: ſed ab ipſa mente omnem animi morbū depellant. hæc oīa quonammodo audebit negare quiſpiam nō eſſe fœlicis uitæ! At uero q̄ non recte parere omnino laudant tantū a periurio abſunt: quoniā ab ipſo non eſſe iurandum audierunt: ſed omni iureiurando abiecto ſufficere hominibus ita & non quodq; nec in quottidiano ſermone inania uelis proferre: ſed ita diligenter in omnibus te ipſū cuſtodire ut nec falſum: nec iniurioſum: nec turpe in labiis uerbum habeas: quoniā ille dixit: De omni ocioſo uerbo rationē dabitis in die iudicii:

Nota

quam philosophorum uitam non excedit! Ad hæc etiã q simul cũcti & innumerabiles uiri & mulieres: seniores ac pueri: serui & liberi: nobiles atq ignobiles: docti simul atq indocti: ĩ omni ab ortu solis ad occasum loco ubi homines habitant quottidie ferme ad percipiendã disciplinam Christi: qua nõ solũ a turpi facinore: uerũ etiã a cogitationibus inhonestis abstinere: quaq uentrẽ ac ea quæ sub uẽtræ sũt domare docentur confluant: quod uniuersi in diuina piaq disciplina exercẽtur excelso animo contumelias ferre: nullã uindictã appetere: iram & appetitũ omnem temerariũ superare ac uĩcere: indigẽtibus de re sua offerre: omnẽ hominẽ iure naturæ fratris ac proximi loco diligere: hæc oĩa si qs simul collecta cõsideret nõne fatebitur maxĩa & sola uere bona cũctis esse hominibus prædicatione christi oblata! nec ab alio q̃ ab ipso potuisse unq̃ homines huius uitæ fœlicitatem recipere! Illud uero quale tibi uidetur: q uniuersum genus hominum non eorum solum qui aliqua humanitate præditi sunt: uerum etiam crudelissimorum & in extremis oris terræ habitãtiũ ab immanitate recessit. ac ad opiniones ueræ philosophiæ inductum est! Quis enim iam immortalem esse animam non credit! Quis non speret esse apud deũ quom naturæ cõcesserimus uirtuti deposita premia! qbus ĩducti nostri hanc uitam omnino ita contempserunt: ut priscos & illustres philosophos mulierculas putes: si ad hos conferas: ludumq puerorũ (non iniuria) existimes omnia quæ de cõtemnenda morte: aut uerbis aut exemplo prisci philosophi docuerunt. Fœminæ apud nos atque infãtes: uiriq barbari & indocti: philosophi dicerẽt: saluatoris nostri uirtute adiuuãte immortalitatis nostræ opinionem re longe magis q̃ uerbis ueram: esse comprobarunt: q̃ magnum etiam illud: quod oẽs gentes nõ aliunde q̃ a doctrina nostri saluatoris: prouidentiã dei esse quæ cuncta perspiciat atq gubernet: didicerunt! Nec est iã aliquis q non acceperit sic doctrinam de iusticia & iudicio dei: ut nõ fateatur caute idcirco uiuendum ac longe a uitiis esse fugiendum. Sed caput beneficiorum oĩm quæ a saluatoris prædicatione Christi adepti sumus: facile cognosces: si calamitosam priscæ idolatriæ fraudem: qua omẽs quondam homines dæmonum artibus præmebãtur: diligẽter animo uolueris. Verum quoniam ita natura fieri compertũ est: ut hominũ genus rationis non expers nullam unq̃ rem aggrediatur: nisi suasione inductum credat sibi profuturam: nõ temere ad nostra confugiẽtes ac maxime rudiores: quando ad ueram religionẽ introducimus: fidei

remedium adhibemus: hortantes suadentesq; ut de prouidentia dei: de immortalitate animi de bona uiuendi norma quæ a spe atque fide solum dependet: recte sentiant. Nam & medico a quibus cauendū: & quibus utendum consulenti nisi quis credat: parū sibi peritia ipsius conferre poterit: nec plus doctor discipulis qui nō credunt utilitatē quandam a doctrina se consecuturos: nec philosophiæ sectam ullam quispiam unq̄ suscipiet: nisi antea crediderit commodo sibi futuram ita diuersa suasione ac fide ducti. alius epicureorū attrahitur uoluptate: alius cynicæ uitæ duriciē admiratur: alius Platonē præponit: nonnulli Aristotelē: nōnulli stoicos diligenter sequūtur. Sic artes quoq; alii alias q̄uis omnes mediæ sint: meliores honestioresq; sibi utilitate persuasi crediderūt. Itaq; uidebis rei militaris ab aliis: ab aliis mercaturæ: aut ædificandi studiū esse propositū: agriculturā alius exercet: ac semen dulcis agrorum commissum & mortuum reuiuiscere posse non desperat: Cur igitur admirātur quom sic uniuersa uita hominū duobus his fide & spe gubernetur: si nostra etiam quæ sola animis cōducunt: multis fide tantūmodo traduntur: q ratione altiora conseq non possunt: non nullis ad fidem ratio quoque ac doctrina subtilior cōmunitur. Nunc quoniā breuiter hæc quasi fundamenta iacta sūt: ad primam accusationem respondendum: & qui fuimus quiq; sumus dicendū. Nunq̄ igitur negaturos sciant qui hæc requirāt græcos nos esse patrios primosq; græciæ dæmonum cultus tenuisse: quos nunc respuimus: atq; abominamur iudaicis attendentes scripturis: a qbus q̄uis plurima nostræ religioni cōsentanea colligamus: fatemur tamē cerimonias iudæorum uiuendiq; morē non imitari: Sed nō uidebunt hæc aliter nobis recte confecta: q̄ si tam ipsa quæ a maioribus nostris accepimus q̄ iudæorum priscas uirtutes in mediū ut omībus pateāt protrahamus: sic enim simul & euangelicæ doctrinæ uirtus extabit: si ante oculos omnium ponemus a quibus per ipsam erroribus sumus liberati: & ad hæc qua ratione iudeorū scripturas admirātes præsetē eorum uitā recusamus. Postremo quæ ratio euangelii sit: quis ꝓprie atq; sincere christianismus dicatur: ꝙ nec gentilium nec iudæorū sed noua quædā ac uera religio ab ipso saluatoris nomine appellata. Age iam primum omnium priscas ac primas ipsorū theologias ꝑ singulas usq; in præsentiarū urbes diuulgatas ac probas sapientū philosophorū de diis: de constitutione mundi opiniones perspiciamus: hinc enim cognoscemus recte ne ipsa spreuimus an non. Scribā autem nō mea:

sed eorum ipsorum qui apud eos studiosissimi rerum humanarum diuinarumq; fuerunt uerba: ut nemo a nobis commentam fictamq; narrari fabulam suspicari possit.

D Iodorus igitur siculus uir apud græcos clarissimus: quippe qui uniuersam historiam ad unum commodissime corpus collegit: statim incipiens: hæc de origine hominũ conscripsit. De prima uero hominũ origine: ut a naturalibus & historicis colligitur: binæ fuerũt opiniones. Nam alii quom mundũ ingenerabilẽ atq; incorruptibilem putauissent: genus quoq; hominum sempiternum esse asseruerũt: ita nunq̃ initium ipsorum fuisse arbitrati sũt. Alii quom generabilẽ atq; corruptibilem putarint: homines quoq; appositæ certis temporibus incœpisse affirmarũt. Vnã enĩ ante initiũ omniũ cæli & terræ cũctis simul confusis formam fuisse: postea disseparatis diuisisque molibus uniuersi ordinem mundi conspectũ: aeraq; motũ habuisse continuũ: cuius partem quidem igneam ad superiores ascẽdisse partes sursum sua propter leuitatem natura semper tendẽte: qua ex causa solem ac stellarum multitudinem uolutione totius circumferri. Partem autẽ turbidã atq; terrestrẽ una cũ humidis ad infima propter grauitatẽ loca descendisse: quã partẽ cõtinue longo tẽpore in se ipsa cõuolutã maria ex humiditate: ex durioribus terrã lutosã ac tenerã cõcreasse: q̃primum posteaq̃ solaris calor exæstuauit cõstipatam fuisse: deinde superficie calefacta pluribus in locis corruptionẽ humidi esse secutã ex qua (ut etiã nũc in paludibus fieri solet) quom subito ad transactũ frigus calor exarsit: animalia cõcreta fuisse: quæ noctu a circumfusa caligine alebãtur: & in die a calore solidiora reddebant: ac postremo sufficiens iam crementum consecuta erupisse ab illa colluuiæ uarias has animalium formas. Quorum calidiora leuioraque ad altiora loca exiliisse uolucrum appellatione nuncupata: sicciora uero ac grauiora serpentibus ac terrenis cõnumerata: eodem quoq; modo humidiora in consentaneum sibi ipsis locum confluxisse aquatica nuncupata: & sic animaliũ diuersa genera producta fuisse. Terrã uero postq̃ magis sole ac uentis induruit nihil ex perfectioribus ꝓducere posse: ac ideo ex mutua sexuum cõiunctione perfectiora generãtur. Hanc rem ita se habuisse tragicus etiam Euripides Anaxagoræ physici auditor in fabula quã menalipen nomĩat his uerbis testatẽ: una cælorum olim ac terræ forme: sed sepatio cuncta in lucẽ tulit. Volucres ac feras simul.

arbores: generaq̃ natãtium mortaliumq̃ genus. hæc de rerũ origine prima a priscis accepimus. Quom igitur diuersis uariisq̃ in partibus orbis terrarum ita producti sint homĩes: nõ iniuria una eademq̃ uti lingua nequiuerunt: quom aliter alibi uocabula rebus imposita sint: & primos quidem homines nulla re utili aut arte adhuc ad uiuendũ inuẽta fertur laboriose uitam egisse nudos absq̃ tegmine atq̃ tecto: qua de re multos frigore atq̃ æstu: nõnulli etiã ĩedia periere passim: sed paulatim experientia rerum docẽte ad spelæa hyeme refugere: fruges deponere didicerũt: igne deĩde adinuẽto artes quoq̃ ad uiuẽdum necessariæ: indigentia & usu hominibus duce ac principe sunt excogitatæ. Hæc nobis ille scriptor Diodorus de origine mundi & prima hominũ uita breuiter retulit. In quibus nulla dei mentio facta casualis quædã uniuersi ꝓductio enarratur: quibus cõgrua oẽs ferme gentilium philosophi conscripserũt: quorum opiniones si diligenter inspexeris a uanis quibusdam fatuisq̃ coniecturis profectas inuenies: qđ ut facilius facere possis a Plutarcho tractas tibi ãte oculos ponã: Tu autem attente diuersitatem eorum tecum considera.

Haleta ferunt primum omnium principium rerum aquam posuisse: ex ipsa cũcta esse: ac ĩ ipsam demũ deuenire arbitratᷣ. Post eum Anaximãdrum Thaletis sodalem ipsum infinitum rerum omnium generationis atq̃ corruptionis causam dixisse. Nam ex ipso ait cælos segregatos cæterosq̃ mundos numero ĩfinitos: corruptionẽ uero & generationẽ multo prius ex ĩfinitis arbitratᷣ sæculis in se ipsis reuolutis. hic cylindri formæ esse terram asserit: tãtæq̃ profũditatis ut ad latitudinem profunditas tertia pars inueniatur: ait præterea spermaticas uires ex sempiterno calido ac frigido in origine huius mũdi decisas fuisse: ac aliq̃ ex flamea pila aere hoc terrestri circũuoluta ut testa nucleus dirupta & in quosdam circulos explicata solem ac stellas constituisse: ad hæc hoĩem primo ab aliis animalibus natũ: nã alia inquit uidemus cito posteaq̃ nata sunt ad propria pabula ꝑ se uenire: hominẽ uero diuturna egere lactatione. Quare nisi in primis initiis ab aliis natus alioꝝ noĩe secutus fuisset nunq̃ educari potuisset. Hæc Anaximander. Anaximenes autẽ prĩcipium reꝝ aera opinatur quem genere infinitum: qualitatibus finitum ait: cuius cõdensatione ac rarefactione cũcta gigni arbitratur. Motum uero ab æterno esse dicit: terrã ex aere cõstipato primum omnium factam latam magis:

iccirco non absq; ratione super aerem contineri. Solem uero ac lunã cæterasque stellas a terra ortum habere. Itaq; solem terram esse ait: uelocitate motus caliditatem assecutum. Xenophanes colophonius nouũ quoddã iter præter prædictos sibi fabricatus: nec generationẽ rerꝝ nec corruptionẽ ullam esse contendit: esse nãq; simile quicqd est: Nam si aliquid inquit gigneretur: id nõ fuisse antea necesse est: quod autem non est: id gigni non posse. Nam neque nõ ens facere aliquid: neq; a non ente fieri quicq̃ posse: asserit autẽ sensus omnes falsos esse rationem quoq; una cũ sensibus uidetur abiicere: terrã uero cõtinue aquis delatã paulatim in maria longo tempore abituram censet: solẽ atque alias stellas a nubibus gigni. Parmenides Eleata Xenophanis auditor atq; amicus primũ Xenophanem: deinde oppositã quãdam uiam secutus est. Sempiternũ enim atq; ĩmobile cẽset esse uniuersũ quod est ens secundum ueritatem rerum: solum enim esse simplex & intrepidum atq; ingenitum. Generationem uero eorũ esse quæ falsa extimatione uidentur esse quom non sint: Nam sensus semouẽdos a ueritate putat: affirmat enĩ si quid est præter ens: id esse nõ ens. Nõ ens autem nõ esse in rebus: & sic ens ingenitũ sibi relinquitur. Terrã uero densioris aeris defluxu factã arbitratur. Democritus Abderita infinitũ dixit esse uniuersum: quoniã a nullo creatũ: immutabile etiã esse: eorum uero quæ nunc gignuntur nullum habere principiũ: sed ex infinito tempore cuncta simpliciter quæ sunt: quæ fuerũt: quæq; futura sũt necessitate prædestinata fuisse. Solis ac lunæ generationẽ propriam separatamque ab aliis esse dicit: naturamque ipsorum nec calidã nec splendidã fuisse: sed cõtra generationis suæ naturæ similẽ Sed postea quom maior orbis solaris factus esset: ignem in ipso fuisse intrusũ. Epicurus Neoclis atheniẽsis filius maiestati deoꝝ detrahere conatur: nec aliquid ex nõ ente fieri asserit: ac semper uniuersum sic se habuisse neq; aliquid noui fieri: præter id quod tempore infinito iã factũ est: corpusq; esse uniuersũ nõ solum immutabile: uerum etiã infinitum finem bonorum uoluptatẽ statuit. Aristippus cyrenaicus uoluptatem bonorum: dolorem malorum finem constituit. Cæteras scientias excludit illud solũ esse utile putans: ut quæras si quid domi mali aut boni tibi cõtingit. Empedocles agrigẽtinus elemẽta q̃ttuor ponit ignem: aquam: æthera: terrã: quorũ causam amiciciam & litẽ: ac a prima elementorum complexione segregatum aera circũfusum fuisse contendit: post quem ignem erupisse: quomq; alium locum nõ

Xenophanes

parmenides

Epycurus

reperiret: ſurſum a frigore aeris repulſum: circa terram autem duos circũferri dimidiatos orbes: alterũ ex igne totũ: alteꝝ ex aere maxīe ac ex igne admodũ exiguo: & illum diē: hunc noctē eſſe putat: initiũ uero noctis a die propter impetum ignis: ſolam natura non eſſe ignē ſed ignis repercuſſionē ei ſimilem: quã ab aquis fieri cernimus: lunã ex relicto ab igne aere cõgelato ſicut grãdo cõgelatur ꝑ ſe factã lucē a ſole recipe: mentē nõ in capite nec in pectore: ſed in ſanguine diſſeminatam eſſe: ac illis partibus hoīes magis ſentire quibus plus mentis ineſt. Metrodorus chius ſempiternũ eſſe uniuerſum ait: nã ſi factũ eſſet: eſſet a non ente. Infinitum etiã: quoniam ſempiternum: quom nõ habeat principiũ unde īcipiat: nec exitũ quo terminet. Immobile quoq; aſſerit: quoniam moueri nõ poſſit quod non tranſeat: tranſire autem neceſſe eſt aut in plenum aut in uacuum: quorum alterum nõ eſt: in alterum tranſitus fieri nõ poteſt. Ex æthere autem fieri nubes denſatione: inde aquam: quæ ad ſolem decurrens extinguit ipſum: q rarefactus rurſũ accēditur: ſolē ſiccitate cõſtipatũ ex aqua ſplēdida ſtellas efficere: diem etiã ac noctē inde fieri ꝙ ſol extinguatur atque incendatur. Eclipſim quoq; extinctione fieri. Diogenes appollonita elementũ aera ponit: oīa moueri dicit: mundos infinitos aſſerit: quod factos eſſe arbitratur uniuerſi motu: quod huc atq; illuc ſatũ: ac alibi rarefactum: alibi conſtipatum: ubi forte conſtipatum fuit ibi globũ factũ & mũdum: in quo quæ leuiora ſunt ſuperiora petierunt. Hæc Plutarchus. Quæ omnia Socrates quoq; uir ille illuſtris: furoris atq; inſaniæ plena putat. Siquidem fidedignus Xenophon teſtis eſt: q ſic de ipſo ī libro d' Socratis mēorabilibus dictis ſcripſit. Nemo aũt unq̃ Socratem impiũ quiddam & irreligioſũ aut facere uidit: aut dicere audiuit. Non enim de natura reꝝ: neq; de altioribus ſublimioribuſq; rebus ut plurimi faciũt diſputabat: nec cõſiderare unq̃ uoluit quonã modo quaq; neceſſitatis ſerie hæc moles quã mũdũ ſophiſtæ appellãt aut ſingula cæleſtium corpora facta ſũt: ſed eos qui aſſidua cura atq; ſtudio hæc tractant ſtolidos uanoſque homines eſſe oſtendebat: & paulũ poſt hæc. Valde aut mirabatur quod nõ potuerũt intelligere non poſſe homines hæc adinuenire: cuius non paruum ſignum eſt ꝙ q maxime harũ rerum ſcientiã profitentur: quiq; cæteris ſapiētiores uidentur: non eadem ſed pugnãtia dicunt adinuicē. Sed hæc quidē Socrates ut Xenophon teſtatur: quibus conſona in libro de anima ipſi Socrati orationem attribuens Plato cõſcripſit. Nam ego inquit

de Socrate

pmij

o Cebes quom iunior essē q̃ mirabili exarsi cupiditate eius sapientiæ quam naturalem sapientiam appellant. Præclarum enī mihi uidebat̃ causas rex̄ scire: cur singula quoquo modo gignant̃ atq̄ corrūpant̃: & cur sint atque permaneāt: ac sæpe numero me ipsum huc & illuc uersabam talia diligenter considerans. Nū posteaq̃ frigidū & calidū ad putredinem quandam ut quidam aiunt peruenerint tūc animalia concreātur. Et utrum sanguis est quo sapimus: uel aer: uel ignis: aut nihil horum: sed cerebrū potius a quo audiendi: uidendi: olfaciēdiq̄ sensus nobis præstantur: quibus quidem sensibus memoria cōflatur atq̄ opinio: ex memoria porro atq̄ opinione quom tranquillitatem in his acceperīt: originē sciētiæ ꝓsilire: rursusq̄ hox̄ ipsox̄ corruptiones excogitando: sic ad hanc considerationem mihi ipsi ineptior uisus sū ut nihil supra: cuius rei signum tibi sufficiens afferam: nam ex hac cōsideratione uel ipsa quæ prius plane sciebā ut tam mihi q̃ cæteris uidebar dedidici: sic tardior uel cæcus ōnino factus sū. Hæc Socrates dicit apud omnes græcos clarissimus. Quare si huic tanto tamque præstantissimo philosopho amentia uisa est dictorū de natura uirox̄ doctrina iure nos quoq̄ impietatē illox̄ omniū recusamus: præsertim quom errores de multitudine deorū sui ab his quæ de natura dixerit non sint alieni: quod loco suo ostendemus ubi docebimus Anaxagorā primum græcorū intellectū rebus instituisse. Nunc uero ad Diodox̄ transeamus: ac ipsum de prima hominum theologia scribentem audiamus.

A Egyptios ferūt primos omniū quom in cælū oculos sustulissēt motum: ordinem: & quātitates cælestium corporū admiratos: solem & lunam deos putasse: ac solem quidem Osirim: Lunam: Isim nuncupasse a proprietate quadam inditis sibi nominibus. Nam si qs ad latinam linguam uerba trāsferat multioculus Osiris dici potest: neq̄ id ab re: radios enī suos quasi multos rebus īmittit oculos: qbus omnia perspicit: ut etiam poeta dicit. Sol qui terrarum flāmis opera omnia lustras: q̄uis nōnulli græcorum poetæ Dionysium esse Osirim confingant. Syrium quoq̄ ipsum tanq̃ nomen de nomine ductum sit appellatū existimant. Hinc Eumolpus in bacchicis carminibus igni oculum radiis Dionysium nuncupat: & Orpheus splendoris auctorē Dionysium. Isim uero latine priscā dicere possumus: lunæ hoc noīe indito: quoniā sempiterna priscaq̄ sit cui cornua depingunt: uel quia

quom minoides ſit cornuta uideatur: uel ꝙ bos ei aput ægyptios ſit dedicata: quibus ut Porphyrius aſſerit ĩ libro quem aduerſus edẽtes carnes conſcripſit non ſanguinem aut nidorem offerebãt: ſed fruges terræ: quas etiã ipſas q̃ſi deos adorabãt. Miſerationẽ uero lachrymas atq; fletum germinibus terræ defloreſcentibus offerebant: ſimiliter primæ animalium ex terra generationi: ei etiã quæ ex cõuentu ſexuũ eſt morti quoq; animalium eodem modo: quod ad orationis genus ex animi profectum ignauia infirmitati eorũ erat accõmodatum. Sacra igit̃ regione aſſulo habitata ibi primũ ab homĩbus ſacra cæleſtibus oblata ſunt: non myrræ: non caſiæ: aut croci primitiæ: nã hæc longe poſtea fuerunt inuenta: ſed herbam uiridem quaſi productiuarum terræ uiriũ primitias manibus offerentes diis offerebãt: arbores enĩ antea q̃ animalia terra produxit: herbas autẽ multo prius q̃ arbores. Ex herbis ergo integras quaſdam ſummẽtes cum foliis radicibus ac fructu partes ſimul cõcremabãt: & hac exhalatione ac fumo cæleſtibus litabant: ignem quoq; in extinctum in templis ſeruabant tanquã cæleſtibus ſimillimũ. Ab hac autẽ exhalatione quã græci thymiaſin dicũt: thyſia quoq;: quã ſacrificium latine appellamus: apud græcos antiquitus dicta eſt: nunc uero nõ recte capimus thyſiam illum cultũ appellãtes qui ſanguine celebratur: & poſt pauca: multo autẽ poſtea iniquitate hominum foediſſimus ſanguis atq; hoſtiaꝝ mos ĩtroductus eſt crudelitatis plenus occiſis animalibus: & eorũ ſanguine aris deoꝝ imbutis. Hæc Porphyrius. Plato autem in Cratillo ſic ſcribit ad uerbum: Vidẽtur mihi primi græcorum eos ſolũmodo deos putaſſe quos etiam nunc multi ex barbaris colunt: ſolem uidelicet atq; lunã: tellurem: ſtellas: ac cælũ. Nam quom ipſa cernerẽt thein ſemp: hoc ẽ currere atq; reuolui: ab hac ipſius thein natura ideſt deos appellarũt. Hæc Plato. Verũ ꝙ primi atq; antiquiſſimi hominũ nec tẽplorũ molibus: nec ſimulachrorũ dedicationibus operam dabãt: quippe q neq; pĩgere: neq; fĩgere aut cælare: ſed nec ædificare adhuc ſciebãt unuſquiſq; facile cogitatione per ſe ipſum aſſequi poteſt. Quod etiã nulla deoꝝ atq; heroũ Iouis: Saturni: Neptuni: Appollinis: Mineruæ Iunonis: Dionyſii: Herculis mẽtio apud illos erat: ſed nec alioꝝ quoꝝ nomina modo græcorum ac barbaroꝝ aures multitudine obtundũt. Præterea quod nec dæmon quiſpiã probus aut ĩprobus admiratione habebat̃: ſed ſola cæleſtia ut dii: nõ uictimarũ cædibus: ſed herbarũ fumis colebantur: nõ argumentis noſtris ſed ſuis teſtibus partim ex

iam dictis: partim ex his quæ dicentur facile comprobatur: quod & sacræ scripturæ īuiolabili patet auctoritate: quæ a cæteris homībus cælestia corpora dicit deorum noīe adorata fuisse: solis uero hebræis unius ac ueri dei & creatoris omniū fidem cultū & pietatē attribuit qbus oībus apertissime liquet non fuisse apud priscos uel græcos uel barbaros simulachroꝝ dedicationes: aut deorū dearūue genealogiā: aut dæmonum ac spirituum īuocationes: aut turpē heroū theologiā. Sed ad hæc omnia quoqꝫ ipsa deorum tam mariū q̄ fœminarū postea inuenta. Hæc omnia nihil istius nugatoriæ superstitionis quæ gentes oēs occupauit antiquissimis tēporibus fuisse ostēdunt. Quare nemo dubitare pōt hoīm esse hos deos excogitationes & cōfictas mortaliū fabulas: imo uero improboꝝ ac sceleſtoꝝ artificia: qbus cupiditates suas assequi possent: ut sacratissimus etiā sermo apud nos dicit Initiū fornicationis idolorum inuētio: gentilium igitur omnium error: quo deorū multitudinē esse falso crediderūt: a phoenicibus atqꝫ ægyptiis incipiens: & ab his cæteros homīes: ac ipsos quoqꝫ græcos aggressus multis sæculis. postea orbem inuasit: ut ipsorum phoenicum testatur historia: quā Sachoniatho uir priscus: quē uel ante troiana tempora floruisse dicunt: phoenicū līgua exq̄sitissime cōscripsit. Traduxit aūt in græcū Philo: nō hæbreus: sed biblius: quos magnis laudibus Porphyrius in quarto eorum: quos aduersus nos libros euomit: his uerbis decorauit. Narrat autē iudæorū historiā uerissime: quoniā & locoꝝ: & uirorum nomina: ita ponit: ut ipsi Sachoniatho Berutius: qui eorū rerum omniū monumēta: ab hierōbalio dei Ieui asserit habuisse: quā quidē historiā Belbalo berutioꝝ inscripsit regi: cui propter ueritatē historiæ q̄gratissimus fertur fuisse: Is Sachoniatho phoenicum etiam historiā: partim a singulariū urbium annalibus: partim a libris sacris: qui dedicari solebant: solerti collegit ingenio: quem non multo post Moysen Semiramidos fuisse temporibus scriptum est: hunc uirum Philo biblius in græcam linguā exactissima cura traduxit: his uerbis Porphyrius ueritatē ac antiquitatē Sachoniathonis historiæ testat̄: in qua nō creator oīum: nec cælestia corpora: sed mortales uiri: nec ꝓbi: quos saltē propter uirtutē admirētur: sed scelesti nefandorūqꝫ morū phoenicū ægyptiorumqꝫ dii fuisse narrantur. Isti uidelicet ipsi: q etiā nunc apud omēs gentes: quasi dii īmortales honoribus colūtur diuinis. Sed tempus est iam illos ipsos audire. Philo biblius in exordio statim totius negotii Sachoniathonis quod in nouem libros partitus

eſt. Hæc de auctore ſuo ad uerbū dicit. Sachoniatho uir peritiſſimus atqꝫ curioſiſſimus fuit. Is quom nihil omniū: quæ ab initio facta ſūt: memoratu digna: ignoraſſe uideatur: diligentius tamen q̄ cætera: ea queſiuit: quæ Taautus excogitauit. Nō enim latebat ipſū: ꝙ primus omniū mortaliū litteras Taautus adinuenit: & res memorabiles auſus eſt æternitati commendare: quem egyptii Thoyth: Alexandrenſes Thoth. Græci Mercuriū appellarūt. Paulo deīde poſt hæc accuſauit iuniores: ꝙ ea quæ de diis fabuloſe dici uideant: uel allegorice ad naturā: uel tropologice ad mores ſtudent reducere: nō reducēda: his uerbis. Iuniores ſacrarū reꝝ interpretes res geſtas repellētes: fabulas fabulaꝝqꝫ allegorias excogitarūt: quas rebus naturalibus īponentes: myſteria cum tanta obſcuritate induxerunt. ut nemo facile ueritatē reꝝ poſſit ꝓſpicere. uerū priſci ac precipue phoenices: atqꝫ ægyptii: quos cæteri ſunt imitati: ſi qui uitā aliqua re inuēta excoluerunt: eos benefactores communeſqꝫ patronos putantes: quaſi deos adorabant: quibus ſtatuas: ac ſimulachra: templa quoqꝫ ſtatuētes: naturaliū etiā deorū nomina imponebant. Naturales autem deos: ſolem ac lunam: cæteras tam erraticas: q̄ nō erraticas ſtellas: & elementa una cū iſtis putabant. Ita deos alios mortales: alios immortales dicebant. His ſic expoſitis phoenicum deinceps theologiam: ſecundū Sachoniathonē: biblius Philo ſic ad uerbum exponit.

Hoenicum thologia principium rerum omnium tenebroſū ac ſpiritalē aerē eē affirmat: aut aeris tenebroſi ſpiritū: & præterea chaos turbidū omni luce priuatū: hæc īfinita eē atqꝫ īterminata: Verū quando ſpiritus ſua principia concupiuit facta ē cōplexio atqꝫ cōnexus qui Cupido appellat̄: quiqꝫ creationis rerū omniū principiū eſt: ſpiritus autem ſuam non nouit creationem: ſed ex eius connexu factum eſt moth quod limum dicere latine poſſumus: alii aquoſæ mixturæ putredinem ex qua ſemina creaturarū omniū & generatio prodit: ac īprimis animalia ſenſu carentia: ex quibus facta ſunt aīalia intellectualia: quæ nuncupātur thophaſunin ideſt cæli conſpectores in figuram oui cōfirmata. Moth autem effulſit: ſol & luna: ſtellæ ac aſtra magna huius mundi origo apud eos creditur: qua deorum apte religio contemnitur: ſed uideamus quo modo cætera mirabilis illa theologia conſtituit. Aere igitur inq̄t & mari igneū uenti emittētes ſplēdorē ſimul cū terra ac nubes facti & maxime de cælo effuſiones

ſegregatis itaq; cunctis atq; a ſuo loco ſolis calore depulſis rurſus in aere corruētia ſuo cōflictu tonitrua & fulgura effecerūt: quo ſonitu animalia ex limo quaſi ex ſomno proſiluerunt: eruperūtq; tā ex terra q̄ ex mari mas & foeīa: his addit. Hæc ī libris Taauti de origine mūdi cōſcripta reperimus: quæ ille ingenio ac cura inuenit: noſq; illuīauit: deinde uentorum nominibus ordineq; ante oculos poſito poſt pauca infert: hi primū terre foetus quibus & ipſi & qui ante ipſos fuerūt & poſt eos uitam trahebant deos putantes adorabant & infuſionis ac fumigationes eis faciebant q̄ adorationis modus ſuæ infirmitati ac ignauiæ animi cōgruebat. Poſt hæc ait ex uento colpia nūcupato & muliere Baau quod noctē ſignificare īterpretaē natos fuiſſe ſæculū ac primogenitum uiros mortales ita noīatos & a ſæculo primum ex arboribus alimenta homībus eſſe reperta: ex his uero natos genus ac generationē dictos phoenicē habitaſſe: æſtu autē facto palmas ad ſolē ſuſtuliſſe quē deū putabant Beelſamen uocantes ideſt cæli dominū: quē græci Iouē uocāt. Incuſat deinde græcos quaſi erroribus ductos his uerbis. Non enim temere multis hæc nominibus diſtincta ſunt: ſed ſecundū ſuſceptas res nomina indita fuerunt: quæ genus græcoꝝ ignorans longe aliter intellexit ambiguitate interpretationis cōfuſū addit deinde a genere ſæculi & Protogoni mortales filios ꝓcreatos: quorū noīa lux: flāma: ignis. Ex cōſtrictione lignorū ignē repperiſſe ac uſū eius docuiſſe: a qbus uaſto corpore natos filios aſſerit quorum noīa mōtibus ubi habitarūt īpoſita caſſio ſcilicet libano atq; īpudico hi quibuſcunq; obuiā fierent cōmiſcebātur: tabernacula excogitata refert ab iſtis ex cānis foliis atq; papyro: factioſe quoq; aduerſus fratrē Vſonē eos uixiſſe q corporibus tegmīa primus expellibus ferinis confecit magna uero imbrium ui præcipitata flantibus uentis atque corruſcantibus undiq; fulguribus ſiluas apud tyrū cōcrematas. Hūc Vſonem arboribus amputatis ambuſtiſq; primū cū his mare īgredi auſum fuiſſe: ſimulachraq; duo igni ac uento erexiſſe. quæ adorabat ſāguine feraꝝ perfundēs: his oībus quom naturæ cōceſſiſſent uirgas ac ſtatuas a poſteris cōſecratas annuaſq; celebritates ſtatutas. Longe aūt poſt genus alti cæloꝝ uenatorē & piſcatorē natos: piſcationē & uenationē inueniſſe: ex his natos duos alios qui ferrum ferriq; uſum īuenerūt: quoꝝ alteꝝ Chuſora uocatū cantibus magicis & huiuſmōi uerbis plurimū ualuiſſe: hi domibus porticus addiderūt & circuitus & cameras: ex his piſcatores & uenatores & q titanes appellāt fuiſſe

ex his etiam Amynum atq; magum qui greges fecerunt & magalia cōstruxerūt. Ex his etiā Misora & Selech idest uita tenuē atq; iustū isti salem usumq; eius: inuenerunt: a Misore Taautum fuisse natū q primus elementa litterarū conscripsit: quem ægyptii Thoor: alexandrenses Thooth: græci Mercuriū uocant. A sedech Dioscuros natos aut Gabiros aut Cirbātes aut Samothracas: q primi naues cōstruxerunt quorum nati herbarū uires & cantus ad medicinā inuenerunt. Ea tempestate natū Eliū qui altissimus fuit cognomīatus & mulierē Beruth uocitatam: hos in biblo habitasse: hi genuerunt Terrenum aut indigenam: cui Cælus postea cognomē fuit: a cuius nomine mira uarietate formosissimi supremum corpus cælū fuisse appellatū: huic ab eisdem tēporibus nata soror terra appellata: cui etiā ꝓpter formā terra cognominis facta: hi patri altissimo a bestiis dilaniato sacra & cerimonias ut deo īstituerūt. Ita patris regnū Cælus possidēs terrā sororem in matrimonium duxit: quæ sibi quattuor filios peperit: illū quem & Saturnum dicunt: Bætylum: Dogana qui & frumentarius appellatur: ac postremo Atlāta: habuit etiam alios liberos Cælus ex multis sibi uxoribus natos: quā rem adeo ægre tulit ut cæli diuortio uti uoluerit. Cælus tamen ab ea abstinens quādocunq; uolebat ui ei appropīquabat & īdignatione incēsus filios ab ea sibi ꝓcreatos neci tradere conabatur: qua ex re coacta terra socios sibi ac adiutores ad defendendos natos conciuit: Interea Saturnus quom in uirū euasisset Mercurii termaximi qui eius scriba fuit auxilio usus ad defensionem matris patrē ulciscitur: Saturni deinde liberi fuerunt Proserpina & Minerua: quorū prima uirgo obiit: Mineruæ aūt atq; Mercurii nouis artibus hastam & falcem ferreas Saturnus fabricatus est. Demum Mercurius artibus magicis saturnios milites instruxit: commissū aduersus cælū ꝓ terra preliū fusis fugatisq; copiis regnū suscepit. Ea in pugna īter alios quædam Cæli cōiunx admodū ei dilecta capta fuisse fertur: quā Euagoni Saturnus ī matrimoniū dedit/apud quem partu leuauit uentrē & uocauit quod peperit Demaroū: his ita gestis ædes suas moenibus Saturnus cinxit urbemq; condidit primam biblum a phoenicibus nomīatā: Atlāti uero fratri suspecto Mercurii cōsilio in ꝓfundo depulso foueā aggeris supiniecit: his corporibus dioscurorū posteri nauigia fabricati nauigabāt: tēpestatibusq; ad cassiū mōtem eiecti templum ibi condiderūt. Deinde nō longo transacto tempore Cælus exulans filiā suam Ascartem forma & uirginitate florentē cū

exulans:

duabus sororibus Rhea & Dione q̃si suspectas ad ĩterficiendũ dolo Saturnum emisit: sed uariis modis allectas Saturnus matrimonio sibi sorores cõiunxit: ea re cognita Cælus fato pulchritudĩe aliisq; sociis auctus in Saturnum insurgit: quas uidelicet fatum & pulchritudinẽ similiter allectas ad se Saturnos attraxit: recepit autem ab Ascarte Saturnos nõ paucos filios: quorũ iunior cõtinuo simul atq; in lucẽ editus fuit in deos abiit. Clari uero fuerunt Amor atq; Cupido. Dago aũt frumẽta ĩuenit atq; aratrũ: ac ideo Iuppiter aratrius nũcupatus ẽ Sedech autẽ idest iusto una titanidum nupta Aesculapiũ enixa est: præterea Saturno imperea tres filii nati: Saturnus patri cognominis Iuppiter Belus & Appollo: tunc etiã nati sũt pontus Typho: Nereus ponti pater: a Põto Neptunus procreatus & Sido: cuius ab ore sonora suauissimaq; uox profluebat hæc prima hymnos carminibus cõposuit: a Demaroonte Melchratus qui & Hercules uocatur natus. Tunc Cælus Demaroõte sibi socio atq; amico Põto bellũ infert: sed uictus a Põto Demaroon uouit pro fuga uotũq; persoluit. Post trigĩta duos aũt ãnos regni sui Saturnus insidiis Cælũ patrẽ prope fontes fluentaq; ĩ ualle quadã insidiis locatis coepit & uirilia mẽbra abrasit: unde sacer sãguis in fõtes fluẽtaq; stillauit: q locus ad hæc usq; tẽpora monstrat. Hæc sũt Saturni gesta: hæc a gentibus prædicata tẽpora: hæc aurea illa saturnia regna: hæc beatificata illa priscorũ foelicitas. Sed redeamus ad nobilem istum theologum uideamusque quid postea factum dicit. Ascarte autẽ inquit maxima sũmaq; ac Iuppiter & Demaroon & Adolus deorũ prĩceps Saturni iussu regnũ gubernabãt. Imposuit autẽ Ascarte capiti suo regali ĩsigne tauri caput: quõq; orbẽ terrarũ circumiret repperit forte æropetem quẽ in tyriam sacratam insulã adductam consecrauit: Saturno autẽ quattuor oculos insigne regale composuit: quorũ duos ĩ anterioribus duos in posterioribus partibus corporis collocauit: qui uicissim cõtracti quiescebant. Alas quoq; in humeris quattuor fixit duas protensas quasi uolaret: duas remissas q̃si staret: significabatur autem ipsum dormientem uidere & uigilantẽ dormire. Similiter quoq; pallas quiescentẽ uolare & uolantẽ qescere Cæteris etiã deis duas fecit alas in humeris quasi Saturno cõuolarẽt: Ipsi præterea Saturno duas ĩ capite alas locauit unã propter prĩcipatũ mentis: alteram propter sensũ. Quom uero Saturnus austri regiones petiisset uniuersam ægyptum deo Taauto largitur: ipsum ibi regem constituit. hæc autẽ omĩa a septẽ dicit Sedech filiis cabiis appellatis

& ab octauo ipsorum fratre æsculapio uti eis Taautus deus præcepit cōscripta fuisse quæ Thaionis filius omnium primus apud phoenices deorꝝ īterpres allegorice ad naturā accōmodauit: tradiditq; posteris quasi orgia quædam atq; mysteria. Taautus aūt quem ægytii Thoth appellāt sapiā phoenicū præstās primus religionē deorꝝ ab ignorātia uulgari ī dignitatem doctrinæ reduxit: quē post multa tēpora deus Surmobolus ac thurro quæ dicta est Chysartis secuti abditā Taauti theologiam & allegoriis obthrusam in lucē protraxerūt: & post aliq̄ dicit morem priscis in magnis calamitatibus atq; periculis fuisse: ut ciuitati aut gentis prīceps dilectissimū ex filiis ulciscenti dæmoni q̄si redēptionis premium traderet et sic traditū mystice iugularet. Quō itaq; Saturnus rex regionis quā phoenices israelem uocāt: qui postea q̄ hominē exiuit ad Saturni stellā adductus ē: ab Anobreth nympha unicum haberet atq; carissimū filium Ieud a re ipsa dictum (sic enī etiam nunc phoenices unicum filium appellant) quia maximo atque periculosissimo bello ciuitas premebatur regio indutum ornatu sup cōstructā ad hæc præparatāq; aram īmolauit. Hic iste Philo Biblius uide quæ a Sachoniathonis traducta elementis de serpētibus ac feris uenenosis dicit: quæ usum ad uitam nullū: pestem uero & interitum uenenoso morsu hoībus inferūt. Scribit igit̄ ad uerbū sic: Draconū naturam atq; serpentū ipse Taautus diuinam putauit: & post ipsum etiam phoenices atq; ægyptii spiritalissimum enim animal omnium ē & igneum. Nam spiritu absq; manuum aut pedū & omnino alicuius organi exterioris adiumēto ut cætera uidemus animalia ferri eximiā celeritatem assequitur uariasq; figuras & formas gradiens inuoluto reuolutoq; ad quā uult celeritatē gressu facillime præstat. Longeuū etiam est nec solū senectā cū pelle deponens reiuuenescit: sed crescit etiam in adolescentia reductū. Quomq; determinatos adimpleuerit terminos in se ipsum reuolutum rursum reuirescit q̄uis semp minus ita nisi percussum intereat uix naturali nece conficitur: Id phoenices dæmonē foelicē: ægyptii uero eneth appellarūt: cui accipitris caput apponunt ꝑpter actiuitatem accipitris singularē: Iccirco Epies quē summum deorum interpretem ægyptii putarunt sacrarum litterarꝝ scriba: cuius libros Arius ī græcam linguam traduxit allegorice hoc tradens ad uerbū ait. Diuinissimū animal serpens & accipitris habēs capud ualde iucūdum est: id si palpebras erigebat luce primogenitā omnem suā regionem replebat: quom uero clausos retinebat oculos

tenebræ fundebãtur: hinc significare uoluit Epies igneã esse naturã eius. A phoenicibus pherecides quoq; principia perdoctus diuinitus de deo quẽ Ophionea græce uocauit latine serpẽtẽ dicere possumus & de offionidibus mirum ĩmodũ disseruit de qbus alio loco dicemus. Verũ ægyptii uniuersũ depingẽtes mundũ ac ipsa inducti sententia inter circulum æreum igneumq; insuperficie circumfusum serpẽtis accipitri formis figuram extendũt ut sit theta græce litteræ figura cõsimilis magnitudinẽ mũdi ac formam per circulũ significantes: p serpentem uero qui in circuli medio positus est bonum dæmona cõseruatorem omnium cuius uirtute mundus contineatur ostendẽtes. Sed Zoroastes quoq; magus ĩ libro sacro ĩ quo res persicas collegit: hæc ad uerbũ scribit. Deus caput accipitris habet: is incorruptibiliũ primus est sempiternus: ingenitus: expers partiũ sibi ipsi simillimus: bonoꝝ omniũ auriga: munera nõ expectãs: optimus: prudẽtissimus: pater iuris sine doctrina iusticiã pdoctus: natura pfectus: sapiẽs: sacræ naturæ unicus inuentor: Ideo similiter serpentibus ut cæteris diis Immolabant deos maximos ac principes totius arbitrantes.

ED. PHOENICVM theologiã iã p auctores suos exposuimus q̃ omnĩo ut pestiferam fugiẽdã & sanitatem tantæ insaniæ quærendam salutare prædicat euangeliũ: quod autem nõ fabulæ dictæ sunt aut poetarum figmenta altius quiddam quasi nucleum contegentia: sed sapientum priscorũ & theologorũ ut gentes dicerẽt uera certaq; testimonia cũctis antiqora poetis inde patet: q; usq; ad nostrã memoriam ĩ phoenicia isti ipsi dii sic appellati: sic nati: sic educati: ut dicti theologi tradiderũt dicũt. Quare nihil agũt quom ad naturalia quædã turpitudinẽ occultãtes refugiunt quom res se ipsæ cerimoniæq; deorum una claraque uoce phoenicũ omnium ipsos redarguũt. Sed de phoenicũ theologia satis. Nunc ad ægyptiã transeamus ut etiã hic uideamus rectene an cõtra gentilium nugas contemsimus & salutarem euãgelii doctrinã secuti simus: quam maxime nunc neglectis suis sanctissime colit ægyptiis: Vniuersam autẽ ægyptiorum historiam & theologiã ipsorum seorsũ in libro quem sacrũ inscripsit Manetus quidã ægyptius græca ligua

exquisitissime in mediũ edidit. Sed Diodorus etiam siculus uir clarus omnem ut diximus historiam gentiũ diligenter breuiter ac ordinate congregatam conscribens ab ægyptiorum theologia totius negotii fecit initium a quo potius quasi ab illustriore notioreq́ʒ græcis q̃ ab ægyptio Maneto: hæc ad uerbum scribenda duximus.

Sferunt igitur ægyptii in rerꝝ omnium originẽ homines primũ in ægypto primum homines productos: partim propter cæli temperãtiã: partim etiã ꝓpter nilũ & nasci & educari potuisse. Nam nec hibernis frigoribus nec æstiui solis ardoribus regionẽ premi: & solũ irrigatione nili sic esse fœcundũ ut alimentorꝝ in usu hoĩm nulla terra feracior sit. Deos uero mortales homines fuisse: sed uirtute ac beneficiis uitam communẽ excoluerũt ĩmortalitatẽ cõsecutos: quorꝝ nõnulli reges fuere noĩaq́ʒ habuere: alii noua quædã alii a cælestibus translata esse: quæ maximos deos solem Saturnum Cybelem Iouem quẽ hominẽ nõnulli nũcuparũt: Iunonẽ Vulcanũ Vestã ac postremo Mercurium Solem aiũt primum omniũ apud ægyptũ regnasse: soli cælesti cognominem q̃uis nõnulli sacerdotum Vulcanum cõtendant primum igne inuẽto regnum obtinuisse: deinde Saturnum q̇ sorore Cybele ĩ uxorem ducta Osyrim & Isim genuit aut ut plurimi dicũt Iouem & Iunonem: hos uniuersum orbẽ ĩperio subiugasse ac quinq́ʒ deos procreasse aiũt Osirim Isym Typhona Appollinem ac Venerẽ: Osyrim Dionysium: Isim Cererẽ esse autumant: quos matrimonio cõiunctos quom regno successisset plurimũ generi hominũ cõtulisse Ita tractu thebaico centum portarũ urbẽ condidisse: quam alii Iouis urbem alii thebas appellãt. erexisse aũt Osyrim Iouis ac cereris parẽtibus cæterisq́ʒ diis aurea tẽpla quorꝝ singulis certas cerimonias statuit & sacerdotes qui earꝝ curã haberent consecrauit: Ab hoc uitẽ inuẽtã & diuersis honoribus homines distictos ut alii colerẽt alii colerẽtur: musicam adeo dilectam ut secũ semper nõ paruũ musicorũ duceret: quibus nouem uirgines quarum Apollo dux erat: & aliis doctrinis & canendi arte nõ mediocriter excelluisse. Quomq́ʒ omẽs gentes ꝓpter eius merita quasi deum susciperent ubique monumenta reliquisse: In india multas urbes cõstruxisse: phrygiã domuisse: ac ꝑ hellespõti angustias ĩ europam traiectum. Macedona filium macedoniæ regẽ constituisse: ab hoc Apyn & Mueuin consecratos & apud ægyptios loco deorum publice cultos: quoniam frumentorũ inuentoribus ad

committēda territoriis semina profuisset. Isim iureiurādo nullius se præter Osyridis complexum petituram decreuisse: quam etiā postq̄ hominē exiuit īmortales honores consecutā uidemus. Osyride uero īsidiis laniato alia quidē membra nō mediocri labore ab Iside inuēta diuinis honoribus sepulta: pennis uero in flumen nilum a Thyphone proiectis constituto dolo sacra ac cerimonias maioris aliquāto cultus statutas fuisse: hinc græcos accepisse & dionysii orgia & dies festi cū honore huius membri fierēt: cuius simulachrum ī mysteriis ferētes phallum appellant: fingere autem aiunt ac commentiri oēs q apud thebas boetias ex Semele ac Ioue hunc demum natū existimāt quod Orphea primum ausum fuisse. Illum enim ægyptum petiisse ac inde mysteria Osyridis doctum in græciam rettulisse. Et quoniā cadmeis amicus esset genus dei magnis affectus honoribus ad ipsos nō inuitus transposuisse multitudinemq; alios ignorātia: nōnullos quia talē deū græcum potius q̄ ægyptiū dici uellet: cultū & mysteria eius libēter suscepisse: at uero poetā Orpheū facile totā rē ea de causa uerisimi literq; finxisse quoniam Cadmus ex thebis ægyptiis ī boetiā ꝓfectus Semelem aliosq; liberos genuisset: quam ab ignoto pressam septimo mense sicut etiam de Osyride perhibēt ægyptii puerum peperisse: hunc mortuum a Cadmo deauratū & quasi deum ingenti cultu & sacrificiis decoratū fuisse: parentem quoq; eius Iouem prædicasse ut Semeles stuprū leniretur: hinc apud græcos celebratā esse fabulā ꝙ Semele Cadmi Osyrim ex Ioue concepisset in lucemq; edidisset: quā poete adeo amplificarunt atq; auxerunt ut iam resonātibus theatris nemo græcorū sit qui hāc rem aliter gestam credat: nec in hoc solū: sed ī aliis quoq; multis illustribus apud ægyptios uiris heroibus quoq; ac deis id esse a græcis factitatū: Herculem enī ægyptiū fuisse: cuius uirtute multas magnasque orbis terrarum partes perdomitas hunc græcos ut suum diuinis honoribus colere: qui suus nō sit: sed magnis tēporibus postea ad natum ex Alcumena Herculē iniuria res gestas ægyptii herculis traductas. Persea quoq; in ægypto natum & ipsius Isidis genus ab ægypto ad argiuos translatum: fictis deinde fabulis Io ipsā eē quæ ī bouis fuit formā mutata: cuius honore factū ut ægyptii bouem adorēt: q̄uis alii antiquissimis temporibus animalium effigies ab ægyptiis ducibus atq; imperatoribus galeis īsculptas ferri solitas ī prœlio dicāt eāq; rem imperii signū ipsis fuisse. parta deīde uictoria ea aīalia: quorū imaginē uictoriosi duces gestarunt: quasi offensionē

belli ad hostes ipsi repulissent in deos relata fuisse. Nõnulli usus utilitatisq3 causa multa ex animalibus in deorum numero apud ægyptios suscepta contendunt. Bouem enim ipsam tam partu suo q̃ arãdi opa conducere: oues autem & parere & tegmentoꝝ materiã præbere & lacte ac caseo alere. Canem uero una cum hominibus uenari & ad custodiendos hoĩes natũ esse. Quapropter deũ qui apud eos Anubis appellatur caninum habere capud: ea enĩ re ostẽditur custodẽ ipsũ Osyridos fuisse tam belluas q importune obuiã factos coercẽtẽ: felẽ uero quoniam ad scuta facienda cõducat: ichneumona quoniam oua crocodilloꝝ conterat & luto conuolutus quom os apiant ita in uẽtres eoꝝ insilire soleat ut exesis ĩtestinis eos ĩterimat. Ex auibus ibidẽ qdẽ utilem dicunt ad serpentũ: locustarum: erucarũ interitũ. Accipitrẽ uero ad scorpiones atq3 cerastas necãdos: & alia huiusmodi uenenosa animalia: quem etiam nõnihil conferre arbitrantur. Aquilã uero qa regia sit colũt: hircũ in diuinis ea ratione dicũt susceptũ: qua priapũ apud græcos propter genitalia membra quom id aĩal ad cõiunctionẽ sexuum maxime omniũ deferatur. Membra uero genitalia apud eos honorari quoniã per ea instrumenta species animaliũ conseruantur: quæ tamen non apud ægyptios solum: uerum etiã apud plerasq3 alias gentes: quoniã quæ ad generationẽ aĩalium necessaria sunt apprime colũtur. Quapropter etiã antistites qui a patribus secundũ ægyptios successione sacerdotium acceperunt huius dei mysteriis nunciantur. Adhæc pæanas etiã atq3 satyros aiunt huius rei causa cunctis hoĩbus esse uenerabiles: cuius signum est quia simulacra eorum in templis membris in morem hircorum quod animal traditur promptũ semp esse ad coniunctionem tentigine affectis statuuntur. Sacros autem tauros Apyn scilicet atq3 Mueuin diuinis coli honoribus tũ propter agriculturã: tum quia frugũ inuẽtio ad deos refertur. Lupos quoniã canibus similimi sunt: & quoniam Iside una cum Oro filio certamen aduersus Typhonem susceptura: Osyrim asserunt ab inferis filio & matri auxiliũ ferẽtẽ aduenisse eisq3 in specie lupi apparuisse. Nõnulli autem dicũt a lupis aduersum egyptũ irruentes æthiopes distractos fuisse unde regionem lupariam appellatã. Crocodillum illis honori esse aiunt quoniã eius terrore ab arabia atq3 libya latrones in ægyptũ nare nequeant. Præterea quendã de priscis regibus suorũ rabiẽ canũ fugientem ad paludẽ confugisse: qui præter opinionem hominum a crocodillo susceptus in alteram ripam traiectus fuerit. Sed culturæ

aĩaliũ alias alii causas afferunt. Multitudine enĩ aiunt crebro ĩ reges magno insurgente consensu diuersorum animalium cultum diuersis ciuitatibus a quodã rege statutũ fuisse ut dũ siguli religionẽ reuerẽt suam & cæterorũ contemnant nõ possent uniuersi in unum ægyptii conspirare. Hæc aĩalia linteamina post mortẽ plangẽtes & pectora cum gemitu cædentes in sacris sepeliunt loculis: quorũ si quod spõte aliqs interfecerit mortis mulctãt supplicio: Felem aũt aut ibidẽ siue spõte siue ĩuitus quisq̃ necauerit morte punitur. Præterea ĩ quacũq; domo canis mortuus fuerit oẽs q eam habitãt uniuerso corpore raso magno luctu afficiuntur: nec uino aut tritico cæterisque ad uictum necessariis quæ in ea domo recondita fuerunt uti amplius licet. Alũt aũt Apyn quidẽ in mẽphide: mneuin in eliupoli: hircum in medẽte: crocodillum in palude: myridos reliquasq; feras in locis atris similã aut pultẽ lacte coctã afferẽtes: & bellaria melle cõmixta & anserinas carnes tam elixas q̃ tostas. Cum masculis autem animalibus foeminei quoq; sexus sũma specie simul nutriũt quæ pellices appellãt. Quom uero apis mortuus fuerit magnificeq; sepultus quousq; similẽ ĩueniãt in perpetuo luctu sunt: quẽ simul ac inuenerũt ad urbem nili statim adducunt: quãdo solum mulieribus uidere ipsum licet: obuiam nãq; factæ sublatis uestibus genitales partes ei ostendunt: nec unq̃ postea hũc deũ mulieribus aspicere licet: in quem asserunt animã Osyridos post mortem traductã fuisse. hæc illa est ægyptiorũ turpis impietas potius q̃ theologia aduersus quam aliquid dicere quom per se iaceat turpe duco: quã merito contempsimus atq; despuimus: a tantis malis nõ nisi a salutari & euangelica doctrina quæ ob cæcatos mẽtis oculos per fidem illuminauit liberati: ueꝝ honestiores harum nugarum & quasi naturales rationes paulopost simul quom græcarum fabularũ interpretatione facilius enodabimus. hoc igitur modo antiquissimæ temerariæq; phoenicum & ægyptioꝝ superstitionis omniũ gentium turpis theologia plena est. Verum de græcorum quoq; theologia qui simulachris & mysteriis simili quodã ut ægyptii pacto utũtur: modo dicamus: quã q uniuersã collegit historiã in tertio & quarto uolumĩe diligentissime conscripsit facto a Cadmi ætate initio Cadmum autẽ post Moysen fuisse ab exq̃sitissimis gentiũ annalibus loco suo demõstrabimus ut aperte pateat Moysem maiorem natu q̃ græcorũ deos fuisse: siquidem post Cadmum dii emerserunt: quem nõ paucis ãnis Moyses superauit. Sed iam Diodori uoces audias.

Admum Agenoris filium ex phoenicia dicunt ad quærendam europã quæ fuit a Ioue rapta a rege missũ fuisse nec ĩuenientẽ ĩ boetiã tandẽ deuenisse ac thebas ipsi ædificasse. Quomq; Armoniã Veneris filiã in uxorẽ duxisset: Semelẽ & sorores eius ex ea genuisse. Amoribus autem Semeles Ioue capto ac exorato tanq̃ ad Iunonem diuino ad eã modo accedere nõ tulisse fulgura atq; tonitrua mulierẽ: sed abortu edito puero igne ipsam flagrasse: a Ioue autem Mercuriũ accepisse puerum: eumq; ad spelũcas nises: quæ inter phoeniciam & nilum sita est transmisisse: hoc pacto a nymphis educatum Dyonisiũ uini & uitis usum atq; plantationem homĩes docuisse: inuenisse quoq; coctionem ex ordeo confectam quam ceruisiam appellant: hunc cũ exercitu nõ uirorum solum: sed etiam mulieꝝ orbem lustrasse: ĩiustis atq; ĩpiis hoĩbus atrociter punitis. Fuisse tamẽ hastis thyrso ornatis armatas mulieres: musas etiam omẽs secutas fuisse uirginitate omĩq; doctrinæ genere florẽtes quæ tripudiis & cantu deũ permulcebant. Pædagogum ei Silenum fuisse: cuius consiliis uirtutem fuit cõplexus Mitra uero capud ei ligari propter dolores qui e fumãte uino caput aggrediuntur. Bimatrem autẽ appellatum quoniã ex uno patre & a duabus matribus procreatus fuisse uidetur. Ferulã ei ĩ manu tradũt quia quom nõ permixtũ aqua uinũ hoĩes biberent ac in furorẽ uersi alter alterum baculis cæderent: unde nõnulli moriebantur: ꝓ lignis ferula uti persuasit. Bacchum a bacchis uocatum fuisse. Leneum quoniam leneus græce torcular latine appellatur. Bromium a bromo idest ignis sonitu: qui quom ab ortu ederetur insonuit. Satyri quoq; eũ dicuntur secuti fuisse: qui saltando & tragice canẽdo uoluptatẽ ei afferebant: ab hoc primo theatꝝ & musicã fuisse harmoniã ĩuentã. Hæc de Dionysio traduntur. Musas uero Iouis Cæli & terræ filias opinantur quas plurimi uirgines fuisse confingunt: & sic appellatas quoniã Myin græce honesta bonaq; doctrina ĩstituere significat. De hercule aũt hæc græci asserũt. Acrisii filia Danæ Ioui Persea genuit Perseo Androne Allectriona peperit: ex quo Alcumena ẽ ꝓcreata: cui se Iuppiter triplicata nocte commiscuit: nõ cupiditate ut plerisq; aliis mulieribus: sed liberoꝝ procreandoꝝ gratia. Q̃obrem quõ Iuno Zelotypia exarsisset Alcumenæ quidem partũ retardauit. Euristea uero uel ante tempus in lucẽ edidit: quod fecit quia prædixisse Iouẽ

audiuerat illo die ex persidarũ genere regem nasciturũ. Herculem uero alcumene Iunonẽ formidãs exposuit: cui Iuno Minerua suadẽte mamillam præbuit & a puero uehemẽtius q̃ ætas patiebatur attracta mamilla Iuno commota duos ad necem pueri misit dracones: ille aũt nullo mõ territus alterũ altera manu dracones ex collo appræhẽsos interficit. Aesculapiũ Appollinis atq; Phoronidos filium fuisse aiũt adeoq; medicinæ artibus excelluisse ut ab incurabili morbo multos liberaret. Ea re Iouem cõmotũ fulmine ipsũ interemisse: cuius morte iritatum Apollinem cyclopas a quibus fulmen illud Ioui constructũ fuerat ĩterfecisse. Vnde iratus Iuppiter ad seruitiũ Admeti Appollinẽ impulit: & hoc modo delicti poenas Appollinẽ persoluisse. Hoc in quarto bibliothecæ Diodorus posuit qui reliquã theologiã ab aliis gentibus græcos accepisse his uerbis in tertio scribit.

Rimum inquit apud eos Cælum regnasse atlantii asserunt: is quadragĩta ut dicũt & quĩq; filios habuit: quoꝝ duos deuigĩti Ops castissima quædam mulier sibi enixa est: quam propter uirtutẽ in deos translatã terram noĩari: filias quoq; Cælum habuisse Basiliã & Cybelẽ quã etiam Pandoram uocant. Basiliã quoniã quasi mater fratres enutrisset matrẽ appellatã fuisse & post Cæli mortẽ hyperioni fratri nuptam binos liberos solẽ atq; lunã peperisse. Cybeles aũt fratres futura formidantes Hyperiona interemisse: Solem ad fluuiũ eridanum præcipitasse: hæc quom luna sic facta percepisset ab alto se ipsam loco deiecisse: matrem autẽ furore cõcitam crinibus solutis tympanis & cymbalis bacchantẽ primo circumuagari: deĩde postq̃ inueniri nullibi poterat in deos fuisse translatam creditũ: & aras ei ac tẽpla fuisse constructa: cuius sacra cũ tympanis ac cymbalis fiunt Solem uero atq; Lunam ad luminaria translatos fuisse.

Hryges uero Meona phrygiæ antiqssimũ fuisse regẽ cõtẽdũt a quo natam Cybelem fistulam quam Syringa græci uocant inuenisse: & montanã matrẽ appellatam: cui magno & casto amore phrygius dicitur marsyas coniunctus: a quo uenerem cognitã fuisse negant & tibiã aiunt inuentã. Cybelẽ autẽ attidi conuenientẽ cum uẽtre cognita res esset ĩterfecto Attide ac sociis eius a patre cõmotã furore ꝑ uniuersã magnis ululatibus regionẽ uagatã fuisse tympanis dolorem suum consolantẽ. Marsiæ uero primũ cum ea erranti: deĩde

in musica cõtẽtione ab Appolline superatu pellẽ uiuo fuisse detractã ab Appolline deĩde adamatã fuisse Cybelẽ & cũ eo ad hyperboreos usq; errasse: cuius iussu & Attidos corpus sepultũ & Cybelẽ diuinos honores consecutam: unde ad hunc usq; diem adolescentis mortem phryges plangere arisq; instructis Attida Cybeleq; templo ĩ piscino sibi phrygie oppido magnifice constituto ut deos colere. Post mortẽ autem Hyperionis Cæli filios regnum inter se partitos fuisse: quorũ clarissimi Atlas & Saturnus fuerunt. Atlanti uicinas oceano partes contigisse & multã astrologie operam datam septẽq; filias natas quæ atlantides appellãtur a quibus q̃ plures dii & heroes nati & a seniore ipsarum Maia Ioui coniuncta Mercurium procreatum. Saturnum quoq; atlantis filium auaricia & impietate præditum sororẽ Cybelẽ duxisse a qua Iouẽ suscepit q̃uis & alium Iouem Cæli fratrẽ & cretæ regem contendunt fuisse qui multo inferior posteriore Ioue fuit: q totius orbis imperiũ primus ac fere solus obtinuit. Cretæ autẽ regẽ decem filios genuisse quos curetas appellant: eius sepulchrũ usq; ad hanc diẽ ostenditur. Saturnum uero in libyæ sicilia italiaq; regnasse: a quo natus Iuppiter oppositã patri uitã dicitur elegisse regnumque suscepisse: alii patre concedente tradiderũt: alii odio patris a populis electũ atq; ideo Saturnum cũ titanibus bellum ei dixisse: quo uicto uniuersũ sibi orbẽ subiugasse (plurimũ aũt & corporis robore & aĩ uirtutibus ualuisse tradũt) ac sũmopere studuisse: ut & ĩpii punirent & probi sũmis afficerẽtur beneficiis. Vnde postea q̃ hominẽ exiuit: quoniã humanã uiueret uitam Iouẽ appellatũ. De terrestribus autẽ diis quom multa uariaque tam historicis q̃ poetis scribãtur: & inter historicos Euemerus q sacrã historiã: Homerus: Hesiodus: Orpheusq; monstruosa quædam finxerit: breuiterq; uterq; conscripserunt explicare conabor. Deos igitur honorabãt Euemerus ait magnificentissimis sacrificiis & muneribus argenteis atque aureis mirabili arte confectis de quibus latius in superioribus conscriptũ est. Est autem ĩ ea insula quæ deo cõsecrata est in quodã altissimo tẽplo Iouis triphilei templũ ab eo ipso quãdo totius orbis repugnabat constructũ: statua etiã in eo mõte aurea est: ĩ qua pancæis litteris Cæli: Saturni: & Iouis resgestæ summatim conscriptæ sunt: & paulo post Cælum ait iustũ & benignum uirum & astrologiæ non imperitum primũ regẽ fuisse: a quo cælites deos sacrificiis primo cultos: unde cæli cognomẽ habuisse: duosq; filios Pana & Saturnũ & filias similiter Rheã & Cererẽ

ab uxore Vesta suscepisse. Saturnum deinde regnasse & a Rhea quã in uxorem duxerat Iouem: Iunonem: & Neptunum suscepisse. Iouẽ autem qui Saturno in regnum successit Iunonẽ Cererẽ & Themim in uxores duxisse: & filios a prima quidẽ curetas habuisse: ab altera Persephonem: a tertia Mineruam. his dictis græcoꝝ fabulas secũdũ Hesiodum Homerumq̃ subiicit.

Ed de græcoꝝ atlantioꝝ phrygumq̃ theologia hactenus: qbus nõ absurdum est secreta mysteria & cælatos addere cultus: ut facile unusquisq̃ uidere possit: utrũ sit aliquid in eis ueræ religionis signũ: an a demoniaca supstitione ac errore pfluxerũt oĩ turpitudĩe atq̃ dedecore plena & lachrimis potius q̃ risu dignissima: quæ clemẽs ille in libro quo gentiles ad fidem adhortatur apertissime reuelauit: Vir magnaꝝ rerum scientia præditus & usu plurimoꝝ negotiorum prudẽtissimus q patrias nugas a salutari & euãgelica doctrina monitus cito contẽpsit. Pauca igitur ab eo sũpta diligẽter audias. Abdita inquit & inuisibilia sunt ac ideo diligẽti cura nõ inquirẽda barathri ora monstruorum plenissima lebes thesprotius: tripes ciræus: aena dodonæa cælo in deserto atq̃ harenis honoratus: & quod ibi oraculũ est. hæc omnia senescentibus iam fabulis deiecta penitus relinquant: Vltimo enim silentio castalius & colophonius fontes: cæteraq̃ fluẽta quæ diuinandi uim habere uidebanť tradita extinctaq̃ cũ suis fabulis defluxerũt totiusq̃ uinationis potius q̃ diuinationis nefãda mysteria ceciderunt: Silet Darius: Phytius: Didimeus: Amphiareus: Apollo: Amphilochus: tacẽt aruspices: augures: somnioꝝ interpretes: & q farina aut ordeo uaticinabanť: q quod usq̃ ad hodiernũ diẽ quasi ab inferis mortuos reduxerint cum dæmonibus colloquantur. Perierũt ægyptioꝝ penetralia: tenebris tradita sunt: necromãtia tyrrhenorũ: capræ simul cum istis ad diuinationẽ præparatæ: & corrui homĩbus oracula reddẽtes deuolarũt. Quid dicam de Dionyso quem menolẽ græce idest latine totũ furentẽ appellãt: cui bacchæ orgia celebrãt: & crudas carnes comedentes sacro furore iniiciantur euan euan cõclamantes: quæ uox aspirata secundum exquisitam hebræorũ linguã foeminei sexus serpentẽ significat. Ceres autẽ & bona dea mysteriũ fuerunt: quaꝝ moerores rapinam & luctũ eleusis docet. Quare mihi uideť si qs deriuationi uerborũ attẽdere uelit ab orge idest latine ira q̃ aduersus Iouẽ Ceres suscepit orgia: mysteria uero ad mysos quod

latine scelus est: quod Dionyso accidit appellata fuisse: quod si etiam ab attico illo Myente qui uenando periit ut Appollodorus scripsit mysteria uocāt. Nō erūt certe gloriosa quædā hæc mysteria funebri quodā honore tradita. forte autē mysteria idest mytharia q̄si fabulæ quædā latine appellata sūt. Perdat̄ igit̄ q hæc primus hoībus tradidit siue Dardanus qui deorum fabulas in mysteria deduxit: siue Aetio q orgia & cerimonias thracibus adinuenit: siue phrygius ille Mida qui ab Odryso illo didicit & subditis deinde artificiosū moerorē tradidit siue Cynira cyprius qui mulierem quandā capere studēs turpissima Veneris orgia ex nocte in diem transferre ausus fuit. Quidā aūt aiūt Melampodem Amythaonis filiū ab ægypto in græciā luctū Cereris solemniter celebratū reportasse: quos oēs ego impiaꝝ assero fabulaꝝ auctores & pernitiose superstitionis inuentores extitisse. Quid enim aliud quā dedecus & aptissima turpitudo sacra hæc sunt? Sed multo turpiora uidebuntur si quis quæ sequuntur addiderit. Ceres peperit educatur puella: Pherephattem nōnulli appellant: cui Iuppiter qui genuit draco factus coniungit̄: unde in sauasiorū mysteriis draco in spirā inuolutus ī sacrificiis ad factoꝝ memoriā: imo uero ī testimoniū tātæ turpitudinis ut ego dixerī adhibetur: peperit & Pherephatte tauriformem filiū: unde poetæ quoq; nōnulli taurū laudant draconis patrem & draconem rursus tauri patrē: & ī montē arcana hæc facta ducētes pastoralem stimulum celebrāt: pastoralem ut puto stimulū ferulā: quod genus ligni bacchantes ferunt appellātes nequeo latius huius Pherephatte sacra enarrare: quassilum: rapinā: idoneræ terræ hiatum: sues eubolei: quas eodem hiatu simul & duas deas absorptas aiunt fuisse: Vnde megarenses in thesmophoriis suis immittūt: quæ sacra uariis modis mulieres quoniam hæc fabula uarie narratur per ciuitates græciæ celebrāt thesmophoria: scirophoria: īeffabiliphoria uocātes: & multis modis Pherephatte rapinā complorātes. Dionysi uero mysteria penitus in humana quēadmodū puerum cū curetibus saliētē dolo puerilibus donis titanes decepti: ut & raptū dilaniauerīt ut Orpheus poeta cecinit. Munera uero quibus captus dicitur pinea & aurea poma hesperidū fuerunt quoꝝ sacrorū symbola nō est utile audire pila pinea: speculum poma uellus: Minerua uero Dionysi iam discerpti corripuisse: Pallasq; a motu cordis uocari dicitur. Titanes autem Dionysi membra ī lebete prius elixabāt: deinde uerubus fixa Vulcano torrebāt: Sed Iuppiter titanes quidem fulmine mulctauit:

Dionysi uero mēbra Appollini sepeliēda tradidit qui in parnaso ipsa deposuit. Vis & coribātiū audire orgia: tertiū ab his fratrē īterēptū fuisse asserūt: cuius caput purpura tectū & æreo scuto coronatū ad radices olympii montis portarūt: ac sepelierūt: quibus noīa Bauboni dysaul Triptolemo: Eumolpo & Euboleo fuerūt. Triptolemus bubulcus: Eumolpus ouiū pastor: suū uero Euboleus: a quibus eumolpides & præconū sacrū genus descēdit. Cererē uero a Baubone coribātiū nobili muliere hospitio susceptā tradūt: potionēq; multis confectā q̃ Cycrona uocāt Cereri allatā fuisse: quōq; Ceres luctu oppressa potū recusaret: quasi despecta Baubo doluit: itaq; sublata ueste genitalia mēbra deæ ostēdit: quæ hoc spectaculo delectata Cycrona suscepit ac bibit: hæc atheniēsiū mysteria sūt: hæc sūmus theologoꝶ Orpheus ut ipsi dicūt carmine cecinit: a quo nō est ab re carmina quædam testimonii loco apponere: Dixit & obscenas cūctas in corpore partes Attollēs uestē patefecit: tū dea ridēs Suscepit paruū q forte astabat iacchū: Ingessitq; sinu uetulæ baubonis: & īde Pocula suscipiēs tādē cycrona perhausit. Nocte certe ac tenebris ista mysteria digna Sūt: & magnanimo illo: Imo uero leuissimo crichthidarū populo: aliisque græcis quos mortuos hæc expectant. Qua enī spe temerarii homines nutriuntur: quibus oracula Ephesinus eraclytus canit: Noctiuagis maleficiis bacchis iniciatis simul atq; iniiciātibus: quibus ignis futura prædicit quiq; apud cæteros mysteria putant sine antistite pagunt: ex quibus oībus ficta: & inania: & deceptionis plena cūcta probant: quoꝶ symbola (denudanda enim sacra ipsorum sunt) exta fumantia polēta saldraco mala punica: tremētia anīaliū corda: ferula: hederæ: pultes: papauera: hæc ipsorum sacra sunt: themidos autem hæc sunt sacratissima symbola: origanū: lucerna: gladius: pecten mulieris: sic enī mystice mēbra genitalia appellant. O manifestā impudentiā. Nā quom priscoꝶ hoīm petulātiā nox cogeret sacra modo nox iniciatis prædicat & facibus tenebræ uictæ petulcos sacroꝶ mores ostendūt. Extingue pōtifex ignē: uerere faces q eas portas: hac luce turpitudo Iacchi manifestat: patere ut nocte mysteria colent: uenustiora uidēt ī tenebris: hæc orgia nescit ignis simulare aperiendo redarguendoq; oīa punit. Quis nō merito impios huiusmodi appellarit: q deū uerum ignorantes/puerū a titanibus laceratū & lugentē mulierē & mēbra turpitudinis turpissime colūt duplici quadam impietate detenti: nā & deum uerum ignorāt: & errore decepti mortales atq; turpissimos

bomines deos existimant. Hæc quidem Clemens.

Vare nõ iniuria nos magna uoce ista omĩa contẽpsisse fatemur a longissĩo ac prisco errore gratia & misericordia dei oĩpotẽtis & ineffabili uirtute saluatoris nostri q̃si ab ĩcurabili morbo liberati. Rationem enim secuti nefandum atq; impiũ duximus sãctissima dei appellatiõe mortales & turpes uiros honorare: q extremæ petulãtiæ crudelitatis atq; furoris exẽpla posterioribus tradiderunt. Quam enĩ insaniã non superaremus si modestiam: prudentiã: iusticiãq; laudãtes petulcis ac incontinentibus omni furore plenis: crudelibus quoque ac inhumanis homicidio simul ac parricidio maculatis diuinos honores redderemus? Quis enim maior cumulus impietati addi poterit q̃ si uirorum mulierumq; membra & in expertẽ terrarũ rationis naturã sanctissimã dei appellationem quis ĩtrudat eaq; turpia deo attribuat: quæ si de hominum aliquo dicantur legibus & cõsuetudine ciuitatũ grauissimo supplicio punient. Cur longior sũ omnibus græcis simul ac barbaris lucẽ effulsisse prædicamus quæ a falsa & impia religione ad ueram ac piam reducit. Multi enim iam quasi a sopore & ꝓfundo somno expergefacti oculis animi aliquantulũ apertis fabulas poetaꝝ religionem priscorũ esse cognouerũt: in quam naturæ quædã secreta occultari multi credẽtes decipiuntur: quæ q̃uis nihil ueritatis hẽant tamen exponenda nobis uidẽtur: ut etiã eis quæ honesta ipsi putarũt non iniuria spretis euangelicam saluatoris prædicationem prætulisse merito approbemur.

Vod faciemus si altius hæc primum repetierimus. Græcorum igiť popularis ut ita dicã & fabulosior theologia & phoenicum ac ægyptioꝝ huiusmodi esse ostendiť: ut auctoribus iã suis cõprobatũ est: quã nõ iniuria in principio præparationis euãgelicæ collocamus: ut & nos in memoriã redigamus: & qui nesciũt discere possint qualis maiorũ nostrorũ erat religio: & quanta nos ipsi ueritatis ignoratione quasi uinolentia obruti emersimus per euangelicam prædicationem & apparẽtiam saluatoris ueri dei Iesu christi: q nõ in parte una orbis terrarum: nec apud gentẽ unam: sed ubiq; quasi animarũ sol ꝓprios lucis radios immittẽs a caligine & tenebris errorũ ad fulgentissimã ueritatis lucem omnes homines conuocauit: apertissime namq; præ-nomĩati eorũ auctores mortuorũ simulachra & turpissimoꝝ hominũ

imagines cultas nullamq̃ mentionẽ dei ueri factam illis fuiſſe: diuinã iuſtitiam contẽnẽtibus & in oĩa ſcelera ſponte irruẽtibus oſtẽderũt. Nam quom nõdum uita hominum legibus & moribus inſtituta eſſet pecudum more ad nihil aliud multi q̃ ad implẽdum uentrem mentẽ eleuabant: quos primum impietatis gradum tenuiſſe contenderim. Nonnulli naturali quodam inſtinctu pauliſper commoti deum deiq̃ uirtutem ſalutarem eſſe mundo putarunt: ac eum quærẽtes ad cælũ animos erexerunt: & celeſtium pulchritudinem corporum admirati deos ipſa arbitrati ſunt. Alii depreſſi omnino in terris præſtantiores aut corporis robore: aut prudẽtia: aut facultatibus: gigãtes quoſdam uel tyrannos uel magos ac maleficos uiros: qui auxilio alicuius eorum quos a diuiniore ſtatu decidiſſe credimus mirãda quædã facere uidebãtur: uel eos qui humanæ uitæ aliquo modo profuerũt: quom uiuos tũ maxime poſt mortẽ deorũ honoribus coluerunt: Quare deoꝝ etiã templa ſepulchra eoꝝ fuiſſe multi teſtantur: ut Clemens ĩ exhortatione nõ nullos græcorum auctores ſcripſiſſe commemorat: quod ſi placet rurſus audiamus.

Vom enim inquit ĩanis ſuperſtitio initiũ cœperit quaſi maloꝝ omnium fons multitudinem deorum conſtituit: quibus hoſtias ĩmolare ſolẽnia facere ſimulachra ſtatuere & tẽpla condere pſuaſit: quæ tamen deorũ ſepulcra prius fuerunt & magnificentius condita temploꝝ appellatione uocata ſũt. Nã apud Lariſæã ciuitatẽ Acriſii ſepulcrum eſt: quod modo ſacrarii loco uenerant: & in arce atheniẽſi ut Anthiochus in nouo hiſtoriarum conſcripſit Cecropos ſepulcrũ fuit. In templo uero Palladis: quam ciuilem appellant Erichthonius iacet. Iſmarus autem Eumolpi atq̃ Dairæ filius in eleuſine una cum Celei filiabus ſepultus eſt. Quid multa? non enim latet a gentilibus ſepulcra hominum adorari. Hæc quidem Clemens.

Os aũt rurſus altius hæc repetẽtes dicere nõ dubitãus natura imo uero diuinitus oĩbus eſſe hominibus inſitum nõ ſolum utiq̃ quid atq̃ conducibile dei nomine ſignificari: uerum etiam omnium rerum creatorem ſic appellari: & uerbo quidem ita oẽs natura duce conueniunt: re autem creaturas pro creatore coluerunt præter unũ aut admodũ paucos ut ueriſſimis hebræoꝝ libris oſtẽditur: q a rebus uiſibilibus ad intelligibilia mẽtis oculos ſãctæ reducẽtes nõ creaturæ

alicui: sed ipsi rerum omnium creatori cunctorumq; largitori bonoꝝ dei appellationem attribuerunt: Cæteri autẽ omnes tenebris animi inuoluti ad tantã impietatem deducti sunt ut pecudũ more honestũ ac conducibile bonorumq; omnium extremum uoluptate corporis terminarent: & hac ratione eos qui uoluptatẽ adinuenerunt genera uel auxerunt atq; amplificarunt maleficos & mortales uiros ut dictũ est quasi bonoꝝ largitores saluatores & deos appellarunt: piam huius nominis notionem natura eis insitam ad eos transferẽtes quos bonoꝝ inuentores putabant: tantumq; mentis insania ualuit ut nec peccare se arbitrarentur: nec erubescerent diuinis honoribus maleficos atq; potẽtes hoĩes ꝓpter regna tunc primũ cõstituta colere atq; admirari Quomq; ut iam diximus mores hominum legibus stabiliti nõ essent nec supplicia peccatoribus iminerẽt: adulteria nefanda matrimonia: maribus ereptam pudiciciam: homicidia: parricidia: confecta scelere bella: quasi res pulcherrime gestas diis suis attribuebant & earũ reꝝ memoriam posterioribus quasi perutilem relinquere studebant.

Aec theologia priscorum fuit: quam iuniores naturalium rerũ scientia nõ parum iactãtes ad honestiora naturæ secreta interpretantur: ita nec omnino impietatẽ maiorum effugerunt nec tãtã rerum turpitudinẽ ferre potuerunt: sed priscorũ peccata corrigere uolentes uirtutesq; corporeas quibus generant̃ aluntur & crescunt corpora per fabulas significari uolentes: & hinc ordine progressi nõ solum principia & rerum elemẽta ut solem lunam stellas: præter ea terram aquã ignem: Uerũ etiã composita & affectus eoꝝ & fructus terræ: quos cererẽ bonã deam & bacchũ nominant ꝑ fabulas uiolẽta quadam interpretatione significari uoluerunt. Ita iuniores quidem maioꝝ theologiã erubescẽtes ac parui antiquitatẽ atq; consuetudinẽ faciẽtes quasi remedia turpitudinis deorũ excogitarũt. Vetustissimi autem etiam animalia bruta quæcunq; ad uitam conducere uideant̃ in deoꝝ numero collocare ausi sunt: & in manibus bæluis cerimonias statuere non erubuerunt: ipsos igitur audias græcos per unum qui præstãtissimus omnium fuerat fabulas nõ nunq̃ suscipiẽdas nõnunq̃ repellendas asserere. Mirabilis enim apud deos Plato modo sentẽtiã suã aptius explicando negat ea dicenda diis esse: quæ ab antiquissimis dicta sunt: modo de legibus scribẽs oportere affirmat fabulis quæ de diis traditæ sunt: quoniam nihil falsi in eis cõtineatur fidẽ adhibere.

Postremo a priscorum theologia suam desperans quom de cælo: sole luna: stellis: & de uniuerso mundo partibusq; suis physice more suo locutus sit. Demũ de priscorũ genealogia deorũ quasi particulariter sic in Timæo differit: sed de aliorum dæmonũ atq; deorũ generatione differere maius est opus q̃ humeris nostris ferre possimus. Quare his q hæc tradiderũt credere debemus q quom a diis orti sũt & parẽtes suos q sint oportune teneant nullo modo falluntur. Nam q̃uis neque necessario neque probabiliter dicant: tamen quia rem suam enarrãt æquum est ut eis fidẽ adhibeamus. Quare secundũ priscoꝝ instituta genealogia deoꝝ terminetur: credantq; cæli ac terræ filii oceanus & tethys fuisse: ex quibus Phorcis: Saturnus: Ops: & alii cõplures nati sunt. A Saturno aũt & Ope Iuppiter & Iuno. hæc igit Plato secũdũ ius & fas q̃uis nullo modo probari possint credẽda eẽ ĩ Timæo cẽsuit. Attendere autem diligenter oportet quia nihil altius in hac fabulosa genealogia contineri ostendit. Alio autẽ in loco hic ipse sententiam suam apertius explicans his uerbis utitur. Primum igitur ego dixi maximũ de maximis rebus mendaciũ efferre ausus est q quæ Cælius fecisse ab Hesiodo dicit: quodq; a Saturno mulctatus sit: & Saturnus rursus a filio improbe finxit. Nam etiã si uera essent tacenda omĩno putarẽ: nec ita facile ad omẽs efferenda sed maxime quidẽ cælanda: ꝙ si necessitas quædã dicere cogeret paucissĩs tradenda fuisse: ardua enim sunt nec prædicanda o adimante in ciuitate nostra: Nec enim iuueni persuadendum est puniri parentes oportere etiã si iniuriam inferant. Nec autem omnino credendũ est deos inter se ita dissidere ut alius alii bella & pugnam cieat: nec enim uera hæc sũt: nec nobis cõducibilia qui si rempublicã conseruare uolumus ĩtestina bella odia & simulationes turpissimas ducere debemus: nec gigantum aduersus deos pugnas & heroũ in cognatos adolescẽtibus explicandas iudicio sed si aliquo modo possemus nunq̃ ciuem ciui fuisse inimicũ libenter persuaderemus. Hæc enim maxime adolescentibus: hæc uiris: hæc senioribus prædicanda. quare poetæ cogendi etiã sunt hæc carmĩbus suis edere. Saturni autẽ uĩcula & Vulcani a prẽ pieċtio quom auxiliũ pulsatæ matri afferret: deorumq; pugnæ quas Homerus conscripsit nullo modo audiẽdæ. apertissime igitur Plato priscorum fabulas & fabularũ interpretationes cõtẽpsit: quod romani ĩtelligẽtes fabulaꝝ figmẽta spreuerũt. Quod ab halicarnasseo Dionysio cognoscere poteris qui in secundo uetustæ romanorum historiæ res gestas Romuli

enarrans sentētiam quoque illius uiri de diis his uerbis ostendit. Non ignorauit quia diligēter conditæ leges & de bonis rebus contētio & militaris exercitatio optimā ciuitatē cōstituunt: q̄rū rer magnā curā ad hibuit a cultu deorꝝ īcipiēs Tēpla igit̄ lucos aras simulacra: formas & symbola uirtutes bēficia: quæ a diis hoībus collata sūt cerimonias ac saluberrimas solēnitates q̄bus dii culti gaudēt iustitiū & dies festos cæteraque sic constituit: ut optime græcorū reipublicæ res romana cōferri possit: fabulas autē quæ de diis tradunt̄ur turpes atq̄ inutiles existimans nec solum diis: sed neq̄ probis hominibus dignas cunctas eiecit & persuasit ut optime de diis romani & existimēt & loquant̄: nullum enim opus immortali naturæ īdignum illis attribuit: Ita nec Cælus a suis filiis uirilia amputat̄: nec a Saturno liberi sui interficiūt̄ nec Iuppiter in tartarū patrem coniicere: nec bella: nec uulnera: nec uincula: nec seruitus deorꝝ apud eos ulla dicitur: sed nec solēnis unq̄ dies lugubri habitu agitur: quemadmodū dum apud græcos fletu & planctu Proserpinæ ac Dionysi passiones celebrantur: nec inspicere apud eos aliquis poterit q̄uis mores iam oīno corrupti sunt: furentes & bacchantes uiros simul atq̄ foeminas in templis deorū pernoctare Nec aliud quicq̄ monstrꝝ nefandum: sed religiose omīa quæ ad deos pertinent & dicunt̄ & aguntur adeo ut neq̄ apud græcos neq̄ apud barbaros usq̄ honestius ista cōstituta sint: & quod ego maxīe mirari soleo q̄uis ex uniuerso terrarum orbe in urbem multi confluāt: q̄ res sacras patriis peragunt moribus: nihil tamē alienum publice ciuitas imitata inuenitur quod multis aliis accidisse manifestū est: Verūetiā si deorum respōsis alienigena quædā sacra suscepta sunt omni eiecta fabularum garulitate romanis moribus peragātur. Sicut matri deorꝝ sacra quottānis certamībus ex cōsuetudine romanorꝝ fiunt: sacerdos aūt utriusq̄ sexus uir & foemīa ex phrygia cōsecrat̄: & urbē ut solēt tibiarum & tympanorū sonitu plustrant. Sic pie ac religiose romana ciuitas turpitudine fabularū omnino spreta deorū cerimonias pagit. Nō aūt ignoro eē nōnullas fabulas apud græcos hoībus utiles: quarū aliæ naturæ opus per moerorem ostendūt: aliæ cōsolandi gratia fictæ plenæ utilitatis sūt: quæ q̄uis optimæ: scīa tamē romanorū theologiā multo præstantiorē duco: parua enim est illa fabularum utilitas: nec multis prodesse potest: sed illis dumtaxat qui causas rerum curiosius inuestigarunt: qui certe paucissimi sunt. Multitudo autem indoctior ad peius solet huiusmodi orationē interpretari: & in horum alterum

ſemper incurrit. Nā aut deſpicabiles deos ducit: ſiquidē eorū multi tā magnis miſeriis oppreſſi fuerūt: aut nihil turpe: aut iniquū deorū exemplis admonita putat. Quare illis ſolūmodo relinquenda iſta ſūt qui philoſophiæ ſpeculationis inſudarunt.

Aec quidem philoſophorum primi & uetuſtiſſimi romanorū de græcorum theologia iudicarunt: qui phyſiologiā fabularū apertiſſime reppulerunt. Nos autē quoniam ad redargutionē illorū producti ſumus ageiā īterpretationes ac allegorias ſuas q̄ friuolæ atq; indignæ ſint inſpiciamus nihil noſtri afferentes. Sed illorum ipſorū productis auctoribus ab ipſis ſublimē hanc theologiam perdiſcamus Verū quom aliter alii dixerint: & unuſquiſque inuenta ſua uera eſſe contendat: ſatis erit ſi quæ clarioribus græcorū philoſophis uiſa ſunt ꝓpoſuerimus. Primus igitur cheronēſis adducatur Plutarchus qui fabulas peruertens myſticā in eis theologiā latere cōtendit: q̄ ueluti a deorū inducēs penetralibus nō mortalium aliquē ut fabulæ uolunt ſed temulentiā per Dionyſum ſignificari oſtendere conatur. Iunonē uero nuptialem: uiri ac fœminæ coniunctionē: deinde quaſi oblitus paulopoſt: terrā per Iunonem oſtendi uoluit: Latonā uero obliuionē ac noctē eſſe: & rurſus Latonā ac Iunonē eandē eſſe putat. Iuppiter autē pro æthera ſibi uirtute accipitur. Quid hæc mihi perſtringunt quom liceat ipſum audire ſicut ait in libro quem de platrēſi Dædalo iuſcripſit arcana pādentē theologiæ ſacraria his uerbis priſca quidē tam apud græcos quā apud barbaros theologia naturalis erat ratio fabulis īuoluta occulte ac myſtice ueritatem doctis ſubaperiēs quod carmībus Orphei: & ægyptioꝝ ſacris: & phrygia doctrina cōprobat maxime autē orgia & īmolationes & quæ ſymbolice in ſacris gerunt fabulaꝝ ſenſum aperiunt. Nam qui Iunoni ſacrificāt bilem in ſacris nō adhibent: ſed iuxta aram infodiunt. Namquoniam uiri ac mulieris coniunctam ſignificat uitam ea re oſtenditur abſque ira & odio & amaritudine matrimonium eſſe oportere: quod ſignificatiuū docēdi genus in omnibus fabulis eſt. Ita quom Iunonem adhuc uirginem ab euboea inſula ubi educata fuit furtim a Ioue ablatam ferunt: & huc deportatā opacum eis thalamū a Cithærone factū fuiſſe: ac Macridē Iunonis nutricē ab eo ſcrutari prohibitā quia Iuppiter in illis locis cū Latona qeſceret: Vnde poſtea grato aīo Iuno eaſdē aras atq; templa cū Latona uoluit habere: ita ut etiā Latona nocturna appellet: apte

tā rebus q̄ Latonæ nocturnæq; nominibus occultū latēs & tenebrosū diuinarum rerum significat. Alii aūt quia ibi latuit Iuno: nocturnā dicunt appellatam primum fuisse: deinde re iam aperta nuptialem. Qui aūt naturæ secreta subtilius p fabulas inuestigāt hoc pacto Iunonis atq; Latonæ potestatem cōiungunt: Iuno enī terra est: Latona uero nox. Obliuio enim quam uerbū hoc græce significat ni nocte fit propter somnum. Nox porro nihil aliud est q̄ terræ totius umbra: quæ radios solares eripiens atrum atq; obscurum aera reddit. Quod aūt nō alia est Iuno q̄ Latona inde profecto patet: quia Dianā Latonæ filiā oēs asserunt: quā & Lucinā appellant. Nomina igitur hæc duo sunt uni deæ imposita. Præterea Appollinem Latona: Martem Iuno peperit: Appollinis autē atq; Martis eandē esse uirtutē apertissimū est. Mars enī ares græce appellat: quod aregin auxiliū pugna oppressis afferre significat. Apollo uero uocatē quod apallati idest ab ægrotationibus homines soluat atq; liberet: q̄obrem ardentissimas etiā stellas solem apollini & nomine martis appellatam Marti accomodant: nec absq; causa eandem deam nuptialem & lucinæ atq; solis matrem putarūt. Matrimonii namq; finis procreatio est: qui nihil aliud est q̄ a tenebris ad solis lumina progressio. Vnde poeta: Quom lucina inquit illum in lumen adduxit: tum solis cernere quiuit fulgorem. Primum enim a dolore partus liberari per Lucinam: deinde solarem aspici solem qui generationis finis est ostēdere uoluit: sed nō est ab re peruulgatissimā quoq; fabulam enarrare. Dicitur enim Iunone irata dissidēteq; ab eo mœstus ea de causa nimiū fuisse: quem Alalcomenes īdigena docuit ut alteram ducere simularet: ita consilio eius ex quercu simulacro mulieris cōfecto quod dadalē appellarūt: nuptias præpare fingebāt. Nymphæ igitur tritonides & uniuersa boetia cōfluebat: q bus rebus Iunonē cōmotam a cithærone descendisse: & platensiū multitudine mulierū sequente ad Iouem peruenisse simulationeq; patefacta sūma cum læticia reconciliatam fuisse: honorem autem simulacro tantum fecisse ut dedala nomine ipsius diem festum īstituerit: quod tamē ex zelotypia q̄uis omī aīa expers esset cremauit. huius fabulæ talis ratio est: Iunonis ac Iouis bella & dissidia nihil aliud q̄ elemētorum intēperiē significant: quæ nisi certis proportionibus contēperētur natura rerum soluta magnam pernitiē afferūt. Si ergo Iuppiter idest calida uirtus ac ignea nimium excesserit siccitate omnia pereunt. Sin uero Iuno humida scilicet & uētosa natura iouē aspernata superauerit. Magna

uis pluuiæ delata diluuio cūcta uaſtauit: quod illis temporibus factū boetiam maxime regionem proluit: quæ multitudine aquarum tecta fuiſſe dicitur. Quare q̄primū tēpeſtate trāſacta terræ apparuerunt: deorū recōciliatio facta fingitur. Prima uero arborū omniū quercus effloruit: quæ nō modo piis homībus ut Heſiodus ait: uerum etiam diluuii reliquiis opitulata eſt quom glādes ramalia ferāt: aſt apes quō tegat truncus. his Plutarchus apertiſſime nos docuit mirabilem etiā illam & myſticam græce theologiæ rationē: nihil magni nec dignū philoſophia continere. Audiſti quippe p Iunonē modo matrimoniū: modo terrā: modo humidā ſignificari ſubſtantiā. Didiciſti Dionyſū nihil aliud q̄ temulentiā eſſe: Latonam noctē: Appollinē: ſolem ipſū deniq; Iouem calidā uirtutem atq; igneā. Turpitudini ergo fabulaꝝ acceſſit ut ſecretior hæc & myſtica theologia non ad diuinas quaſdā & celeſtes uirtutes: nec ad rationales & īcorpales ſubſtātias cōducat ſed rurſus intemulentiā & uuptiarum opera & ægritudines hominū deducat & quod honeſtiſſimū ī ea eſt ad terrā ignem ſolē reliquaſq; huiuſmodi partes orbis terminet nec ultra hæc quicq̄ afferat: quod etiam Plato non ignorauit qui in eo libro quem cratillum inſcripſit: nihil ultra uiſibiles mūdi partes priſcos græcoꝝ cognouiſſe & ſtellas dictos putaſſe aſſerit. Verba eius hæc ſūt: Vetuſtiſſimos græcorum Cælū: ſtellas: ſolē & lunā: quæ nūc etiā multi barbarorū colunt deos putaſſe manifeſtum eſt: huiuſmodi quidem græca ſunt.

Vnc ægyptioꝝ myſticā theologiam quæ multo uetuſtior fuit uideamus. Oſirim & Iſim ſolem & lunā eſſe aiunt. Iouē ſpiritū qui per omnia tranſeat: Vulcanum ignem: Terrā cererem: Oceanū humiditatem: ac nilum fluuium aſſerunt: cui deorum generationem attribuunt. Aerem mineruam appellarunt: quos quandoq; deos aera dico aquam ignem terram & ſpiritum per uniuerſum orbem trāſire contendunt & in uarias formas hominum atq; animalium cōmutari: quorum cognomines apud ſe homines floruiſſe ſolē: ſaturnū: Opim Præterea Iouem: Iunonem: Vulcanū & Veſtam: quæ oīa Manethus latius ſcripſit. Compendioſius aūt Diodorus his uerbis Oſiris & Iſis ſol & luna ſecūdum ægyptios ſunt: a quibus trinis temporibus uere æſtate ac hyeme inuiſibili motu circumductis mundus gubernatˀ: & omnia naſcuntur aluntur augētur. Tempora q̄uis inter ſe aduerſentˀ mirabili tamen concordia annum conficere. horum autē deorū alter

ignis & ſpiritus: altera humidi & ſicci: uterque uero aeris naturam ꝓducere dicit: quibus omnia & oriunt & cōſeruātur: ita totū quidē corpus naturæ omniū ex ſole ac luna originem trahere. Partes autē uniuerſi quīqꝫ illas eſſe ſpiritum uidelicet: ignem: ſiccum: humidum ægyptiorum lingua poſuerūt & ſpiritū quidem diligenti ad latinam aera: quorum ſingula deos putarūt: & nomina uetuſtiſſima ac prima ægyptiorum lingua poſuerunt & ſpiritum quidē diligenti ad latinā linguā īterpretatione Iouē appellare poſſumus: qui quom in aīalibus ipſius ut ita dicam animalitatis cauſa ſit quaſi parentē aliquam rerū animam omnium eſſe putarunt: quibus maximus poeta quoqꝫ omniū atteſtatur de Ioue dicens: pater hominumqꝫ deorumqꝫ. Ignem uero uulcanum appellarunt magnum deum eſſe putātes: permultūqꝫ ab generationē atqꝫ crementū cōferre Terram porro quaſi uas aliquod atqꝫ receptaculū eorum quæ oriuntur exiſtimātes matrē noīauerūt: cui rei Orpheus conſentit dicens: Terra mater cunctis diueſqꝫ ceres humidum autē oceanum dixiſſe dicuntur q̄uis uerbū expreſſū latine delitiarū matrē ſignificat. Oceanū autem nōnulli græcoꝝ deſignare putarūt. unde poeta quoqꝫ cecinit. oceanus generatio diuū. ægyptii autem nilum fluuium eſſe contendunt: cui & deorum generationem attribuunt. Plures enī urbes in ſolo ægypto q̄ in reliquo terraꝝ orbe fuiſſe aiunt a priſcis diis Ioue uidelicet: ſole: mercurio: apolline: pane lucina: aliiſqꝫ q̄pluribus conditas aera mineruam appellarunt & filiā Iouis ac uirginem putarunt: nam & incorruptibilē aiunt eſſe natura & extremū uniuerſi locū obtinere contēdunt. Quapropter a uertice Iouis fabuloſe nata fuiſſe Minerua tradit. Tritoniam uero appellatā: quoniā ter in ānuo ſpatio uere: æſtate: hyeme cōmutatur: glaucopin ideſt glauculam uocari contēdunt: nō quia ut nōnulli græci putarūt glaucos habeat oculos: quod nomen ipſum denotare uidet: inſaniunt enī qui ſic putant: ſed quoniā aer uiſum animalibus præbeat: aſſerūt autem hos quandoque deos totum orbem peragrare: & hominibus in ſacratorum animalium formis apparere: quod & poeta ab ægyptioꝝ ſacerdotibus acceptū uerum eſſe his uerbis atteſtat: Peregrinis inqt dii ſimiles uirorum urbes ingrediuntur æquitatem ferentes. Equidē a cæleſtibus diis quoꝝ æterna generatio eſt ægyptum aſſerunt: alios deinde ab hoībus propter beneficia quæ cōmuniter oībus cōtulerūt ad immortalitatem trāſlatos: quoꝝ aliqui cæleſtibus diis cognomines fuerunt: ſol ſcilicet: Saturnus: Iuppiter quē nōnulli hāmonē appellāt

Ad hæc Iunonē: Vulcanum: Vestā: & extremū Mercuriū: primūq3 omnium solem in ægypto regnasse. hæc Diodorus. Plutarchus autē in libro quē de Iside īscripsit his uerbis utitur: sed quasi ab alio initio plurimoꝝ atq3 rudiū sententiā consideremus: qui dicūt sic: ægyptios Osirim: nilum fluuiū esse putare: Isidi terræ matrimonio coniunctū Thyphona uero mare in quod incidēs nilus submergit: quēadmodū græci Saturnū tempus: Iunonē aera uulcani uero generationē aeris mutationē ī ignē esse arbitrant. his dictis rursus fabulas ad dæmones refert: & aliter atq3 aliter interpretatur operepreciū autē est ab his sciscitari: utrum simulacra hæc & simulacroū figuræ dæmonum an ignis aeris terræ aquæ aut uirorum & mulierum brutorūq3 animaliū formas ostendāt. Nā quoniā cælestiū cognomīes mortales extiterūt ut ipsi aiunt: quos in numerum deorū translatos existimant: cælestiū ne formas in simulacris īprimūt: an quod ipse uisus ostēdit mortaliū hominum? Quod si ipsi respōdere recusent: res tamen per se magna uoce clamant mortales fuisse omnes quorum simulacra constituunt Plutarchus enī in libro de Iside uel qualitatē corporum describit sic dicēs: ægyptioꝝ historia flaui corpis fuisse Typhona tradidit. Martē alibi: subnigri Osirim. hæc Plutarchus. Mortales ergo dii sui fuerūt & interpretatio fabulaꝝ periit uniuersa. Quid enī necesse fuit hoīm formas elemētis accōmodare: quō etiā absq3 his colere ea potuerint? utris autē hæ appellationes inditæ primū fuerūt. Vtrum Vulcanus minerua Iuppiter neptunus Iuno nomina de elementis primo: deīde de hominibus equiuoce dicta: an e contra hominibus primū imposita ad elementa deinde translata sunt? Cur autem mortalium homībus elemēta noīarunt? Præterea hymni cantus & arcana deoꝝ mysteria utrum elementorum aut mortalium hominū symbolis peraguntur? errores autem: temulētiam: amores: mulieres raptas: & uiros insidiis cōuolutos: milleq3 huiusmodi dedecora quomō elemētis accōmodari potuerūt? Apte igitur ex his oībus mirabilis & generosa physiologia nihil ueritatis habere ostendit. Sed audi quæso quæ Porphyrius etiā in epistola ad anebum quendam ægyptium de istis scripsit. Chremo enī inquit & alii omnes nihil aliud præter uisibilia putāt ægyptiorū rationem ad unguē secuti: q nullos alios deos præter erraticas stellas & signa quæ orbem replent obliquum fixasque stellas quæ oriri atq3 occidere cum his dicuntur deos existimarunt: quarū partes aliæ aliis erraticis attributæ sunt: ascendentem quoq3 particulam ac dominos

eius quos ualidos appellant: quorũ noĩa & potestates in libris almeni/
chiacis scripta sunt ubi ortus etiam & occasus & futurorũ diuinatio
cõtinetur. Vidit enĩ Cheromon solem ab ægyptiis ut creatorẽ cultũ:
nec ignorauit omnia quæ de Osiride & Iside dicunt omnesq fabulas
sacras aut ad stellas & ortus & occasus earum. Præterea progressus
atq regressus aut decrementa cremẽtaq lunæ: aut ad solarẽ cursum
aut ad nocturnũ hemisperiũ aut ad diurnum aut ad fluuiũ nilum &
omnino ad res causasq naturales referri: nec ullã de incorporeis eos
uiuisq substantiis facere mentionẽ. Vnde nostra quoq omnia nescio
quo insolubili uĩculo a motu stellarũ necessario depẽdere arbitrãtur
quam necessitatem fatũ appellant. Sic omnia stellis attribuunt quos
solos deos & fatoꝝ dominos existimãtes sacris & simulacris reliquoq
deoꝝ cultu propitios sibi reddere conãtur. Sic præter illa quæ ĩ cælo
uident alios deos Porphyrio etiã teste theologia ægyptioꝝ nõ nouit:
creatorem uero rerũ omnium nõ intellectum: nõ incorporeã quandã
substantiam: nõ uirtutem quandam intellectiuam: sed uisibilem hũc
solem arbitratur. Ad stellas igitur omnia refert: & cuncta fatis idest
stellarũ motui & aspectibus attribuit: quæ opinio usq ad hæc tẽpora
ab ægyptiis tanq̃ uera defenditur: ꝙ si hæc uisibilia elemẽta mystica
ægyptiorũ theologia deos putat. hæc autẽ omnia animæ atq rationis
expertia sunt: nec a corruptione omnino aliena. Attẽde diligẽter ad
quantam turpitudinem sublimis eorum theologia decidit: quæ ultra
hæc nullum intellectũ: nullam separatam substantiã pro causa rerũ
cognouit. Verum quoniã ipsi quoq concedũt ab ægyptiis in græcos
theologiam affluxisse: una cũ ægyptiis græci etiã redarguuntur: Sed
de his rebus idẽ Porphyrius huiusmodi uerba eo scripsit ĩ libro quẽ
de abstinendo a carnibus aĩaliũ edidit. Ab hac peritia inqt ægyptii
ad cognitionem dei profecti cognouerũt nõ ad hominem solũmodo
deum peruenisse: nec in hominibus animam solũmodo habitasse: sed
eandem animalia omnia continere. Qua de re tam homines q̃ bæluas
serpentia simul atq uolantia quædã in deos susceperũt & alius apud
eos deus hominis collum: faciem alius: aliudque membrum aliusmodi
gerit: & rursus aliud caput hoĩs collũ auis: cæteraq mẽbra diuersoꝝ
animalium conformia possidet: quibus significant deorum sententia
animalia complura cum inter se: tum maxime nobiscũ amice uiuere:
Vnde leoni particula quædã ægypti dedicata leonina: alia uero quæ/
dã bouina alia canina noĩatur: uirtutẽ enĩ quæ in oĩbus ẽ his aĩalibus

quae a singulis deorũ inuenta sunt colere statuerunt. Aquã uero atq̧ ignẽ apprime uenerantur & in omnibus sacris adhibent: quia maxĩa salutis humanae causa haec elementa sunt. Quare ad hunc usq̧ diem quom santissimũ serapidis templum aperitur uniuersus cultus igne atq̧ aqua peragitur: nam qui decantat hymnos aquam libat & ignẽ tũc ostẽdit: quãdo in uestibulo fixus aegyptiorum lĩgua deũ exsuscitat. Ea uero aĩalia magis colunt quae rebus sacris magis conueniunt: Nã & hominem apud anabim oppidum adorant: quare quemadmodum ab humanis carnibus abstinẽdum est: sic ab aliorum etiam animaliũ. hac illi cũ multa sapientia & diuinarũ rerũ cõsuetudine quaedã aĩaliũ magis q̃ homĩes a diis intellexerunt amari: quae soli maxĩe consecrata putant: quia natura eorum sanguine & spiritu copiosissimo cõstet: & post pauca. Scarabeũ uero aĩal ait rerum diuinarum indocti abominabant quod aegyptii summope uenerant animatã solis effigiẽ esse putãtes. Scarabeus aũt omĩs uirilem sexũ habet: & spermate in stercus infuso pila deinde cõfecta pedibus inuoluit: ueluti sol caelũ & mensẽ lunarẽ expectat: sic de ariete de crocodillo de uulture caeterisq̧ animalibus philosophãtur: ita ex sapĩa & religione ad cultũ animaliũ puenerũt. Haec de generosa aegyptiorum theologia locupletissimus testis Porphyrius scripsit: quos aquam & ignem adorantes & unam rationaliũ atq̧ irrationalium substantiã animae dicentes nõ iniuria in deorũ numerũ bruta aegyptios accepisse affirmat. Quomodo autem stultissimũ nõ est immanes beluas ideo ut deos uenerari quia similẽ homĩbus animã habeant? Nam si homines putant huãnos honores eius conferãt: nũc autẽ feris quas natura rationis expertes finxit quasq̧ hoĩes appellare nõ indignamur: nõ hominũ honores sed primae causae & appellationẽ & gloriam atribuunt. Ad haec quare mirabilis aegyptiorum sapiẽtia lupos: canes: leones uenerãt didicimus: nec Scarabei miracula ignoramus. Nõ deridebimus ergo amplius hos deos miserabimur autem humanum genus: gratiasq̧ largitori bonorum Christo reddemus: q̧ nos a uetustissima ista caecitate per euãgelicã doctrinã suã liberauit Iam enim ipsi etiam fere omnes aegyptii ab hoc morbo liberati uero militant deo: habes iam absolutã aegyptiorum graecorũq̧ theologiã: a quibus didicisti nihil incorruptũ coluisse. Concedatur aũt eis uerã fabularum esse physiologiam: sitq̧ Sol modo Apollo modo Osiris: & luna nunc Isis nunc diana & quaecunq̧ alia dicere uelint. Solem ergo ac lunam stellas quoque & reliquas mundi partes quasi deos adorare

aĩalia

debemus. Ita generosa græcoꝝ ac ægyptioꝝ theologia ad sublimiora nos pducere fabularũ allegoriis pollicita ad corpora rursus deduxit: nec aliud q̄ ignem & aquã & partes mundi colere adhortata est: quo modo igitur saluatoris nostri euangeliũ mirabile non est: quo solis & lunæ totiusq; mũdi creatorẽ decẽti fide colere: nec elemẽta corpoꝝ nec uisibilia quædam: sed eum qui per hæc inuisibiliter cognoscitur creantem intellectũ solum admirari: solumq; adorare didicimus: qui p omnia penetrãs quom sit incorporalis solo intellectu percipit̃: imo uero ĩeffabilis & incõprehensibilis est. panditur autẽ atq; perspicitur per ea quæ facit: quæ producit gubernat cõseruat oĩbus inuisibiliter assistens nõ cælestibus solum: uerum etiã terrestribus magnificentiã operum suorum per hæc ostendens quæ illi deos putarunt.

7. 147 Erũ & fabulosa & mystica illorũ theologia rebus ipsis refutata tempus iã est horũ etiam iunioꝝ cogitationes inspicere. Isti enĩ qui modo philosophantur quæ magno tempore post Platonem de intelligentiis & rerũ creatore recte inuenta sunt theologiæ priscorũ attribuere conati maxĩa arrogãtia fabulas laudãt: quoꝝ physiologiã his uerbis Porphyrius edidit: explanabo quibus fas est: procul hinc abestote scelesti: quos etiã uetusti cælare uolentes deũ & dei uirtutes præsẽsibiles significarũt imagines: & ea quæ uisibilia: sunt uisibilibus significantes figuris: ex simulacris q̄si sacris litteris magna mysteria tradiderũt. Nõ est aũt mirãdũ si lingua & lapides a fatuis simulacra putantur. Similiter enĩ etiã qui litteras nesciunt libroꝝ uolumina nõ aliud q̄ ptextũ putãt papyrũ. hoc exordio auditores præpauit: audias igitur quæ pgrediẽs scribit. Quom igit̃ deus lux sit & ignẽ æthereũ habitet: nulloq; sensu capi possit lucida quidem materia ut crystallo parioue lapide ad cõprehẽdẽdũ lumẽ ipsius exhortant̃: auro aũt ignis ille ĩmaculataq; natura intelligitur. Multi uero nigris lapidibus ĩuisi-bile illius substãtie significarunt: hoĩs autẽ formam diis attribuerũt quoniam deus ratio est: pulchros fingunt pter immarcessibilẽ illam pulchritudinem: diuersis præterea figuris & ætatibus & alios sedẽtes alios stantes: mares alios: alias fœmĩas & aut uirgines aut matrimonio coniunctos diuerso quoq; amictu simulacra constituũt: ut diuersitas deorum nõ lateat. Vnde factum est ut omnia cãdida cælestibus diis attribuãtur: pila & rotunda omnia: mũdo præcipue soli & lunæ q̄uis nõ nunq̄ spei atq; etiã fortunæ: circulus autem & quæ circularia sunt

ſæculi motui cæleſti & circulis quæ in cælo eē ītelligunt. Circuli aūt ptes diuiſis lunæ figuris: pyramides uero & obeliſcos ignis ſubſtātiæ & diis olympiis hac ipſa de cauſa ita cōmuni quoq; ſoli terræ cylīdrū ſationi & generationi penem & propter muliebrem ſexum figuram triangularem. Hæc magnus ille philoſophus: quid autem turpius q̄ obſcenitatē idolo⁊ excuſare? qd amētius q̄ auro & lapide: huiuſmōi/ q; materia diuinū lumē & cæleſtem naturā ſignificari putare? Quod autem a iunioribus hæ cauillationes excogitatæ ſunt: quas priſci ne ſomniis qdē uiderūt: qbus ex auro & præcioſa materia imagines deo⁊ fingere turpe uidebatur: uerba Plutarchi audias. Simulacrorū autē fictio uetuſtiſſima quidem res eſt quæ priſci ex ligno fingebāt. Si qdē lignū erat qd' ī delo primū ab Eriſichthone Apollini fuit cōſecratū Ligneū etiam Palladi ab indigenis conſtitutū: quod etiā nunc apud athenienſes iuuenitur. Iunonis etiā ſimulacrum ex ligno apud ſamios erat ut Callimachus aſſerit. Sic enī inqt deos uetuſti fingebāt. Peras etiam ille qui primus argolice templum condidit & Callithiam filiā ſuam antiſtitem conſecrauit: ex piri trunco ſimulacrū Iunonis dicit confirmaſſe. Lapidem enim rem duram & inanem in deorum effigiē cælare nolebant: Aurum uero atq; argentum infœcundæ terræ atq; infœlicis morboſos colores eſſe putabāt. Ebore uero ꝓpter uarietatē ab uſi ſunt. hæc Plutarchus. Plato uero magnis ante eū temporibus nō decere ex auro & lapidibus & ebore aliaq; materia in animi deo⁊ effigies fingere putans ſic in legibus præcepit. Terra inquit & ueſta ſacra deo⁊ eſt habitatio: ne igit̄ ex his cæteris diis ſimulacra cōſtituat aurum autem atque argentum inuidioſa poſſeſſio eſt. Ebur animam depoſuit: ac ideo ad ſimulacra deorū ineptum eſt. Aes & ferrū belli ſunt inſtrumēta. His aperte refutatū eſſe Porphyriū puto: ſed tamē reliqua etiam inſpiciamus. Admiranda inquit eſt græcorū ſapientia qui Iouem mundi mentē arbitrantes: quæ in ſe ipſa mūdum cōtinēs produxit. Sic a theologia Orphei profecti de eo tradiderunt.

I uppiter altitonans ante omnia ſæcula primus.
I uppiter extremus longa eſt poſt ſæcula mundi.
I uppiter eſt ſummus uertex atq; infima planta.
I pſe æternum ſemper ſimul eſt: ac totus ubique
T erra fundus.
S idereæque domus rex eſt: & Iuppiter ipſe
P rincipium atque ortus rerum: uis una: deuſque

V nus & omnipotens: regali in corpore cuius
S ingula ponuntur tellus: unda: ignis & aer
N ox ſimul atque dies ſapientia primaque origo
A c iucundus amor: magno hæc incorpore regis
S unt Iouis excelſi: ceruicem nanque uidebis
C æli ſuſpiciens renitentia magnaque tecta.
H oc caput auricomum flaui de uertice crinis
S tellarum erutilant radii: dehinc aurea pandit
C ornua bina caput: capitiſque ſimillima tauri
V num eſt ortus: occaſus aliud:
A ſt oculi fulgens ingenti lumine phœbus.
L unaque purpureo phœbi redimita colore
P ræſcia uenturi mens conſtat regius æther:
Quam ſtrepitus nullus nec uis nec fama latere
A rcanumue poteſt: penetraque per omnia uictrix
Præterea inuictum corpus ſine fine modoque
Panditur: aſt humeri magni ſunt pectora lata
E ſt aer: alas quoque uenti poſſidet ille.
H is ad cuncta uolans euro eſt uelocior ipſo.
T um ſacer antiqua matre ex tellure tumeſcit
V enter: & ex altis conſurgit montibus ingens
Quem medio pontus ſiccingit rite ſonorus:
V ltima præterea terrarum lumina & ampli
Fundamenta globi: furibundaq; tartara: plantas
E ſſe pedum magni conſtat rectoris olympi.
H ic dum ſubterris cælaſſet cuncta: deinde
E ximis repetens in lucem protulit almam.

Vniuerſus igitur mūdus Iuppiter eſt animal ex aīalibus deus ex diis conſtitutus. Iuppiter autē eſt inquantū intellectus eſt a quo uniuerſa producunt̄ & qui cūcta creat intelligēdo. hoc igitur modo theologis de Ioue ſentiētibus impoſſibile eſt talem eius imaginē fingere qualē carmina deſcripſerunt. Iouē igitur eſſe credendū eſt uirtutē, pidē, tē atq; uiuificam: quam pila & rotundis figuris ſignificabāt. Nomīs uero ſimulacrū ei conſtituunt: quoniā mens eſt qua cuncta ſeminali: ratione producit. Sedere autem fingitur ut ſtabilis uirtus atque in, cōmutabilis exprimatur: Nuda apertaque habet ſuperiora quoniam cōſpicuus intelligentiis & ſuperioribus eſt. Inferiora uero tegunt̄ qa

occultat̃ inferioribus creaturis. Sceptrū leua tenet qa in his corporis partibus eorū ſpiritaliſſimum uitæ domicilium ĩuenitur. Creatiuus enim intellectus rex ſpirituſq; uiuificās mundi eſt. Dextera uero aut aquilā protēdit aut uictoriam: alterum quia cæterorū deoꝝ domĩus quēadmodum aliarū auium aquila eſt: alterū quia omnia ſibi ſubiecta ſunt. Hæc Porphyrius. Nō eſt autē ab re diligēter conſiderare qſnā Iuppiter eſſe his carminibus affirmatur. Mihi enim nō alius uidetur q̄ hic uiſibilis mundus qui cælo æthere aqua terra cæteriſq; partibus conſtat. Aperte nanq; in ipſis dicitur regali in corpore cuius ſingula ponunt̃: & quæ ſint iſta declarat tellus unda ignis & aer. Nox ſimul atq; dies ſapientia primaq; origo: Ac iucundus amor. Ad hæc adiicit̃ mentem atq; intellectum Iouis æthera eſſe: quod ſtoici poſtea ſecuti ſubſtantiā igneā mentē eſſe mūdi & deum eſſe corpus nec creatorē aliud eſſe q̄ uirtutem igneā aſſeruerunt. hæc enim a carminibus iſtis eos accepiſſe arbitror. Præſcia uēturi mēs conſtat regius æther: his uerbis manifeſte magnū quoddā mūdus eſſe aĩal declarat̃. Quod quō Iouem appellauerit: ætherē quidē mentē ipſius: corpus uero reliquas partes mundi putauit: ſed huiuſmodi quidem carminum Iuppiter: interpretes autē iſte carminū uniuerſus mundus inquit Iuppiter eſt aĩal ex aĩalibus deus ex diis conſtitutus: ita nullū alium q̄ hūc uiſibilē mundum ſignificari uoluit. Sic & ægyptioꝝ ratio: a quibus Orpheus iſta recepit mundū & partes eius deos aſtruebat. Aliā deinde ſētētiā a ſe adiecit creatorem omniū deum prouidentē quendam intellectū eſſe affirmans: quomodo enim ſeparatum intellectum in carminibus intelligi dicemus: quem poeta ille ſiue Orpheus ſiue alius nunq̄ intellexit? Siue enim a priſcis græcis ſiue ab ægyptiis didicerat theologiā nihil intelligibile atque incorporeum tradi ab eis poterat. Siquidem locupletiſſimus Plato teſtis eſt q ĩcratillo clamat ut diximus priſcos græcos eos dūtaxat deos putaſſe: quos modo barbari ſolē lunā ſtellas & cælū. Sed Cheremo quoq; paulo āte a Porphyrio citatus teſtimoniū ꝓhibebat nō aliud q̄ mundum & partes mundi deos ab ægyptiis cultos: nec quicq̄ ipſos de ĩtelligibilibus & uiuis ſubſtātiis intellexiſſe. Vnde igitur poeta ille deū q̄ ſuper omĩa eſt uniuerſi creatorē ꝑ ipſū uniuerſum & partes eius mente ſolūmodo cognoſcibilē cognoſcere potuit? Rei uero ĩcorporeæ cognitionē unde habuit? nec certe qcq̄ incorporeum ab eo præceptum carminibus oſtenditur creatiua enĩ mens nec a pluribus eſt conſtituta partibus: nec cælū ſibi caput dici

poteſt: nec ignis aq̃ & terra corpus ei cõficiũt: nec oculi eius ſol atq̃ luna poſſunt affirmari. Quomodo aũt hũores pectora terga & mẽtẽ creatrix mẽs omniũ habebit? aut quomodo æther mẽs creatoris dici aut fingi poteſt? Quod igitur hæc cauillat carminis huius interpres neminem fugere poteſt. Ego uero in profundum impietatis ĩcidiſſe arbitror eum qui partes mũdi partes dei putauit: & auſus eſt mundũ & deũ eundẽ affirmare: & ad hæc quaſi animã mundi eſſe intellectũ qui omnia creauit. Non enim pium eſt coniunctũ mundo creatorẽ & animam corpori putare. Adeſſe autem ipſum: uniuerſo mundo prouidere ac gubernare ſcriptura diuina docet. An non impleo inq̃t dominus ego cælum & terram? rurſus deus ſupra & in cælo & idem in terra eſt: & alibi In ipſo uiuimus & mouemur & ſumus: nõ tamẽ ut partes nec ſicut in mente animaq̃ noſtra: ſed ſi oportet ſimilitudine uti: ſacras litteras audiamus: Cælum mihi ſedes: terra uero ſcabellũ pedum meorum clamãtes. Cõſidera igitur quanto melius & expreſſius hæc dicta ſunt: Nam qui cælum ſedem appellat terramq̃ ſcabellum & uniuerſum mundum prouidẽtiæ dei ſubiecit: & ſuper omnia deũ eſſe ſignificauit: quippe quom neq̃ ſcabellũ neq̃ ſedes corpus ſedẽtis appellari poſſint: ſed nec partes eius. Qui uero cælũ caput dei: & mẽtẽ eius æthera & partes mũdi partes dei aſſerunt: nec creatorẽ nec deũ cognouiſſe redarguũtur. Non enĩ ipſe ſe ipſũ creabit nec mens ipſe poterit dici: cuius mẽs æther eſt. Quomodo enĩ deus erit cuius terra & cætera corpora partes ſũt res corruptibiles & abiectæ? Si uero mens Iouis nihil aliud q̃ æther eſt: & ſi aer ſubtiliſſimus atq̃ igneus appellat̃ æther (id enĩ uocabulũ idemq̃ ipſi ſignificare arbitrant̃) ſuntq̃ ambo hæc corpora aer dico & æther: animaduerte quo mẽs Iouis iã cecidit & cogita quis nõ mente captus deũ appellabit eum: cui mens corpus quoddam inſenſatũ eſt atq̃ inanime. Quare merito theologia noſtra negatiue omnia hæc appellat quod ſcilicet neq̃ cælũ neq̃ æther: nec ſol & luna: nec ſtellarum fulgor: nec uniuerſus ipſe mundus deus ſit: ſed opera manuum eius. Quæ omnia parua quædam & uilia reperiuntur nõ dico creatori: ſed ĩtelligibilibus creaturis comparata: quas ĩmortales & lõge corporibus præſtãtiores beate apud deũ uiuere arbitrãt̃. Probe igit̃ de mũdi partibus hoc modo a ſcriptura docemur: uidebo cælos opera digitorum tuorum lunã & ſtellas quas tu fundaſti & opera manuum tuarum ſunt cæli: & rurſus Reſpicite in altitudinẽ oculis ueſtris & conſiderate quis omnia iſta mõſtrauit. Sed age iam reliqua

perſpiciamus .Impoſſibile eſt ĩquit talem eius imaginẽ fingere qualẽ carmina deſcripſerũt: & ideo ei ſimulacrũ hoĩs conſtituerũt:quoniã mens eſt: qua cuncta ſeminali ratione producit: quõdo igit̃ ſi mundi & ſpatium eius cæli: aeris: terræ: cæterarũq; huiuſmodi imaginẽ quã carmina deſcripſerunt fingere impoſſibile eſt diuinæ mentis effigiẽ fabricati ſũt? qd' enĩ corpus intellectui diuino ſimilitudinẽ habebit: quom nec mẽtis humanæ imginẽ habere poſſe cognoſcatur? humana enĩ mens incorporea eſt atq; ſimplex: corpus aũt omne corruptibile atque compoſitum .Quare iure rationalis atque immortalis anima & intellectus eius imaginẽ & ſimilitudinem dei habere dicitur. Immaterialis enim & incorporea intellectualis rationaliſq; per eſſentiam ẽ uirtutis & ſapientiæ capax.Qui ſi humanæ animæ atq; mentis formã & effigiem fingere impoſſibile eſt: quoniã nec ſenſu percipit̃. Quis adeo ſtultus erit ut ligneũ ſimulacꝝ ac effigiem dei creatoris omniũ ſimilitudinẽ habere arbitraretur? Natura enĩ diuina omnẽ materiã & omnia quæ percipimus excedit mente ſolũmodo ac ſanctis animis intellecta:figura uero Iouis quæ ĩ ſimulacro conſpicitur mortalis uiri effigies eſt: quæ nõ totum hominẽ: ſed peiorem eius partem imitata expreſſit: nullum enim uitæ atq; animæ ueſtigium oſtendit. Quomõ igitur uniuerſi deus mẽſq; omnium creatura ipſe Iuppiter erit: q aut in ære aut in ebore cernitur? aut quomodo pater Herculis eſt qui ab Alcumena natus eſſe dicitur: reliquorumq; heroum qui quom hoĩes fuerint mortales ſuæ mortalitatis argumẽta poſterioribus nõ pauca reliquerũt? ut enĩ in primo ꝓbauimus uetuſtiſſimi phœnicũ theologi Saturni filium mortalem ex mortali & ex phœnicia originẽ traxiſſe affirmabãt. hæc eadẽ ægyptii nunq̃ negarũt præter q̃ ꝙ ab ægypto fuiſſe oriundũ contendunt. Cretenſes quoq; ſuũ fuiſſe Iouẽ aſſerẽtes ſepulchrum eius magnifice conſtructum apud ſe oſtendunt. Atlãti etiam & cæteri omnes qui apud ſe Iouẽ natũ fuiſſe aſſerunt mortalẽ nunq̃ negarunt: reſq; ipſius geſtas mortales enarrant: factaque multa turpia omnis petulantiæ plena cõſcribunt. Fabulaꝝ uero priſcis qdẽ illis expoſitoribus modo calida quædã & ignea uirtus: modo ſpiritus quidam Iuppiter uidebatur. Nũc autem neſcio quo modo his iunioribus creatiua mens rerum Iuppiter appellatur. Interrogandi ergo ſunt qui dicunt patrem auum atq; proauum iſtius mentis eſſe: ut enĩ theologia eoꝝ prædicat Saturni filius Iuppiter fuit & orpheus ĩ prædictis carminibus id ipſum cõfirmabat. Saturnum autẽ Cæli filium

genealogia Iovis

fuiſſe nõ negãt. Si igitur deus omniũ & ĩtellectus qui cuncta creauit Iuppiter eſt: quẽnam dicẽt eſſe ſaturnũ patrem Iouis? & cælũ rurſus ſaturni patrẽ. Quod ſi primus Iuppiter oĩm eſt quaſi creator neceſſe eſt ſecundos & poſt eũ cæteros eſſe: q ab eo creati ſunt. Saturnus enĩ quem tempora eſſe uolunt quoniam tempora motu cæli conficiũtur a cælo genitus dicitur. Cæli autẽ & temporis ipſius cauſa eſt ꝓfecto mens illa creatrix quam Iouẽ appellant. Quare nõ erit a cælo tertius Iuppiter. Quomodo igitur tam ægyptiis & phœnicibus q̃ græcis & primis omnibus philoſophis tertius a cælo creatiuus iſte intellectus ĩ theologica genealogia narratur? Patefacta eſt igiẽ huius philoſophi aſtuta fictio. Patefiet aũt ex his magis quæ ſubiicit dicens: Cõiugem Ioui Iunonẽ recte putarunt: æthercam enĩ atq; aeriã uirtutẽ Iunonẽ appellarũt. Nã æther eſt aer ſubtiliſſimus Iouis certe mentẽ æthera eſſe carmina ſignificarũt. Modo autẽ iſte interpres diffiniendo aera ipſũ dicit eſſe ſubtiliſſimum: corpus autẽ aer: corpus igiẽ æther. q̃re mẽs quoq; Iouis erit corpus omniũ ſubtiliſſimũ. Et quomodo corpus atque mens natura diuerſiſſima idẽ eſſe intelligentur. Deinde neſcio quo pacto ſui & carminũ oblitus: quibus aperte dicitur mentẽ Iouis æthera eſſe præſcia ĩquit uenturi mens cõſtat regi: & æther Iunonẽ æthercam & aeriam uirtutem eſſe ait. Diuiſione deinde utitur dicẽs uniuerſi aeris uirtutem Iunonem: inferioris autẽ qui lunari luce illuſtratur latonam nominari. Latonam enim a latendo dici & obliuionẽ ſignificare quia quom animæ lunarẽ orbem deſcendendo trãſierint diuinaꝝ rerũ obliuiſcuntur propterea etiam apollinis & dianæ diciẽ mater quibus noctis pelluntur tenebræ. Aer etiã hic inferior quom lunæ ſoliſq; mater ſit nõ iniuria per latonã deſignatur. Ego uero non uideo quomodo aer ſolis & lunæ mater appellari poſſit: quom ipſe magis a luminaribus fiat & tranſmuteẽ q̃ ab ipſo luminaria. Paululũ uero ꝓgreſſus telluris uirtutem ueſtã appellat: cuius uirginale ſimulacrum ĩ foco ignis ĩtatuitur: quæ uirtus quoniam ferax eſt: mulieris eam ſpecie denotarũt. Rhea uero quã opẽ latine apellamus lapidoſæ atq; montanæ terræ uirtutẽ deſignat. Ceres feracis & planæ: differt enĩ a Rhea quoniã bonã Ioui peperit deam: ac ideo imago eius ſpicis coronatur & papauera quæ fertilitatis ſymbolum ſunt circa imaginẽ ponuntur. hic diligenter aĩaduerte quomodo deorum ipſiuſq; Iouis matrem quæ Rhea dicitur ad terrã & lapides detraxit & eandẽ eſſe cereri ait quibus adiecit. Quoniam aũt quædã uirtus etiam proiecti

seminis in terram est: quam sol ĩ hyemali solstitio fouet. Bona quidẽ dea quam & persephonem uocant uirtus seminũ est: pluto uero sol qui tempore hyemis remoti opẽ mũdi partẽ perlustrat: icirco raptã ab eo proserpinã dicunt: quã ceres sub terra latentẽ quæritat. Plãtarum autem omniũ uirtus Dionysus nũcupatur: & bonæ qdẽ deæ imago germina quædã quasi sui symbola protendit. Dionysus uero cornua habet & muliebriformis est ꝓmiscuã uirtutẽ generationis plantarũ significans. Plutonis autẽ raptoris galea caput tegitur quod occulti uerticis symbolũ est. Sceptrũ uero breue quod tenet inferioris regni symbolum est. Canis autem eius frugum a terra partiũ tripartito in proiectionem orationem germinationẽ diuidi notat. Atys porro atq; adonis ad fruges ac fructus pertinere uidẽtur. Sed atys flores maxĩe designat qui ante q̃ ad fructũ ueniant defluũt. Quapropter pudẽda ei fuisse incisa dicunt: quoniam flores defluxi semina nõ ꝓduxerunt. Adonis pfectos fructus significat. Silenus uero spiritalis motus symbolũ est: qui nõ parũ uniuerso conducit: cuius caput candore fulgens cælestis motus. Cæsaries uero quæ ĩferioribus imaginis partibus apponitur crassitudinem terrestris aeris significat. Verum quoniam uaticinãdi etiã quædã uirtus est themis idest latine carmẽta uocitata est: eo ꝙ statuta unicuiq; præcinat: qbus omĩbus uirtus hæc inferior colit̃ ut uesta & uirgo sponte sua nascentiũ arborũ ferax ut parturiẽs nutrix ut Rhea lapidosa & mõtana ut ceres herbosa: uaticinatrix ut themis. Vis autẽ seminalis quæ in terrã descẽdit q̃si priapus honorat̃ cuius quod ad siccos pertinet fructus. Bona dea quod ad plantaria dionysus nuncupat̃. ita bona dea a plutone idest a remotiore ac sub terra ĩmorante sole semẽtis: tempore rapitur. Dionysus uero ex acta hyeme quasi renouatis tẽporibus germinat: florendi uirtus atyda ut diximus: pficiẽdi adonim spiritalis silenũ præsidẽ possidet: motio aũt eorum & quasi quædã extensio p bacchũ denotat̃. Satyri uenereã omnẽ uirtutẽ ostendunt: quibus õnibus uniuersa terrestris uirtus pficitur. Hæc necessario tibi exposui ne pulchrã horum philosophorum theologiã ignorares. Cur autem hæc quasi dii honoranda sunt quæ ad alimẽta animalium deus produxit? aut cur nobis terrestris uirtus colẽda est: quibus cælestis & immortalis anima inest pspicax si a sordibus libera est dei rerum omniũ creatoris? Cur etiam si motus spiritalis silenus est: & motiuam uirtutem significat tum cælestẽ candore capitis: tũ aeream & crassiorem prolixitate ac densitate barbæ: nõ magno enim

honorari cultu uidemus qui oībus erat præponendus: quom adonim atq; dionysum fruges uidelicet atque plantas diligentissime honorari uideamus! Quis autem nō mirabitur nisi insanus sit: quom turpissimi hominum morbi quasi satyri & bacchus colantur! Sed non est opus pluribus ea cōfutare quæ spōte sua iacēt: exponēda potius cætera sūt ne quid arcanum & sublime nos lateat. Aquarum īquit & effectiuā uirtutē oceanum: symbolū autem eius thetym appellarūt: eius uero aquæ quā bibere possumus uirtus achelous dicitur: marinæ neptunus quam inquantū generare potest amphitritem uocāt: & aquaꝝ quidē dulciū particulares uirtutes nymphæ: maris nereides nūcupāt. Ignis uirtutem uulcanum dicūt: & in forma hoīs ei simulacrū constituūt: in cuius capite pileus est cæruleus cælestis symbolum uolutionis: ubi integer sincerusq; ignis inuenitur: nam qui a cælo in terrā delapsus ē quom imbecillior sit materiaque indigeat claudicans fingitur: quam uirtutē in sole apollinem uocarunt a radiorū uidelicet motu: quoniā Pallyn græce mouere est. Nouem aūt appollinē circa musæ cōcinūt septē uidelicet planetaꝝ orbes: octaua spera: & hæc ultima quæ luna est. Laurum ei dedicarunt quoniam hæc arbos ignea est: unde odio a dæmōibus maxime habetur: & quoniā si uritur plurimū sonat quod prædicendi uirtutē designat: hunc ipsū quia ægrotationibus medeat & morbos pellat: herculē uocāt: & .xii. ei attribuūt certāina quoniā per duodena signa pertranseat: clauam & leonis pellem accōmodāt: alterū ut in æquabilitatē motus significent: alterum quoniā in leone maxīe uires suas ostentat: huius salutarē uirtutē æsculapius designat cui bacillum traditur ægrotantium sustētaculum. Serpens inuoluit animæ atq; corporis signum salutare. Naturales enim omēs cæteraq; quidē reptilia crassioris dicūt & terrestrioris esse substātiæ. Serpētē uero esse spiritalissimum aīal aiunt: quod & imbecillitatem corporis exuat: & ad medicinā perspicacissimū esse uideatur: nā & ad acuēdū uisum herbam inuenisse & reuiuiscēdi quandam herbam cognoscere traditur. Ignea solis uirtus quæ fructus maturat dionysus nuncupat. Qua uero ratione āni tēpora circūuolutus cōficit horus dicit. Virtus autē eius qua ex agricultura fructū ꝑcipimus quia diuitiaꝝ largitrix est pluto esse asseritur: quæ quom uirtutē etiam corruptiuā cōtineat una cum serapide dicitur habitare. Cerberum tricipitē dicunt: qa superiores solis regiones tres sunt ortus: occasus: meridies. Lunā etiā dianā nūcuparunt: quæ q̄uis uirgo sit lucina tamē est: quoniam noui

lunii uirtus ad pariendum non parum conferat. Quod autem apollo in ſole eſt: id in luna minerua: qua prudentia deſignatur: rurſus luna hecate dicit̃ propter uarias eius corporis figuras: quas a diſtãtia ſolis ſumere uidetur. Triformis enĩ uirtus eius eſt: nã nouilunii uirtutem cãdidis & aureis ueſtibus & ardẽte face ſignificãt: Ciſta uero quom iam media ſit deſignatur: quoniam creſcente lumine fruges maturat Plenilunii aũt uirtutẽ ferrugineo colore denotarũt: ramus ei laureus attribuit̃ quoniã a ſole ignea fit: papauer ꝓpter fertilitatẽ & multitudinẽ animaꝝ quæ in ea tanq̃ ĩ ciuitate inhabitãt: ciuitatis enĩ ſymbolũ papauer eſt: arcũ habet ut diana: quoniã partus dolores acuti ſunt. Parcæ quoq; ad uirtutes lunæ referunt̃: clotho ad generãdũ: lacheſis ad nutriẽdũ: atropos quoniã incõuertibilis dea ẽ: trepin enĩ uertere græce ſignificat: fructuum etiam generatiuã uirtutem quam cererẽ appellãt lunæ cohabitare dicunt ad exaguendã uirtutẽ eius. Cõtinet̃ enĩ bona dea lunari poteſtate: dionyſũ quoq; ſibi accõmodãt partim propter cornuum productionem: partim propter nubium locum: q̄ lunæ ſubiacet. Saturni aũt uirtutẽ: quoniã tarda & frigida ẽ tẽpori attribuerunt quem ſeniorẽ depingunt: q̄a tẽpore uniuerſa ſeneſcũt: occaſiones aũt curetes ſignificant & ſaturni cuſtodes ſunt. Tẽporis enim obſeruatio quædã occaſio eſt. Quattuor uero ãni tempora alia ſoli quæ aeris ianuas aperire dicũtur: alia cereri attribuimus ciſtaſq; ferunt duas: alterã florũ qua uer: alteram ſpicis qua æſtas ſignificat̃. Virtutẽ uero martis quoniã ignea ẽ atq; ſãguinea bellis præfecerũt: plurimumq; ob eſſe atq; prodeſſe putarunt. Venerẽ gerandi uirtutẽ poſſidere dicũt: ſpermatis & cupiditatis cauſam ei mulieriſq; formã accommodant propter generationẽ pulchram fingũt quia ueſ ꝑ eſt: quæ pulcherrima ĩ cælo ſtella eſſe uidetur: cui cupido aſſiſtit ꝓpter cupiditatem. Vbera & partes genitales teguntur: quia ſpermatis & nutritionis hæc membra cauſa ſũt: & ex mari eſſe perhibetur: quod elemẽtũ humidũ calidũq; eſt & motu crebro ſpumas eiicit: quæ res ſpermatis ſymbolũ eſt. Orationis autem & interpretandi uirtutem mercuriũ appellarũt: qui protẽſus atq; rectus fingit̃ ꝓpter orationis uigorẽ: q̄uis & dionyſi ſpermaticas uires quæ ꝑ oĩa tẽdũt ſignificare cõfirmat̃: Sed quom oratio cõpoſita ſit aliã in ſolẽ ponũt & mercuriũ appellant: aliam in lunam quã nuncupãt hecatem: aliam in uniuerſo & appellãt hermopin: in omĩbus enim ſeminalis uis eſt. Mercurii aũt filium cupidinem dicunt: quoniam amandi uirtus orationi quoque

clotho
Lachesis
Atropos

attribuit. Vniuersi symbolū pana esse affirmāt: cui cornua dederūt propter solem & lunam: uariam pantheræ pellem propter uarietatē cælestium: sed hæc græcorū sunt. Aegyptiorū aūt ait deoꝝ symbola talia sunt. Creatorem inquit eneph ægyptii appellāt: cuius imaginē in forma hominis faciunt colore cæruleo zonam tenentē & sceptrū: cuius in capite pennam ponunt significantes difficilem inuentu esse creatorē & nemini conspicuū uiuificum etiam & regē & ītelligibili motu circūlatum: hic deus īquit ab ore ouum producit a quo nascit̄ deus: quem ægyptii phtha: græci uulcanū uocant. Significatur aūt huiusmodi ouo mundus: huic iccirco ouis dedicata est: quoniā prisci lactis potu degebāt: uerū mūdi quoq; ipsius simulacrū tale finxerūt complicatos habet pedes: uestem uariam usq; ad talos indutū: aureā pilam capite sustinet: partim quia locum nō mutat: partim propter uariam stellarū naturam: partim quia mūdus ipse rotundus est. Solis imaginē in naui collocant quæ crocodillo fertur: ut ꝑ nauigiū motus in humido: per crocodillum autem potabilis aqua significetur: ī qua solem ferri contendūt. Cælestis autem atq; terrestris telluris uirtutē Isin apellarūt: Ison enī græce æq̄le ē: ūde iusticia orit̄: cælestē tellurē lunā esse asserūt: terrestrē uero hanc frugū ꝓcreatricē q̄ habitamus Quod ergo ceres apud græcos est idest Isis apud ægyptios: & rursus bona dea: & dionysus apud græcos Isis & osiris apud ægyptios: fructuū enī ꝓcreatricē uirtutē osirī putāt: quā fletibus placant: quoniā occasionis tēpore ī terris occultet̄. Designat autē etiā pluuialem nili uirtutē: uerū quando quidē tellurē terrestrē per osirim denotant: foecundā terrā intelligūt: quādo uero cælestem nilū esse aiunt. Hūc enī osirim idest nilum a cælo defluere arbitrātur: quem etiā de flere solēt lachrymis reuocari uirtutē eius putātes: quæ cæteris tēporibus desinere uidetur. Isis aūt quæ secundū fabulas osiridi coniungit̄ terra ægyptia est: Isidos enim maritus osiris est: qui & frater & filius eius tradit̄. In elephātinopoli autē ægyptia urbe simulacrū colit̄ cærulei coloris uiri corpus: caput arietis habēs: arietis igitur caput & facies & caprina cornua quæ habet coniunctionem solis & lunæ in ariete significāt. Cæruleus color ei attribuit̄ qa lunaris coniūctio humidior est. Secunda uero lunæ lux in apollinopoli urbe consecrata est: cuius symbolū homo accipitris habens faciem lancea typhona interficiēs: hoc simulacrū cādidi coloris est: q color ab alio lunā accipere lumen significat. Accipitris uero facies a sole id fieri denotat: ūde & spiritū

attrahit. Soli enĩ accipiter dedicat: q lucis & spiritus symbolũ apud eos est: alterũ propter motus uelocitatem: alterꝝ quia in altiora uolat quæ lucidiora inferioribus sunt. In mysteriis autem apud eleusina antistes qui rerũ sacrarũ expositor est imaginem fert creatoris: ille q faces tenet solis qui stat in ara lunæ sacroꝝ præco mercurii. Castellũ aũt quoddam est ægypti: quod anamis appellatur ubi homo colitur: qui quæ sibi ad sacrificium præparantur comedit. Quod autẽ aĩalia deos nõ arbitrãtur: sed imagines & symbola deoꝝ putant: inde patet quia soli & lunæ boues sacrificant: & in heliopoli maximus bos & nigerrimus quẽ nineuin appellant ad imaginẽ solis colit: nam & solis ardor nigriora humana corpora reddit: habet autẽ caudã ille bos & totũ corpus pilis ad contrariam partẽ quam in aliis bobus inclinatis densissimã: quoniã & sol cõtra totius motũ mouet: testiculos maxĩos habet quoniam uenerea cupiditas caliditate uiget. Et sol seminariũ naturæ appellat. Lunæ taurum dedicarũt: quẽ apin nuncupãt nigrũ præ cæteris & signa solis atq; lunæ habentem: habet enĩ ex sole luna lumen. Solis symbolũ est coloris nigredo: & q sublingua ẽ scarabeus lunæ uero coloris diuisio. Hæc breuiter a Porphyrii libro ne quid mystice græcorũ ac ægyptiorum theologia nos fugeret conscribere placuit: quos errores nos fugĩus & trãsfugas nos prædicare nõ pudet nõ enĩ terebit me arrogans illa oratio: explicabo qbus fas est: procul hĩc abestote scelesti. Nõ enĩ nos scelesti sumus q hos errores fugimus sed q turpes atq; obscẽas has fabulas & scarabeos ac cæteras fabulas ad summã theologiæ sapientiam accipiũt: q iuxta uocem apostolicã quom sapientes se dicant fatui sunt inuẽti quoniam incorruptibilis dei gloriam in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis: nec hoĩs solũ uerum etiã uolatiliũ quadrupedum & serpentũ cõmutarunt.

Erum quoniam mysticam & arcanã theologiam ad ĩcorporeas reducit uirtutes ne uideat ad has uisibiles mũdi partes diuinũ cultum referre. Cõsideremus ne omnia sibi rursus labantquum una diuina uirtus nõ multæ colendæ sint: nam quẽadmodum q̃uis multæ partes & membra unius corporis sint nõ tamen tot animæ: sed una ĩ homine uno anima est: sic & in uniuerso putãdum unum quidem ex una materia esse mundũ plurimis partibus cõstantẽ: cuius nõ multæ sed una ẽ creatiua uirtus ueri dei uirtus & sapiẽtia. Illud aũt ridiculũ ẽ quod etiã ægyptioꝝ nugas ad incorporeas trãstulit uirtutes oblitus

chæremona illum ab eo productū qui præter hæc uisibilia nullū aliū ab ægyptiis cultum fuisse deum testabat. & oīa in res naturales nihil in rē īcorporeā illos traduxisse. Cur igit̄ quō ipsi ægiptii īcorporeas & uiuas substantias nullo se modo colere clamēt friuolas has inuētiones excogitastis? & uniuersaliter quidē omīa sic refutāt: particularꝝ autē non difficilis redargutio est. Nā ut ægyptiacas nugas prætereā quis mentis compos nō deridebit has græcorum physiologias? Si enī Iuppiter secundum eos non ignea illa uirtus atque ætherea ut teste Plutarcho prisci putabant: sed supremus ipse intellectus rerū oīum creator & uita est quomodo Saturnus pater eius erit: per quē tēpus significari uoluit? Ops autem quo pacto mater: quam interpres iste lapidosā & montanā uirtutē esse asseruit? Iunonē uero aera esse dicēs nescio quomodo & sororē & uxorem creatoris.intellectusque uiuifici esse affirmat. Latona rursus si quasi quædā obliuio sit quæ animas ad inferiora hæc lapsas consequatur: quomodo hæc obliuio solis & lunæ mater erit? Apollinem quippe atq; dianam latone liberos ad solē & lunam traduxit. Cur aūt opē & cererē idest secundū ipsū lapidosæ atq; mōtanæ telluris & planæ ac æqualis symbola colēdas esse putat? Cur dionysū præterea & atym & adonī generatiuā scilicet plātarū uirtutē: aut īmaturæ defluentiū florū: aut perfecti fructus symbola tanq̄ dii colendi sunt: quom humanum genus ad usum: cuius omnia hæc a creatore producuntur multo atq; multo illis honorabilius sit: hoc modo & reliqua facile redargues: & si diligentius considerabis mirandā impudentiam eorum duces: qui solem modo apollinē: modo herculē: deinde dionysū ac æsculapiū dicere nō uerentur. Quomodo enī idē pater & filius simul idest æsculapius erit atq; apollo? Quomō aūt sol hercules ē: quum alcumenæ mortalis fœminæ filius hercules perhibeatur? aut quomodo furore sol exagitabitur & liberos īcitatus interimet suos: quod herculē fecisse oēs fatent? sed. xii. inq̄t certamīa xii. cælestia signa sunt. Quis igit̄ Euristheus excogitabit: q̄ soli hunc certādi laborē īuito imponat? quomodo autē ad solem quinquaginta festiades & captiuaꝝ reliq̄ multitudo: q̄bus oībus herculē conuenisse fabulantur: reduci poterunt? præsertī quom mortales liberos ab illis herculē suscepisse confirmēt: a q̄bus herculeū genus tractū p̄ longa tempora successione durauit: quem porro esse cētaurum dicēt: cuius sanguine cruentatā uestē soli Deianira obtulit: unde succēsus furore dicitur fuisse: uerum nō hercule: sed dionysū esse solē ponamus? Quæ

igitur eum genuit siue semele quædã: siue psephone? Quomodo aũt Dionysus iste & sol simul erit: & germinãdi miranda uirtus? quã autẽ dicemus multitudinẽ mulierũ fuisse quæ cũ Dionysio militauit? quæ uero solis erit ariadne? Quare aũt nõ omniũ quæ a terra nascunt: sed uni solũmodo largitor Dionysus? q si aesculapius ei sol est quomodo a Ioue turpissimi causa quæstus fulmine percutitur iuxta Pindarum sic de ipso dicentem?

Aurum illi nimium præciosaq; munera curæ
Horrendum inde pater diuorum concitus ira
Contorsit fulmen: animamque e corpore uulsit.

Asclepiadũ uero genus quod multis sæculis ĩ græcia floruit undenã ortum est? Sit sane: uerisq; ac certis rationibus ĩ solẽ & lunã & reliqs partes mundi fabulæ transferant. ergo rursus creatore relicto falso creaturas coluerunt. Quod si nõ partes mũdi: sed ĩuisibiles creatoris uirtutes: quibus omnia replet: omĩbus adest: oĩa gubernat & cõtinet colere se dicẽt: quare nõ proiectis fabulis sicut impiis atq; turpissimis ad ipsum uerum & unũ deũ nõ conuertunt? hoc enim facere debẽt: non autem quasi menti capti uenerabilem dei appellationẽ creaturis ascribere: nec in profundis ita se ipsos tenebris claudere: ut intus se deũ inuenturos confidere uideantur: nec in simulacris & ĩani materia diuinas honorari uirtutes putare: nec sãguine ac nidore q̃si res gratas creatori offerre: a quibus omnibus liberatos oporteret tanquã ueros philosophos magna uoce prædicare: nõ hæc se uisibilia sed inuisibilẽ solũmõ creatorẽ admirari: & ĩuisibiles atq; incorporeas eius uirtutes inuisibiliter colere nõ incendendo ignem neque arietem aut taurum sacrificãdo nõ sertis & simulacris: sed pio aĩo & recta de deo sẽtẽtia & uirtute quæ ut possibile homĩ est ad dei nos adducit similitudinẽ Sed nullus unquã barbarus nullus græcus ante doctrinam saluatoris nostri hãc ueritatem cognouit. Saluator autem noster solus omnes undiq; gentes euangelica prædicatione ad uerã religionẽ cõuocauit. Nota. Sapientes autem huius sæculi omnia se scire iactantes quum deum cognouissent non ut deum glorificarunt aut gratias egerunt sicut apostolus ait: sed obtenebratum est imprudens eorum cor & dicẽtes se sapientes stulti inuenti creaturas non creatorem colentes qui est benedictus in sæcula. Post enim longam philosophiam & mysticam: immo uero impiam theologiam a physiologia sua deiecti multitudini cõferunt: & multoꝝ errores simulacris sacrificando adaugẽt. Quare

patet pudore uictos turpitudinem theologiæ ſuæ phyſiologia cælare uoluiſſe quom opere fabulas comprobēt: quod mihi mirum nequaq̄ eſſe uidetur: quom & ipſos deos uideo fabulas contemnere nō poſſe. Quippe operæpretium eſt apollinem ipſum & æſculapiū audire qd de ſe ipſis dicant. Sic ergo Appollo teſte Porphyrio in libro quē de reſponſis ſcripſit de ſe ipſo edidit.

Quom latona graui partus oppreſſa dolore
Commotique eſſent gemini intra uiſcera diui
Stabat terra: aer ſtabat: fixa inſula robur
Accepit: fluctus etiam miteſcere ponti
Cœpere: arcitenens uateſque exiuit apollo.

Aeſculapius quoque de ſe ipſo ſic edidit.

Natus ego ex ſacra trica cui tota medendi
Ars: cui ſeſe omnis pariter ſapientia debet:
Quem mater peperit compreſſa ab appolline magnum
Illum æſculapium diuum numeroq̨ receptum.

Mercurius autem ſic de ſe ipſo clamat.

Sum Ioue mercurius: maiaque atlantide natus.

Formas etiā ſuas ipſi deſcribūt ut ex hoc panos oraculo apte mōſtrat̄

Exoluo pani mortalis uota bicorni
Delitiaſque deo pariter bipedi capricruro.

Non ergo uniuerſū ipſū pan eſt: ſed dæmon quiſpiam talis uidelicet qualem ſe ipſum hoc oraculo deſcripſit: non enī uniuerſus mundus hæc carmina edidit. Mercurius etiā quomodo interpretatiua oratio dici poteſt: quom maiæ atlantidos filiū ſe fuiſſe fateat̄: & æſculapius quomodo ſol erit: qui ſe tricenſē fuiſſe affirmat: & a mortali ſe muliere natum nō inficiat̄? Quomodo autem quum ſit ſolis filius ſol ipſe erit? Solis autem & mortalis cuiuſdam mulieris filium ſe appellans quomodo nō erit ridiculus? Apollo etiam ſi ſol eſt quo pacto in delo inſula genitū ſe a latona prædicat? Hæc obiicienda eis tunc maxime cenſeo quādo īprudenter ſaluatoris noſtri uirgineū partum deridere audent: præſertim quum nō a poetis iſta: ſed ab ipſis diis dicta ſint: Quum igitur & poetæ fabuloſe theologiam tradiderint: philoſophi phyſiologice fabulas intelligāt. Dii uero ipſi aperte q & unde fuerīt oraculis ſuis declararīt: manifeſtū ſcilicet eſt qa diis credendū ē: uel quia dii ſint: uel qa unuſquiſq̨ melius q̄ cæteri ſua cognorit. Quod ſi ita eſt philoſophorum phyſiologiæ falſæ omnino inueniunt̄. Si uero

philoſophi ueritatē aſſequunť ipſoꝝ deoꝝ de ſe ipſis teſtimonia falſa reliquenť. Sed illud forſan quiſpiam obiiciet quia reſponſū apollinis philoſophorum ſententiæ conueniens hoc modo inuenitur.

Sol & Oſiris item dionyſus horus appollo
Rex & item retinet lucis qui & noctis habenas:
Qui uentos: qui dat imbres: qui tempora mutat.
Stellarum ſummus rex immortalis & ignis.

Idem ergo dii & poetarum fabulas & philoſophorū ſententias comprobantes pugnantia de ſe ipſis confirmāt. Nā ſi mortalē ſibi matrē aſcribit apollo & patriam unde oriundus fuit ſponte fateť quomodo ſol erit? ꝗ ſi ſol eſt quomodo delos inſula patria & mater latona? hæc enī uera eſſe ipſe apollo reſpōdit. Præterea ſi apollo ſol eſt: quomodo hæc de ſe ipſo cecinit? Vtrū ſol de cælo in aliquē hominē deſcēdit & hæc de ſe cecinit? ſed nō eſt poſſibile talem tantamque ſubſtantiam homini ſe ſubiicere. An intelligentia & uirtus illa quæ in ipſo ē? Sed nec illam anima homīs unꝗ ſuſcipere potuit. Eadem utemur ratione de luna ꝗuis poteſtatē quæ in luna eſt hecatē appellātes: & malignoꝝ ſpirituum originem putantes: quum ad amorum obſcena inuocent miniſteria cōcedendū eis fortaſſis uideatur. Quomodo autē & pluto & ſerapis in ſolem referuntur: quum malignorum ſpirituū princeps eſſe ſerapis prædicetur? ex quibus omnibus myſtica philoſophorum theologia falſa & cauillatoria uniuerſa uidetur. Oraculorū aut oīm auctores dæmones eſſe malignos qui nōnunꝗ fabulas: nōnunꝗ philoſophorū ſententiā ratam faciunt: ut & illos derideant: & hos maiore arrogantia perdant quis non uiderit?

IS. Itaq; dictis iam tēpus eſt in hoc uolumine tertiam partem gentilium theologiæ ꝑcurrere: quam ciuilē appellant. Nam quoniam in tria genera theologiam partiunť: in fabuloſum quod etiā hiſtoricum apellāt poetis maxime attributum: in naturale atq; myſticū quod philoſophi approbarūt: & in ciuile quod inſingulis ciuitatibus conſuetudine ac legibus defenſatur: eſtq; de duabus primis partibus inſupioribus libris expoſitū. Tempus iam eſt tertiam quoq; portionē quam ciuilem appellāt teſtimonio ſemp ipſorum utētes redarguere. Continenť igiť in hoc tertio genere oracula: reſponſa: curæ morboꝝ:

in hominibus piis: & e contra iniecti uel aucti morbi in impiis: quarũ omnium rerũ periculum fecisse dicentes pie se deos colere: nos uero impie facere affirmant: qui tã manifestas uirtutes cõtemnamus leges patrias transgredientes: quas ita oportet unũquenq; seruare: ut nemo debeat res nouas temeraria cura scrutari: præsertim quum a legibus capitalis poena aduersus eos decernat᷑: q secũdũ leges & cõsuetudines patriæ deos non uenerant᷑: sed primũ qdem & fabulosum theologiæ genus & secũdum naturale scilicet ac allegoricum unusquisq; sicuti placet inquiũt interpretet᷑ ac reprobet. Tertiũ autẽ quod singularũ legibus ciuitatum comprobatur: nec poeta quisq̃: nec philosophus moueat nisi uelit tanq̃ impius iure patrio puniri. Ad hæc igit᷑ nobis dicẽdũ: ratioq; reddẽda q̃re saluatoris nr̃i euãgelica prædicatio oĩm gentiũ huiusmodi legibus contẽptis ad uerũ sui cultũ nos reuocat.

[Q]uales igit᷑ eas uirtutes quæ ĩ simulacris habitãt dicere oportet utrum bonas & uere diuinas an e contra? hoc enim modo mihi nũc placet eos ĩterrogare: nam alius fortasse nõ ita faceret: sed nullã omnino uirtutem in simulacris esse contenderet: & hominũ malitia arteq; malefica omnia fieri ꝓbaret. Respõsa enim ipsa ad decipiẽdos auditores ab astutis & cautis hoĩbus ambigue: ad utrunlibet euentũ esse acute cõposita. Miracula uero quæ ĩ simulacris attribuũt natura rerum fieri: multa enim genera esse herbarum: multa lapidũ secreta quadam & multis ignota natura ĩsita morbos quosdã pellentia: quosdam inducentia: alia enim contrahere atq; densare: alia distrahere & rarificare tendere aut omnĩo mutare & saluare nata esse. Quod alia breui tempore: alia longo efficiunt: & alia in longũ durant: alia cito dissoluuntur: ita nonnulla conseruatiua sanitatis inueniunt᷑: nonnulla e contra morbos inducũt. Multa etiã lucẽ lunæ ita sequunt᷑ ut simul cum ea crescant atq; decrescant. Aĩalia igit᷑ nõnulla: plantæ: lapides: aromata magnas uirtutes insita sibi natura possident: ad quæ omnia positio quoq; locorum multum conducit: instrumenta etiam ipsis ad huiuscemodi artẽ multo ante præparata: & ministros eis esse multos diceret: qui per ciuitatẽ uagant᷑ inuestigãtes cuius rei quilibet egeat ut intelligãt qd petiturus a deo uenerit: propterea ex adytis & penetralibus & profundissimis plerunque speluncis responsa ferri: ut & tenebræ ipsæ nõnihil cõferãt: & nõnulli lateãt ĩ cauernaꝝ secessibus nuncii atque ministri: ad quæ omnia uidelicet non parum superstitio

& opinio faciat hominum. Præterea multitudinis inſcitiam & eorum aſtutiam qui hæc peragunt nō parum poſſe qui uel uoluptate capiāt interrogantes bona ſpe ſibi propoſita: uel ſi nonnulla coniectura qd euenturum ſit conſequi potuerint aperte ut in cæteris credant mala prænuncient. Sin uero nihil cōiecturis inuenit ambiguitate ita fallāt ut redargutionem effugere uideant. Multa uero etiam cōtigere aliis quibuſdā cauillationibus adhibitis: nam & cantando nōnunq̄ pagere quædam uident: & inaudita quædam noīa inuocāt ut diuini uideant. Maxime autem multos decipi quum aliqualiter docti ſint: quos ipſa reſponſorum mirabilis compoſitio & uerborum elegantia & oratiōis grauitas ſimul & ambiguitas adeo trahit ut diuina eſſe facile credāt. Ex illis autem reſponſis quæ ambitione dicta non ſunt: ſed quadam futuroꝝ coniectura clarius ꝓlata multa: īmo uero pene oīa falſa īuēta ſunt: unde ſi quod etiā euētu rerum comprobatū fuerit caſu potius q̄ ratione id accidiſſe credēdū: quæ q̄uis pauciſſima ſint ferunt tamē in primis & lapidibus inſculpta permanent. Quæ autem falſa fuerūt pene innumerabilia eorum nullus meminit: neq; illud animo uoluit bellorum & ſeditionum hæc reſponſa deorum cauſam fuiſſe plerūq; nec etiam eo tempore quādo græcia florebat & dæmonū ſuperſtitio in ea uigebat: clarū quid & utile facinus prædictione deorū factū ūq̄ fuiſſe. In calamitatibus enim bellorū nihil prouidentes dereliquerūt eos quos in ſumma bellorū pericula reſponſis impulerunt: quod loco ſuo planius faciemus: probabimuſq; multos ab illis in bella iniectos: nec utiliter unq̄ reſponſū ſed ambiguitate q̄ ignorantiā ſuā tegebāt deluſos deceptoſque fuiſſe querentes. Multa enim etiam tu ipſe ab hiſtoriis colliger̄ potes: q̄bus ſæpenumero ſalutē & uitā ægrotātibus promittētes & quaſi dii crediti ac diuinæ prædictionis magna exacta mercede: euentu ac morte languentiū patefacti ſunt malefici quidā uiri nō dii fuiſſe. Quid autē oportet dicere ꝙ ciuibus ſuis iſti fatidici nunq̄ profuerunt: & eis qui de longe ueniunt ignotiq; ſunt mirabilia promittunt? quum certe oporteret ciuibus magis ſuis q̄ alienis deos ꝓpitios facere: ſed q̄a pegrinos ignorātes malitiā ſuā facile decipiūt: ciues autem ſuos longi tēporis periculo doctos decipere non poſſunt hoc ita fit: ſic uniuerſam rem iſtam humanæ inuentionis opus fuiſſe quiſpiā aſſereret. Vnde ab omīpotēti iam deo cū tēplis & ſimulacris deiecta omīno putreſcit. Vbi enī eſt oraculū delphicū quod magna religione ab hominibus colebat? Vbi apollo pythius aut clarius: ubi

pulcrum

dodonæus Iuppiter: delphicum qdem oraculum ter a thracibus cõ/crematũ fuisse tradit: nec unq̃ ab appolline calamitas illa prædicta idẽ de capitolino Ioue ptolemæoꝝ tẽporibus fuisse audiuimus: quãdo uestæ quoq; templũ exustũ fuit. Magna uero illa effigies Iouis quam decus quasi uniuersæ græciæ dicunt fuisse temporibus Iulii Cæsaris ĩ olympicis certamĩbus fulmĩe diuinitus icta flagrauit. Antiqoribus etiam temporibus capitolinum arsisse templum fertur: & Pantheũ fulmine disiectum atq; dirutum narratur. Sarapis quoq; sacrarium ĩ alexãdria similiter arsisse nõ ignoramus. Quæ omĩa ab ipsis gẽtilibus conscripta tenemus. Quid igitur mirũ est si aliis ꝓdesse nõ potuerũt qui ab extremis se ipsos periculis non defensarunt! Illud autem quod maximo argumento est ab hominibus hæc nõ ab alia uirtute fieri nõ prætermittam. Nam multi uatum atq; aruspicum nõ solum priscis: sed etiam nostris temporibus tormentis in iudicio coacti uniuersã rẽ suis inuẽtionibus fieri ediderũt: a qbus modos quoq; artificii exqsitius patefactos non ignoramus: q tanq̃ seductores & malefici uiri ultimo supplicio secũdũ leges affecti sunt: quæ res adeo claræ sũt ut neminẽ lateant. Non enĩ deiecti quidam & ignobiles: sed alii generosã istam philosophiam pallium induti & supercilium eleuantes profitebant. Alii primates antiochenæ ciuitatis fuerũt: & illi maxime q aduersus ueram christi religionem multa conati sunt: nec sumus nescii philo/sophũ quoq; illum & uatẽ similia in mileto passum interiisse: quibus omnibus in unum collectis nõ dubitabit forsan aliqs dicere nec deos nec dæmones hæc oracula cõstituisse: sed seductorũ atq; improborũ hominũ ad turpes quæstus excogitationem fuisse. Quam opinionem multis etiam græcis & illis maxime qui noĩatissimi philosophi fuerũt placuisse nõ ignoramus. Nam peripatetici hoĩes cynici atq; epicurei sic senciunt: quos ego iccirco summopere admiror qa nati & educati moribus corruptissis: & a parẽtibus tã deos q̃ oracula reuereri docti sua sponte potuerunt ab erroribus illis emergere: adeo ut scribere quoq; ausi sint nõ modo falsa: ueꝝ etiã inutilia & multoꝝ detrimẽtoꝝ causam oracula esse: quorum scripta quum pene infinita sint unius testimoniũ mihi nunc sufficit: q quum Chrysippus a prædicatione deoꝝ fatalẽ uim cõfirmare uellet sic aduersus eũ cõscribit redarguẽs quia male responsis deoꝝ quæ ut plurimũ falsa sũt fatũ esse ostendat Audias igitur quid ipse ad uerbũ scribit. Ad hæc alia quoq; ratione in his quæ de fato conscripsit Chrysippus utit. Non enĩ possẽt inqt

prædictiones uatum ueræ esse ac certæ nisi fato fierēt uniuersa: quæ ratio multo uanior est q̄ cæteræ. Quasi enī uerū atq; concessum esset ueritatem in responsis deorum contineri: quasique id manifestum sit omnia fatis fieri ex hoc intulit. Videmus autem omnino contrarium aperte nanq; patet plurima ex oraculis mendacio ac fraude cōposita: uerū Chrysippus ex alterutris hæc cōprobauit. Omīa enī fatis fieri inde ostendit quia uaticinatio sit. Vaticinationē uero esse inde ꝓbat quia omnia fatis fiunt: quo probationis modo nihil uanius excogitari potest. Quod si nō nulla responsa euentu rerū uera fuisse contendat quia perpaucissima illa sūt: patet nō uaticinii certitudine: sed casu sic accidisse: quod nullam esse uaticinii artem ostēdit. Nec enī arcu aut funda artificiose uti eum dicemus: qui quum sæpius atq; sæpius telū proiecerit semel aut ad sūmū bis uel ter ad signum peruenerit: quū pene infinities lōgissie a signo abfuerit: nec ille certe medicinā tenet qui quum multos īteremerit uix tādē unū a morbo liberauit. Nulla enim scientia uel ars dicitur: quæ omīa uel saltem plurima ad debitū finem nō deducat. Quod autem omnia fere falso uates isti prædicāt: uniuersa uita hominū testis est: & isti ipsi maxime q uaticinādi artē profitentur: quos manifeste uidemus quom sibi aliqd agendum utile imminet sententia & consilio eorum uti diligēter qui rerum peritiā hr̄e putāt. Verū ꝙ uaticinatio nulla sit in aliis plenius approbabimus ea etiā afferentes quæ hac de re epicurus cōscripsit. Nunc aūt illud quod diximus confirmandū non esse scilicet artis: sed casus ueritatē oraculorū. Quum enim nō semper neq; plerunq;: sed rarissime aliqd assequimur nec sciētia nec arte: sed casu & fortuna id factū dicimus si uocabulorum potestates recte rebus accommodamus.

D hæc etiā si concederet̄ uera esse responsa: uaticinādiq; artē nō fictam fatata quidem esse omnia probe sequeret̄: utilē uero esse diuinationē hoībus nullo modo hinc demonstraret̄. Sūmope nāq; uaticinatiōes Chrysippus laudat tāq̄ hūanæ uitæ ꝓutiles. Sed quænā utilitas sequeret̄ si futura omnino mala prædiscas quom nullo modo cauere possis? Nam quæ fatata sūt nemo euitare potest: nulla igitur utilitas īmo uero & dolor inde sequitur. Moeror enī propter futura mala hominū aīos perturbat. Nec uero econtra tāta ex prædictione bonorum lætitia homines afficiūtur. Non enim tantum solēt hoīes expectatione bonoꝝ gaudere q̄ntū timore maloꝝ exagitari: præterea

mala nobis īminere nisi audiamus nullo modo cogitamus: bona uero humanū genus expectare solet ꝓpter naturæ mirabilē ad ea inclinationem. Ita fit ut bonoꝝ nunciatione nō magnopere augeatur letitia: immo autem nō nunq̄ etiam minuatur si maiora sponte sperauimus q̄ uaticino prædicuntur. Malorum autē prædictione quoniā præter spem sæpenumero annūciantur uehemēter turbemur. Verum etiā si hæc ita nō se haberent neminem tamen lateret nullam esse in diuinatione utilitatem. Quod si quis dicat ideo ipsam conferre homībus quia futura mala prædicit nisi caueamus: is fatoꝝ uim abstulit: siqdē nostrarum uiriū est cauere & nō cauere: ꝙ si necessario id quoq; fieri quispiā cōtēdat ut fati necessitas uniuersa cōplectet: sic diuinationis commoditas nulla erit. Fiet enim omnino quod fatatum est etiam si omnibus oraculis prædiceretur: œdipoda quidē & alexandrū priami filium ipse quoq; Chrysippus asserit nō potuisse a parētibus interimi q̄uis sūmopere id facere studuissent: ut malū quod ab illis sibi futuꝝ erat effugerēt: sic nec diuinatio nec studiū eis suū ꝓfuit ꝑpter fatoꝝ necessitatem. Hæc ille. Tu aūt illud semper probe teneas pipateticos ut diximus cynicos atq; etiā epicureos græcos hoīes atq; philosophos & græciæ moribus a pueritia educatos & īquisitioni ueritatis maxīe deditos oraculorum responsa: omnia tanq̄ inania cōtempsisse: quod certe nequaq̄ illi fecissent: nisi apertissime rem falsā omnino uiderēt. Plurima huiuscemodi colligere in aīo nō est. Nam q̄uis magna istorū copia sit: non tamen hoc pacto quia scilicet hominum inuentione ac acuta excogitatione oracula penitus constent. Sed sicut incepi aliq̄ uirtute fieri hæc non inficians respondere constitui. Non enim parū huius loci refutatio euangelio conducit. Nā si omēs simul græci atq; barbari āte aduētū saluatoris nostri deū uerū ignorasse & a malignis dæmonibus in morem cæcorum fuisse dicti ostendent: quomodo nō magis euangelicæ dispensationis mysteriū admirabimur: quo undiq; a seductione & oppressione dæmonum liberati sumus: ex illo enī tpe ad hunc usq; diem cum ipsis simulacris atque templis cuncta ubique oracula iacent ac ꝑ eis orādi & hymnis efferēdi ueꝝ deū & saluatorē nostrum ecclesiæ ī mediis urbibus euāgelicæ doctrinæ uirtute ī toto orbe cōditæ sunt: ubi animis piis & cultu uirtutis fulgētibus secūdū salutaria & diuina præcepta quotidie ab omībus gētibus: hostiæ quæ solæ deo placēt: deo saluatori nr̄o offerūt. Quibus cū simul etiā illud ostenditur: nō temere nos uti multi putāt superstitionē a parētibus

traditā cōtēpsisse: sed uero certoq; iudicio ueritatē euāgelicā āplecti sed de his hactenus. Tēpus enī est iā ut ꝓpositū negociū capiamus.

N quattuor igitur genera exquisitissimi facultatis theologi nō theologiæ modū quendā ut insupioribus: sed quasi subiectum ipsius partiuntur. In primis enim deum patrem omnium atq; regem locandum putant: deīde aliorū deorū multitudinē sequi contēdūt. tertio loco dæmones: quarto heroas ponunt: quos omnes lucē esse & appellari autumāt: præter malignos dæmones qui tenebræ appellāt. Dæmones enī alios bonos: alios prauos arbitrātur: & hos ita primum locum in malis obtinere quēadmodum deus in bonis: ita rebus diuisis diis qdem cælestia & usq; ad lunā habitacula tribuerūt. Dæmonibus autem regionem lunæ atq; aeris: animis terrestria & inferna. Deīde præcipiūt cælestes: quos & æthereos deos appellāt sūma esse religiōe colendos: post eos bonos dæmones: tertio herou aīas: extremo prauos dæmōes placādos aiūt. Hæc uerbis partiētes ope malignas dæmonū uirtutes solummodo colere inueniuntur. Consideret enī unusquisq; quales iam putari oporteat eas uirtutes quæ idolis colunt: deos ne an dæmōes: & utrū bonos dæmones an ꝓteruos: qd facile facere poterit si diligēter his libris attēdet. Ignorare aūt nō oportet nullū dæmonē a diuina scriptura bonum appellari: neq; deum alium esse uere atque proprie præter unū q oīa creauit. Virtutes aūt bonas quæ creaturis cōnumerāt nec deos nec dæmōes: sed dei āgelos & spiritales mīstros potestates diuinas: archengelos: aliisq; noībus pulchre accōmodatis nūcupat. Dæmones autem si nominis potestatem dicere licet: nō qa dæmones sint quod latine sciētes dicere possumus: sed quia dimænin soleant pulcherrime appellauit. Id autē latine tum timere tū terrere significat. Absurdū certe ōnino ē bonas & malas uirtutes quæ nullā operationis similitudinē habeant eadem appellatione confundere.

Ideamus igitur quænam uirtutes oraculis & responsis præsūt: ut īpietas gentilitatis oībus pateat: nec a me ipso quicq̄ afferre in aīo est: ne crimināadi ansas præbeam inimicis: sed testimoniis quod adhuc feci eorum ipsorum in medium productis totam rem peragā Quum autē innumerabiles sint & philosophi & historici illū idoneū magis proposito meo iudicio: qui & dæmonibus maxime amicus fuit & multa nostris temporibus aduersus nos mendosissime conscripsit.

Hic enim gentilium pene omniũ deoꝝ ac dæmonum naturã maxime inuestigasse & summopere falsitatem defendisse uidetur. Hic igĩt in libris quos de responsorum philosophia conscripsit: Apollinis ac reliquorum deorũ & bonorum dæmonum illa responsa cellegit: qbus putauit & uirtutem suorum dæmonũ ostendere & cæteros homines ad uerum ut ipse dicit dæmonũ cultum impellere posse. Ex istis igĩt respõsis quæ ab ipsis electa sunt: quæq3 quasi ueriora mẽoriæ tradita operepreciũ est totam hanc rem considerare atq3 cognoscere q̃les nam sint eorum auctores. Sed primum illud uideamus: quomodo in exordio libroꝝ iureiurãdo affirmat nihil se falsi allaturũ: cõstantibus inquit atq3 firmis hominibus qui a bonitate deorum atq3 dæmonum spem salutis hauriũt nihil addens nihil auferẽs hæc tradere oportet. Nam & ego deos ipsos testor nihil me ad responsorum sensum aut addidisse aut detraxisse: nisi forsan uerbũ aliquod correxerĩ: magisq3 impietatem timui q̃ futuram sacrilegi poenam. Collegemus aũt ĩ his libris multa quæ ad ueritatẽ dogmatũ ꝑtinẽt & diuinationis negociũ nõ omnino contemnemus. Nam & ad speculationem harum rerum conducit & ad bene uiuendum hortatur. Quam autem utilitatẽ hic labor afferet noster illi maxime cognoscẽt: qui quũ ueritatẽ magno labore quæsissẽt uota sæpius fecerũt: orarantq3 ut auctoritate docẽtium deorũ uisione dignati possent a dubitationis uexatione liberari: huiusmodi usus exordiis obtestatur postea ne ad multos libri efferãt his uerbis. Tu uero caueas ne lucri aut ĩanis gloriæ gratia scelestis & indignis hominibus hæc tradas: nõ enim paruum tam tibi qui edes q̃ mihi qui tibi credidi periculum imminet. His autem solũmodo hæc comunicãda sunt qui uitam ad animæ salutẽ direxerũt. Nam & ipsi dii non aperte: sed enigmatice hominibus ista tradiderunt. Respõsa deĩde appollinis colligit qbus nõ solũ dæmõibus & ĩfernis uirtutibus uerum etiam cælestibus aĩalia esse sacrificãda præcepit apollo. Quũ idem ipse in aliis dæmones nõ deos esse affirmet: quibus gẽtiles cæde animalium sacrificabant: non enim fas esse animalia deorum gratia interficere. Sed primum appollinem ipsum audiamus: q de cultu & sacrificiis deorum sic per responsa homines instituit.

Hæc age qui nutu diuorum ingressus amice es
Huius iter uitæ: mactanda est hostia cunctis
Multa deis: seu qui terram: seu qui mare uastum:
Aera seu qui habitant: latum seu qui æthera: seu qui

Alta colunt cæli: seu qui infima regna barathri:
Quæ quibus obseruanda modis sint singula dicam
Tu memori conscripta animo mea dicta teneto.
Terna quidem diuis cælestibus hostia: & ipsa
Candida mactanda est: terna & terrestribus atq;
Atra eadem gaudent porro & capiuntur apertis
Terrestres aris foueas quum numina contra
Exposcant atro imbutas inferna cruore:
Nec placeat nisi quæ terræ mandetur humata
Hostia: mel uero nymphæ atq; liquentia uina
Offerri lætantur: at ignem accendier aris
Quæ circunuolitant terram sibi numina quærunt:
Imponique atrum corpus: tum thura simulq;
Iniicier salsas fruges & dulcia liba
Hæc facito: uerum quibus est data cura profundi
His ipso semper fer sacra in littore: totum
Proiiceq; in fluctus animal: cælestibus autem
Extremas reddes partes atq; igne cremabis:
Quod superest propone tibi: dapibusq; reserua
Sudet odoratis crassisq; uaporibus aer.

Deinde hoc apollinis oraculū exponit dicēs. Quum igit̄ & terrestres & inferni dii sint oībus istis atras q̄drupedes offerēdas iubet. Modus autē differt: nam terrestribus quidē super aras infernis aūt in foueis mactandas esse hostias præcipit. Aereis autē uolatilia dicit offerēda corporibus holocaustis & sāguine ad aram circūducto: uolatilia etiā marinis: sed uina in fluctus proiicere mandat: ita oībus diis præter q̄ terrestribus uolatilia īmolari possūt. Sed marinis solummodo nigri coloris uolatilia: q̄re cæteris alba offerenda sunt. Cælestibus uero & æthereis bestiarū quas albas esse uult extremitates ait conseruandas: reliquas autem partes comedendas. Ex his enī solummodo comedere oportet: ex aliis uero minime: ita q̄drupedes & terrestres terrestribus sacrificāda sunt: simili nanq; simile gaudet. Ouis porro terrestre aīal est & iccirco cereri gratissimum: atra uero quia & terra naturaliter tenebrosa. Tres aūt simul quoniā terrestris corporis tria sūt symbola & sup aras terrestribus quoniam super terrā uersant. Cæteris uero diis iccirco uolatilia sunt offerenda: quoniā uniuersi mouent: ī motu enī semp maris aqua est: cuius atræ sunt hostiæ: quoniā & cæruleus

color aquarũ. Alba uero aeris: lucis enĩ receptiuus aer ẽ. Cælestibus aũt atq; æthereis extremitates dat cõsecrãdas quoniã leuiores reliquo corpore sunt: quorũ sacrificiis comunicare oportet: qa quum alii dii arcere mala soleant: cælestes bona nobis largiuntur. Hæc mirabilis ille philosophus in libris responsorum conscripsit.

Ge iam uideamus quemadmodum cõtraria omnino in eo libro posuit: quẽ de abstinendo a carnibus animaliũ conscripsit. Ibi enim primum nihil sacrificandum: neq; incendẽdum censet: deinde opiniones aliorum reprobat asserẽs nõ esse deos illos q cæde animaliũ gaudent. Scelestissimam enĩ esse brutorum etiam animalium cædem & abominabile nõ solũ deo primo: uerum etiam cælestibus & diuinis uirtutibus. Ita appollinẽ suũ redarguit: q etiã cælestibus animalia eẽ offerẽda responsis suis iussit. Theophrasti quoq; auctoritate utit: cui placuisse ostendit nõ diis sed dæmonibus dũtaxat esse sacrificandũ. Quare si qs Theophrasti & huius ratione acqescit apollo etiã ipse nõ deus: erit: sed dæmon cæteriq; omnes quos deos gentilitas ducit: qbus ubiq; animalia ĩmolantur dæmones erũt & dæmones pernitiosissimi. Nam si cædes & immolatio hæc animalium sceleris & abominatiõis secundũ ipsũ plenissima est: quomodo erunt boni qui hac re sũmope gaudent? Quod si nõ solum aĩalia: uerum etiam crudelitatis cumulo homines etiam mactari offerriq; sibi cupiunt: quomodo apertissime scelesti & inhumani nõ erunt: nihilq; aliud q̃ pnitiosissimi dæmones? aut quomodo iure nos accusabimur: qui omnino impiũ esse putamus sanctissimam dei appellationẽ atq; uenerationem inmũdis spiritibus attribuere? Solum enĩ creatorẽ illum omniũ deũ adorare didicimus nihil terrenũ & mortuũ: sed ĩtegritatẽ animi & castimoniã corporis rectam scientiam & ardentissimam fidem afferẽtes: quã ad extremũ usq; spiritũ intemeratã auxilio saluatoris seruabimus. Sed uideamus quibus ostẽdit ratiõibus nec deo nec diuinis uirtutibus terrenũ aliqd offerendum aut incendendum esse. Aliena enĩ hæc ait ab omni sunt pietate: nihil enim materiale ĩueniri potest: quod in materiali deo nõ sit obscenum: iccirco neq; oratio ei quæ uoce proferatur cõuenit: sed nec interior oratio: si animæ uitio contaminatur. Silentio aũt sancto & cogitatione ĩtegra ab omĩq; morbo remota eum colimus: sic illi & coniungimur & similes ut possibile homini ẽ efficimur: mũdissimam ueritatem quasi sacrã hostiam ei offerẽtes: ita hymnis deũ laudamus:

ita salutem ac impossibilitatem animi requirimus. Sacrificiũ enĩ deo est alienæ ab omni uitio mentis speculatio: uirtutibus autẽ quæ circa ipsum sunt diisq́ intelligibilibus hymnos oratione offerre possumus. Primitias enĩ offerre omnes solent earũ rerum quas acceperunt & qbus alitur & continetur substãtia nostra. Quemadmodũ igitur agricola fructuum primitias offert: sic hoĩes oportet mũdæ inuentionẽ mẽtis intelligentiis offerre gratias agentes quia hæc nobis tribuerint: & qa nos mentemque nostram speculatione sua contineant: atque nutriãt iuuãtes: cõsulẽtes: & ad salutẽ nos nostrã reducẽtes. hæc Porphyrius quibus similia ĩ libro de sacrificiis de primo ac magno deo Thyaneus ille appollonius cõscripsit. Sic ergo inquit maxĩe decentẽ aliqs curã de rebus diuinis suscipiet propitiumq́ habebit deum si deo primo q unus est & ab aliis omĩbus separatus post quẽ longo interuallo reliq cognoscũtur: nullo modo sacrificet nec ignem incẽdat nec sẽsibiliũ ei aliquid offerat: nullius enim rei eget nõ dico a nobis: sed nec ab intelligentiis ipsis. Non est autem in terris nec ĩ aere quicq̃ cui nõ insit aliqua obscenitas. Meliorem igit̃ ac superiorẽ rationem atq́ orationẽ ei offerre debemus. Sic autem appello eam quæ nõ ore pfert̃ quæ illi offerenda est Nã ab optimo atq́ pulcherrimo rerũ omniũ poptimũ similiter atq́ pulcherrimũ omnium bonorũ nostrorum. Intellectus uero hic est organo nõ indigens bona nobis petenda sunt. Sic Apollonius. Sed Porphyriũ rursus Theophrasti testĩonio utẽtẽ audiamus. Gliscente paulisper ĩquit iniquitate animalium crudelis immolatio suscepta est: adeoq́ creuit ut ad cacumen iam maledictionis pũentũ sit: iugulatis hoĩbus & sanguine aris humano cruẽtatis. Ita dæmones concitati iustas poenas sumpserũt. Alii nanq́ hominũ omnino impii facti sunt nullos deos colentes. alii malos deos uenerant̃: quos humana meliores natura nõ putant. Non ergo animalia immolanda sunt: sed illa: quæ immolata nihil omnino ulli officiũt. Innocẽs enim ĩmolatio atq́ sancta penitus esse debet. Si uero quispiã obiiciet ita usui nostro animalia diuinitus esse cõcessa: quemadmodum & fruges terræ sciat animalibus cæsis non nihil noxæ cõmitti. Priuant̃ enim aĩa uiolenter non ergo sacrificanda præsertim quũ ut ipso nomine ostenditur res sacra sit: sacer autẽ homo ẽ q ex alieno gratias refert. Nec enĩ fruges si aliunde per uim acceperis offerre fas est. Nõ enim aliorum iniuria deus placat̃: q̃ si ablatæ fruges offerendæ nõ sunt: multo minus aĩalia ui aĩa inde ablata offerẽda sunt: præsertim quom aĩa multo nobilior

frugibus sit: q̄ q aĩalia priuat magnopere peccat. Præterea si primitias quasdam ex anĩalibus diis offerrimus cuius rei gratia id facimus? utrum honoris? quisnam honor hic potest esse qui ab ĩiuria originem trahit? an potius dedecoris & uituperationis? Non possumus quippe negare nõ iniuste agere quum animalia nihil iniuriantia ĩterficimus. Sed neq; hac uia graciæ diis referẽdæ sunt. Qui enim beneficii grãm retribuit nõ maleficio id peragit. Nõ enim magis retribuere uidebit̃ q̄ si rem a uicinis raptam ĩ gratiam & honorem retribueret: sed neq; gratia impetrandi cuiusdam boni. Nam qui alterũ lædendo exorare deũ putat: is ĩgratũ se futurũ ostẽdit. Quare nec spe futuri beneficii aĩalia ĩmolanda sunt præsertĩ quũ nõ possibile ita hæc agere ut deũ lateant. Si ergo rei alicuius causa immolandum est: nullius autem rei gratia id faciendum ostẽditur. Relinquit̃ profecto nequaq̄ ĩmolãdũ esse: & maxime quum nulla re dii indigeant: sed animũ hoĩs respiciãt illudq; sibi sanctissimum sacrificium sit rectã de his ipsis & de reliqs rebus habere sententiam. Mens igitur sancta & anima omĩs passiõis expers optimæ primitiæ deo sunt. Aperte igit̃ oĩbus his iuxta sũmos græcorum philosophos patet nullo animantium litari posse iniustũq; ac obscenũ esse cæde animalium deum credere fore propitiũ. Quare non deus nec dæmon quidem bonus: sed seductor & mendax fuit: q nidorem carnium & libationẽ sanguinis petiit: & ĩ eodem libro ipse Porphyrius nõ ignorat ĩquit cui curæ pietas est nihil animatum diis offerri sed dæmonibus aut bonis aut malignis.

Voniam igitur alios bonos alios malos dæmones putat age iam uideamus: certisq; rationibus approbemus malignos esse omẽs dæmones q̄uis gentilitas loco deoꝝ eos ueneret̃. Quod qdẽ hoc modo demõstrare conabimur. Omne quod bonũ est nõ prodesse nõ potest & e contra quod malum est. Dæmones aũt & dii gentiliũ Saturnus: Iuppiter: Iuno minerua & similes ac ĩuisibiles uirtutes quæ ĩ simulacris & per simulacra operantur non solum brutoꝝ immolationibus animalium quod iniustũ & abominabile Theophrasto & Porphyrio esse uidet̃. Verum etiam cæde ac sanguine hominũ sũmope gaudẽt: quomodo igit̃ boni dæmones isti erunt & nõ scelesti atq; perniciosi spiritus?

Ncipiamus igit latius ostendere quātus error quātaq; ipietatis putredo humanū genus ante saluatoris nri tēpora detinebat: quæ postq̄ incepit euāgeliū ī orbe terrarum prædicari minui sic cœpit ut adriani temporibus in morem solis euangelica iā coruscante doctrina apertissime dissoluta sit. Gentiliū ergo ipsorum ut ad huc fecimus uocibus ad declarandā priscorum temporum pestem utemur: quæ adeo anīos hominum inuaserat: ut quasi dæmoniaci & a pnitiosis profecto spiritibus agitati liberorum sanguine scelestas placarēt uirtutes. Ita pater unicū filiū: dilectā mater filiā dæmoni tanq̄ ouem sacrificabāt Ita genus hoīum quod humanum esse natura cognoscitur ad furiosā immanemq; crudelitatem a dæmōibus impellebat quæ ita se habere nō modo apud barbaros: uerum etiam apud græcos omīs historia plena est. Nam & rhodii hominem Saturno sacrificabant: quā rem magis temporibus postea mitigare uolētes mortis supplicio aliquem dānatū ad saturnia usq; cōseruabāt: quē ī ipso festo uino grauatū īmolabāt. In salamine uero insula: quam antiquissimis temporibus corroneam uocabant usque ad Diomedis tempora agraualæ cecropis filiæ homo cædebatur. Postea uero in tēplo palladis agraualæ ac Diomedis (unū enī triū fuit) diomedi homo īmolabat: qui ab adolescētibus ter circū aram ductus tandem a sacerdote hasta percussus & in rogo īpositus cremabat: quam rē diphilus rex cypri Seleuci tēporibus abomīatus non hominem sed bouem Diomedi sacrificari statuit Dæmon autem ille qcunq; fuerit nō inuitus bouem pro homine suscipiebat. Ita non multum interesse īter īmolationem hoīs atq; bestiæ uidet. Manethus autem historicus apud ægyptios ī heliopoli homines īmolatos fuisse in libris de pietate testat: quem morē amosis īprobauit. Sacrificabāt uero iunoni tres in die: quos īquirebāt si mundi essent quemadmodū postea uituli. Cereos aūt offerri pro illis tres Amosis iussit. Dionyso etiam omadio apud chios apellato homo crudeliter discerptus sacrificabatur. Lacedemonios etiam Appollodorus scribit hominē marti sacrificare solitos: & phoenices bellorū aut pestilentiæ calamitatibus amicissimos Saturno solebāt īmolare: quod omēs qui eorū historiam scripserunt testātur: maxime autem Sachuniatho a Philone biblio in græcam linguā ut in supioribus dictum est traductus. Histrus quoq; qui cretēsē historiā collegit curetas scribit saturno antiqtus pueros sacrificasse. Sed pallas q optime oīum mitræ mysteria edidit sic hac de re scripsit. Immolationes aūt hominū īperatoris Adriani tpribus

ubiq; fere cessarunt. Immolabatur enĩ prius in laodicea syriæ palladi uirgo: nunc autem cerua: & arabes singulis annis puerum ĩmolantes sub ara sepeliebant: omnesq; græci cõmuniter ante q̃ in bella exirẽt ut Philarchus historicus tradidit hoĩem ĩmolabãt. Prætereo thracas & scythas cæteraq; prisca. Verum etiã nunc quis ignorat in magna urbe latini Iouis solẽnitate hominem immolari! & usq; ad hunc diẽ nõ in arcadia solum Pani liceo: nec in carthagine Saturno: sed omẽs cõmuniter hoĩes quũ dies statutus aduenerit quo sacrificare hoĩem solebant aram sanguine hominis spargunt. Philo etiã qui phoenicũ historicam conscripsit his uerbis in primo utitur libro. Morem inqt priscis ĩ magnis calamitatibus atq; piculis fuisse ut ciuitatis aut gẽtis princeps dilectissimum ex liberis ulcisceti dæmoni quasi redẽptionis premiũ traderet & sic traditũ mystice iugularet. Sic igit̃ Saturnus rex regionis quem phoenices israelem uocant: qui postea q̃ hominem exuit ad saturni stellã adductus est: quũ ab Anobret nympha unicũ haberet atq; carissimum filium Ieud a re ipsa dictum (sic enĩ etiã nũc phoenices unicum filiũ appellãt): quia maximo atq; periculosissimo bello ciuitas premebatur regio indutum ornatu super constructã ad hæc præparatamq; aram immolauit. Nõ ĩiuria ergo eximiũ dicemus illum Clementẽ in libro quo ad ueritatẽ gentiles adhortat̃ his uerbis ista deplorasse. Crudeles immanesq; hominũ hostes dii uestri sũt: qui nõ solum amentia lætant̃ nostra: uerum etiam modo per contentionẽ certaminis modo per cupiditatẽ uictoriæ animis uestris concitatis ad uoluptatem suam immolationes hominum postulant: qui multis non nunq̃ ciuitatibus atq; gentibus tãquam communes pestes & fulmina incidentes non cessarunt atrociter homines uexare: quousq; sanguine hoĩum placati sũt. Aristomenes enĩ mesenius Ioui quem illi appellãt Ithometem trecẽtos simul sacrificauit: in quibus Theopompus etiam lacedæmonioꝝ rex fuit nobilis scilicet ac regia hostia tauro. Scythæ autem quoscunq; aduenas ceperint (capiunt autẽ multos q fluctibus & tempestate ad eos depellũtur) dianæ statim immolare solent: quæ sacrificia tragice ĩ scæna Euripides decãtauit. Monymus uero ĩ libro miraculorũ collectionis in pellæ ciuitate thessalica hominem achiuũ Peleo & chironi singulis annis immolatum fuisse narrat. Lyctii etiã (cretenses aũt isti sunt) Ioui hoĩem ĩmolabãt: ut Anticlides scripsit. Lesbii quoq; Dionyso: & phocenses dianæ: alteros Doscida: alteros Phitocules historici hoĩem ĩmolare solitos cõscripserũt. herechtheus

uero atticus & Macharius romanus filias suas alter ꝓserpinæ ut demaratus ĩ primo tradidit: alter defẽsori dæõni ut Dorotheus ĩ quarto italicaꝝ rerum exposuit immolare nõ dubitarunt. Perhumanos uero dæmones. Quomodo enim non scelestissimi sunt? & illi qui tanquam saluatores inuocant̃: & isti qui salutẽ ab ĩsidiatoribus petunt: litareq; putant deis hoĩum iugulo? nec enĩ homicidii crimẽ effugiunt etiam si Ioui hominẽ offerant. Cur igitur o prudentissimi bæluas fugimus? & si forte ursam aut leonem aut serpẽtem uidimus statim resilimus: ut poeta omnium maximus ait. Retroq; pedem cum uoce repressit.
Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens trepidusq; repente refugit
Attollentem iras & cærula colla tumentem.
Pernitiosos autem dæmonas fraudulẽto & pestes hominũ manifeste uidentes: a quibus liberi etiam uestri ad cædem petuntur nõ fugitis hæc ille. Ego aũt etiã Dionysium halicarnassea uiꝝ romanæ historiæ ac italicæ peritissimum huius sceleris testem adducã: qui in primo de antiquitate italica Iouem & appollinem quoniam decima hominum ĩmolata nõ fuerat magnas italis calãitates ĩduxisse his uerbis scribit. Nullus in arboribus fructus ĩquit ad maturitatem usq; ꝑmansit: sed immaturi omnes defluebãt: nec spicæ semine replebant̃: nec herbæ pecori sufficiẽtes germinabãt: fontes quoq; ipsi alii bibi nõ poterãt: alii æstatis tempore deficiebãt: & aut mulieres abortum patiebant̃: aut nati pueri mãci & discerpti erãt. Cætera quoq; hoĩm multitudo ægrotatione ac morte crebrius q̃ solebant uexabant̃: sciscitantibusq; ipsis qd ĩ deos cõmiserũt quidq; facturi ut ab his pestibus liberarent̃: responsũ fuerat qa quum impetrassent quæ petierãt nõ reddiderunt oĩa quæ uouerũt: sed maiora adhuc debẽt: quæ si reddiderĩt cõqescẽt Pelasgi enim & aborigines nihil sibi terra producẽte uouerunt Ioui atq; apollini ex nascituris decimam se partem immolaturos. Cessauit igitur postea talis calamitas & illi foecundissimo rerum usi prouentu decimam nascentiũ oĩum partẽ sacrificabant. Hæc Mirsinus lesbius nõ pelasgos aut ab origiẽs: sed tyrrhenos passos fuisse narrat. Respõsũ igit̃ recitatum magna omẽs ambiguitate tenebant̃. Senior deinde quidã aliaꝝ rerum primitias dixit recte diis consecratas fuisse. Nullã autem ex hominibus partẽ: quam dii maxime diligũt esse ĩmolatam. Quare calamitatibus semper ĩquit uexabimur: nisi ut cæteroꝝ aĩaliũ sic hominum primitias sacrificabimus. Hanc senis orationem quum

Nota

Votum

alii probarent: alii plenã insidiarum putarent: sciscitari rursus per oracula placuit: si hominũ decimam sacrificare diis gratum esset. Deo autem annuente magna seditione uexati sunt: & tunc primum primates ciuitatum & reliqua multitudo atroci suspitione ne dolo ista primates facerent cõmota scissi atque diuisi sunt: migrabantque multi: immo uero quasi amentia furentes pellebantur & pellebant: multæque ciuitates destitutæ pene fuerunt. Sequebãtur enĩ fugientes filios qui genuerũt. & frãtres cognati: & propinqui propinquos: ita ex italia fugientes græciã & barbariã repleuerunt: quod malum nõ paucis annis Italiã uexauit. Nam & ciuitatum principes tum seditionem timentes: tum religioni satisfaciendum putantes ab adolescentibus qui ad iuuentam in annos proueniebãt primitias diligebãt. Et paulo post: asserũt autẽ Saturno in italia priscis temporibus ita sacrificatum fuisse queẽadmodũ apud carthaginẽses ante quam urbs eorum dirueretur. Celti uero ad hæc usque tẽpora & occidentaliores fere omnes homicidio sacrificãt. Hercules autem fertur primus in saturnino ara ædificata imtemeratas hostias immolasse: ac legem qua homines sacrificabãtur reuocasse: & ne quasi patrio ritu neglecto superstitione inani incolæ turbarẽtur: simulacra pro uiuis hominibus: quos in fluenta tyberis proiiciebant hostiarum ornata modo in tyberim ĩmittere docuit: quæ res a romanis temporibus quoque nostris idibus maiis diligẽter fieri solet. Ea enim die pontifices aĩalibus primo secundũ leges immolatis uirginesque uestales prætores aliique ciues quos sacris adesse fas ẽ. xxx. simulacra hoĩum quæ argiuos appellãt a põte sacro in tyberĩ demittunt. Hæc Dionysus. Diodorus uero cõsentanea istis in uigesimo historiæ uolumine carthaginẽsibus ac Agathocle tyranno siciliæ post mortem Alexandri magni primi Ptolomæi temporibus obsessis his uerbis cõscripsit. dicebãt aũt Saturnũ illis iratũ fuisse: quoniã prius ipsi excellentiores ex filiis suis sacrificabãt: postea uero clã ẽptis ĩfãtibus atque educatis liberorum loco ĩmolabãt Quumque diligenti facta inquisitione multi ex suppositis inuenirentur sacrificati facile animis induxerunt: ut crederent ad obsessionẽ urbis hostes iccirco diuiuitus missos fuisse: quoniam priscos deorũ honores nõ seruarent. Itaque deos placare studentes ducentos ex nobilissimis adolescẽtibus publice sacrificarũt Trecẽti uero alii quoniã suspectos se esse uidebant spõte se tradiderũt. Erat aũt apud eos ænea Saturni statua magnitudine mirabilis: cuius manus in terrã extensæ ita erant in gyrum ut qui ad eum prouenire adolescentes cogebant ĩ ingentẽ

foueam ignis repletam inciderent. Iure igitur hebræorum scriptura reprehendit eos q moribus patriis cōtemptis hæc imitati sūt dicens: īmolabantq; filios atq; filias suas dæmonibus: interfectaq; terra est in sanguinibus & cōtaminata in operibus eorum. Arbitror iā p ea quæ dicta sunt satis patere nō bonorū dæmonum inuentionē fuisse priscā illam & primam simulacro℞ institutionem & uniuersam religionem gentilium: sed pernitiosorum omnino atq; scelestorum. Itaque uerus profecto inuenit̄ propheticus ille sermo. Omēs dii gentiū dæmonia. Apostolicū etiā illud quo dicit̄: quia quæ gētes sacrificāt dæmonibus nō deo sacrificant. Et certe si qd boni in deis gentiliū esset amatores ꝓfecto iusticiæ salutares & benefactores hominibus essēt: nec hūano sanguine gauderēt: sed responsis & omnibus modis a cæde humanū genus repellerent.

Vod uero maligni ad ista dæmones humanum genus ītruserūt q̄uis per se ipsum pateat: tamen inde quoq; apertius uidebis si adulteria & fornicationes gentiliū quæ usq; ad hunc diē in heliopoli phoenice multisq; aliis in locis peragunt̄ in mentē tibi ueniant: quasi enim primitias quasdā diis debitas turpissimas huiusmodi ꝑationes in templis offerūt. Nam si nec hoīes quidē modesti ac mites cædibus & stupris lætant̄: quāto magis dii aut boni dæmōes ab his rebus erūt alieni? Si uero quispiam obiiciet malignos quidem esse dæmones eos qui hæc petūt: alios autem illos bonos: quos maxime tanq̄ saluatores uenerantur: quærendum ubinam isti saluatores sui quos colunt sint: & nō possunt malorum uim ab huiusmodi facinoribus atque flagitiis auertere. Quomodo autem boni sunt si malos dæmones nō depellūt: si cultoribus nō auxiliantur? Aut cur humanū piumq; hoīum genus atrocitate malo℞ dæmonū uexari ꝑmittūt? Cur etiā nō admonuerūt homines nō ut deum honorare: sed ut pernitiosum dæmonem odisse illum cui hæc iniqua & turpia placerent? Quomodo ergo uerum isti deū colunt: q nec rhodiis: nec salaminis: nec heliopolitanis fugiēdos esse prauos dæmonas significauit? nec malignum iunonis spiritum: cui tris quottidie hoīes sacrificari solitū ab historia didicimus cōtēnendū eē unq̄ dixit? Nec chios docuit: nec mēbratī crudelissime discerptū hominem Dionyso immolarēt: nec teneidos similiter? nec prohibuit Mauorti hominē ubiq; offerri? Cur igit̄ eum colunt qui uel ī liberos prauis dæmonibus iugulantes nequaq̄ defendit: nec dixit in laodicea

syriae

syriae ubi singulis ānis uirgine litabatur pniciosū daemonē habitare: nec ī libya atq̃ arabia ubi adolescentē sacrificātes sub ara sepeliebāt. Haec omīa uerus deus quem colunt quomodo nō admonuit faciunda nō esse? Incestus etiā & adulteria uerus ille ac bonus deus quomodo nō docuit uero deo & bonis daemonibus placere nō posse? quod nullus unq̄ praeter q̄ uerus profecto deus noster q solus deus ē fecisse īuenit. Is enim per Moysem uniuersos praemonuit homines nō esse colenda daemonia: e contra uero repellēda contemnēdaq̃ tanq̄ pnitiosissimos spiritus: templaq̃ ipsorum ac caerimonias quibus honorantur sic esse delenda ut nulla eorum extet memoria: qui adeo malitiose humanū genus inuaserūt tantamq̃ uictoriam amentia omnium consecuti sūt: ut si colligere ī unum quae ab historicis suis dicunt uolueris uniuersū istis scelestibus orbē spiritibus subiectū fuisse īuenies: graeciā: affricā: thraciam: scythiam: prudentissimorum athenienſium gentem: ipsā quoq̃ magnā urbem: siquidem etiā ibi dialibus homines iugulabant. Rhodum praeterea: salamina: insulas omēs: chium: tenedū: arcadiā: lacedaemona: aegyptum: phoeniciam: lybiā: syriam: arabiā ubiq̃ usq̃ ad tēpora saluatoris nostri tam aīalium q̄ hoīum caede & turpissimis pollutionibus pernitiosissimos daemones placabant neq̃ prius uitam hoīum haec mala reliquerūt q̄ saluatoris nostri doctrinae fulgor orbē illustrauerit: historicos enī suos iam audiuimus ad Adriani usq̃ tpra facinora & flagitia illa fuisse ptēsa. Eius uero imperatoris tēporibus turpitudinem hanc omnem intellectam atq̃ contemptam fuisse. Illo uero maxime tempore salutaris euāgelii praedicatio per orbē ī modū fulguris coruscabat. Mentiuntur autem quādo rebus uicti prauis se daemonibus sacrificasse negāt. Illos enī adorabāt: illis hoīes caedebāt: ad honorē illoꝝ turpissima admittebant flagitia: quos deos maximos & putabant & appellabant. Saturnum enī Iouem martem dionysum Iunonem mineruam uenerem & sapientissimum atque pulcherrimū Apollinē optimos & maximos deos ac deniq̃ saluatores eē praedicāt: Isti ergo perniciosissimi illi daemones sunt. Nam si huiusmodi sunt q caede hominū gaudent: (gaudent aūt isti quibus nisi hoīes īmolentur ferre nō possunt): scelestissimi certe spiritus esse cōuincunt siue ipsi talibus gaudeāt qđ dubitari nō potest: siue aliis haec offerri pmittāt. Cur enī si boni sunt spiritus his sceleribus malignos placari daemōes iubent? cur adeo errare hoīes patiunt ut ad colēdos prauos daemones ignorātia deductos despiciāt? Cur huiuscemodi hūanū genus seruire

ſpiritibus nõ dedignantur: quom oporteat ſi boni dii ſunt longiſſime ab hoībus omnem falſam religionẽ diuina ſua uirtute prædicatiõeq̃ integra pellere! An pater bonus nõ negliget filium a prauis homĩbus circũuentũ: nec hũanus dominus ſeruũ: nec dux belli ad captiuitatẽ ſuos milites duci patiet̃ ſi aliquo eis poterit modo ꝓuidere: nec paſtor lupis pecudes tradet. Dii autem boni qui miſeros ut dicunt homines tutant̃: qui paſtores & ſaluatores reges patres & domini nuncupant̃ inimicis dæmonibus quaſi atrociſſimis bæluis homines a quibus pie coluntur crudeliter trucidandos tradẽt: nec ꝓpugnabunt & ꝓtegẽt inbecillum genus hominũ: nec hoſtes & prauos ſpiritus tanq̃ ĩmanes beſtias longe a grege hominum fugabunt: nec docebunt homines q ſe remq̃ ſuã illis cõmendant non colendos ſed fugiendos eſſe prauos ſpiritus! Quando igitur hoc nec faciunt nec unq̃ fecerunt: ĩmo uero e contra oraculis atq̃ reſponſis ſuis homines immolari ſibi petebãt & turpiſſima flagitia ĩ tẽplis offerri: re ipſa patet peſſimos & iniqſſimos eſſe natura. Ad hæc quomodo deus aut bonus aliqs dæmon a gẽtibus unq̃ adorabitur: ſi bonum malo nunq̃ cõuenire poteſt! niſi lucem ac tenebras ad idem cõcurrere poſſe contendat. Quomodo aũt dii ſũt aut omnino boni dæmones qui bonitate ab hoĩbus ſuperant̃! Iniquũ enim Porphyrius ſcripſit: nõ dico homines ſolum: ſed etiam ꝙ multo minus eſt animalia bruta occidere. Quare ĩmolationes huiuſcemodi modeſto atq̃ prudẽti uiro fugiendas nec placãdos ſpiritus ſanguine: ſed animi uirtute repellẽdos cõſulebat. Mundum enim animum non inuadunt quoniam eis diſſimilis eſt.

I uero ciuitatibus neceſſe eſt hos etiã placare nihil ad nos. Ciuitates enĩ etiã res externas ut diuitias: & omĩa quæ corporis ſũt ut formam bona eſſe cõfirmat: & horum cõtraria mala. Pauci enĩ ſũt in ipſis qui animæ curam habeãt. Nos autem quãtum nobis poſſibile eſt iſtis non indigemus: ſed omni ſtudio atque opera deo ſimiles fieri conamur. Quod fieri ſolet pfectiore uirtute & uera de rebus opiniõe E contra uero prauis tam dæmonibus q̃ hoĩbus & omĩbus q caducis atq̃ materialibus rebus gaudent diſſimiles eſſe ſtudemus. Nõ iniuria igitur philoſophus & dæmones contemnere debet & diuinationes negligere. Ea enim quæ homines uaticinationibus petunt negligit. Nõ ergo de matrimonio nõ de mercibus nõ de ſeruo nõ de furto nõ de aliis inanibus rebus: quas falſa opinione homines cupiunt ab extis

animalium quæret: sed ipse p se ipsum deo accedēs æternā solūmodo uitā quæret quom toto aīo desiderat. His uerbis Porphyrius auguria & auspicatus & uniuersam diuinationē quā multi admirantur falsa opinione hominū constare aperte ostendit: quibus philosophū nullo modo indigere dicit. Si ergo modestus prudensq; uir ea fugit quibus dæmones placantᷣ quæ sunt gentilium sacra sanguine aīaliū confecta Nemo priscorū prudens ac modestus inuenitᷣ. Omēs enī ut diximus ante saluatoris nostri aduentum uel hominū sanguinem dæmonibus offerebāt. Nemo ergo secundum Porphyrium prudens modestusq; gentilium fuit. Præterea ipse rationē sequens sacra dæmonū refutat & mūdo animo esse hortatᷣ: quē dæmones inuadere nequeūt quoniā dissimiles sunt. Apollo uero deus suus rursus enim homini cōparatus īferior reperietur pernitiosissimo dæmoni: qa uidelicet ei amicus sit perniciosο enim perniciosus amicus est: sacrificandum cōsulit: quod ipse in libro de responsis conscripsit. Quum enī uates festinaret qd' quærebat īspicere Apollo ei respōdit munera prius dæmōi offerēda esse dicēs: Ratio aūt humana duce natura his cōtraria facienda pbat munditiam scilicet animæ adhibendam: & sacrificandum non esse dæmonibus quoniam purum mūdumque aggredi nō possunt quū dii similes sint: ꝙ si prudens & modestus uir ē q dæmonibus nō sacrificat qui suis responsis sacrificandum consulit qualisnam sit per te ipsum considera. Pessimi ergo atq; perniciosissimi sunt q cæde ac sanguine hominum gaudent: quem morem si quis laudat is omnes homines q modo uiuunt uituperat. ꝙ si prudenter nostra tempora huiuscemodi rem contempserunt prisci omnes stultissime id faciebant.

Is omnibus hac luce clarius patet nō dii nō boni dæmones: sed lōge ab omī bonitate remoti hostes ueri dei pernitiosi atq; īpii gētilium esse deos: a quibus nemo præter dominum nostrum Iesum christum humanū genus eripuit qui euāgelio suo uniuersis barbaris simul & græcis huic morbo medetᷣ: & a durissīa antiqssīaq; seruitute liberat ac ad uerā cōuocat libertatē: ad quā curriculo tēdere magna uoce oībus prædicat clamās. Spiritus domini sup me: propter quod unxit me euangelizare pauperibus: misit me sanare contritos corde: prædicarᷣ captiuis remissionē & cæcis uisū. Et rursus educere ligatos e uīculis: & e domo carceris sedētes in tenebris. Hæc enī ab antiqssīs temporibus uera hebræoꝝ oracula redemptionem nostram & cæcæ

mentis illuminationem prædicentia confirmabant futurā: unde nos saluatoris nostri gratia & patrocinio cōfirmati a flagitiis ad modestiā & ad prudētiam ex amētia liberi iam a dæmonū seruitute nec sacrificabimus unq̄ nec seruiemus diis gentilium: a quibus proch dolor oppressi tenebamur: nūc qa liberati euāgelica doctrina ad saluatorē nostrū dominū & benefactorem creatorē & regem uniuersi adducti sumus: quē pie adoramus nō ut dæmonibus uidetū: sed ut ab euāgelica doctrina didicimus qua nutriti prauos dæmones atq; pnitiosos facile fundemus. Nā castitate & bonis moribus nixi: eamq; uitæ mundiciā adhibentes: quam nobis saluator tradidit nequaq̄ illos timebimus qui mundū aggredi animū quoniam dissimiles sunt nequeūt ut philosophus cōcedebat. Sed neq; diuinationis indigebimus: neq; aruspices īterrogabimus: nec quicq̄ penitus dæmoniacū pscrutabimur. Quorum enim gratia hæc petuntur ea nos contemnere christus docuit: illaq; solūmō desiderare iussit: de qbus nemo aruspex nullius hostiæ exta significare aliquid poterūt: quæ solus saluator noster uerbū dei quod semper cum deo patre est omībus significauit: qui animū atq; mētē suam domicilium illi constituerunt: de quibus ipse dicit: habitabo in ipsis & ero sibi deus & ipsi erunt mihi populus. Hæc de prauitate dæmonum quos & deos appellant dicta sufficiant.

Vnc uideamus quemadmodū cum esum carnium Porphyrius extermīet aptissime prauos istos dæmones ī multas figuras & formas ut homines seducant transmutari: bonorūq; ut cupiditatum īflamatione multitudinē alliciant: persuadeātq; deos esse quū nō sint effigiē assumere confirmet: quos tantū ait potuisse ut sapientissimos poetas & philosophos complures deceperint: quorum eloquentia multitudinē euerterūt. Præterea oēs maleficas artes ab ipīs deōnibus īuētas fuisse: ad uoluptatēq; homīes impulsos ut titillatione obcæcati primū eorū spiritū summū deū putarēt. Sed uerba eius ascribamus. Quæcūq; inqt aīæ uitiis subiectæ appetitu ferunt iræ cōcupiscētiæq; seruientes in naturam dæmonū conuertūtur: ac perniciosæ sicut illi fiunt. Sunt autē sicut & dæmones inuisibiles atq; īsensibiles humano sensu. Non enim habent corpus quod soliditate sua sentiri possit: nec formam omnes unā: sed multis atq; uariis transmutatæ figuris modo apparēt modo īuisibiles sunt. Spiritus autem quia quidem corporalis est passibilis & corruptibilis est: quia uero animæ colligatus ē longo

temporis ſpacio ꝑdurat. Aeternus autē eſſe nō poteſt quoniā mutatᷣ & defluit. Proportionati autē ſunt bonorū ſpiritus ſicut & corpora fuerūt: maloꝝ autem improportionati. Dæmones igitur uitiis dediti qcquid male excogitare ac efficere poſſūt libēter aggrediūt: uiolēti enī omnino atq; ſimulatores quū ſint: priuatiq; luce meliore inſidioſe aggrediunt: nunc occulte adulantes: modo manifeſtius cogentes. Et paulo poſt hæc īquit ac ſimilia faciūt a uera opinione de cultu deorū ad ſe ipſos tranſferre cupientes: omnibus enim gaudēt malis & deoꝝ aſſumpta ꝑſona temeritate noſtra fruunt. Alliciūt enī multitudinē ardore cupiditatum: diuitiaꝝ: potentiæ: uoluptatū: inanis præterea gloriæ appetitione: unde ſeditiones: rixæ: bellaq; naſcuntur: quodq; omniū peſſimū eſt deos etiam ipſos & primum uniuerſi deū ſimilibus ſeruire uitiis perſuadent: ita omnia ſurſum deorſumque perturbant Credunt enim eis nō ſolum uulgus: ſed multi etiam philoſophorum alteri alteris cauſam præbentes. Qui enī philoſophi comes opiniones nō contempſerūt ad impietatem uulgi delapſi ſunt: multitudo etiam uiciſſim conſentanea impietatis ſuæ a philoſophis uerba percipiēs in falſa de diis opinione confirmata eſt. Nam poeſis quoniam & uerbis ſonantibus & compoſitione magnifica utitur ꝑſuaſit īmo uero inflā-mauit homines ad impietatem: ita ſeducti nō poſſunt perſpicere nec bonitatem nocere nec prauitatē iuuare unq̄ poſſe. Nā ut nō poteſt caliditas ut Plato ait frigiditatem inducere nec frigiditas caliditatē: ſic nec iuſticia nocere poteſt. Iuſtiſſimus autem omnium deus eſt: nō eſſet enim deus niſi eſſet iuſtus. Quare alia quædam eſt uirtus bonoꝝ dæmonum: alia malorum. Qui enim ad nocēdum nati ſunt & iſtud omnibus pagunt uiribus bonis contrarii ſunt: contraria uero in eodē eſſe nō poſſunt. Ab iſtis autē maleficæ quoque artes conſtitutæ ſūt: hos enim ſummopere & præſidētem iſtoꝝ malefici omnes uenerantᷣ. Hi pleni ſunt omni falſa phantaſticaque uiſione qua facile decipiūt monſtra quædā & prodigia ſenſui & imaginationi præponētes: unde amatoria & incentiua libidinum præparantur: quibus oīs luxuria & diuitiarum copia: & inanis gloriæ cumulus comparari atque acquiri creditur: hac falſitate homines decipiunt. Dii enim eſſe uolunt quū nidore carnium & fumis gaudeant. His enī uaporibus confirmari & roborari uidentur: hæc omnia eius ſunt qui exactiſſime iſta ſciebat Prænominatus enim philoſophus qui maxime omniū iſta ſcrutatus ē prauos dæmones omēs q ſanguine gaudēt appellauit & multitudini

a poetis & nõ nullis philoſophis ꝑſuaſiſſe falſo bonos uideri aſſeruit.

Dem declarat malignoꝝ dæmonũ prĩcipes Serapĩ & ꝓſerpinã eẽ: diuina uero ſcriptura belzebub prauitatis prĩcipẽ apellat. Sunt autem uerba eius hæc in libro reſponſorũ conſcripta: malignos omnes dæmones non temere Serapidi ſubiicimus. Non enim ſacrorũ eius ſymbolis ſolummodo pſuaſi ſumus: uerum etiam quia quæcunq; alliciunt & quæcunq; repellũt Plutoni attribuunt ut in primo libro monſtrauimus. Serapis aũt apud ægyptios is deus ẽ qui apud græcos Pluto nuncupatur: iccirco prauis dæmonibus iſte princeps eſt. Nam iſte ſymbola quoque dedit hominibus quibus dæmones expelluntur: Iſte ſupplices docuit quomodo brutorum aſſumpta figura dæmões hoĩbus inſiliunt. Vnde apud ægyptios & cæteros omnes q prudẽtes in agẽdis cærimoniis deoꝝ eſſe uident: corrigiæ in templis irrũpunt: & animalia ante ĩuocationem deorum expulſa multitudine cædunt: ita domo cæteris rebus uacua & mũda ſpiritu & ſanguine animaliũ deus inuocat. Sunt autem corpora hoĩm iſtis plena & maxime illorũ q delicatis cibis uiuunt. Comedẽtibus enĩ nobis adueniũt & inhærẽt corpori: iccirco ieiunium & caſtitas maxime laudantur: nõ qa prĩcipaliter deus bonus iſtis placetur: ſed ut recedant illi qui ſanguine & ĩmũditia gaudẽtes ut his fruant ĩ utentiũ corpora ĩgrediunt. Certũ enĩ ẽ qa uehemẽs caducaꝝ reꝝ cupiditas & appetitiui ſpũs ĩpetus nõ aliũde ꝗ ex præſẽtia iſtoꝝ maxĩe creſcit. Quare quũ appetitio nimiũ inflãmata ẽ: & uoluptatis ardor aĩum ita exagitat: ut omnis cogitatio ad exteriora uaget: tunc huiuſmodi dæmonũ præſentiã eẽ cognoſcas quoꝝ præſẽtia facit ut appetitiuus ſpũs in corpore nr̃o multiplicet. Et paulo poſt nunqd ait iſti ſunt illi dæmones quoꝝ princeps Serapis eſt? Symbolum enim etiã hoꝝ triceps canis eſt ille ſcilicet qui ĩ aqua terra & aere tribus his elementis uerſat pnitioſiſſimus dæmon. Is enĩ cæteros dæmões tanꝗ prĩceps expellit. ſed Proſerpina etiã dæmonũ princeps ẽ: quia in tribus his elemẽtis plurimũ poteſt. Et poſt pauca unũ inqt Proſerpinæ reſponſũ ſi appoſuero uolumẽ iſtud cõcludam.

Naturæ triplicis ego ſum lucina puella
T aurea: itemque triceps miſſa e cælo aurea phoebe
Quam multæ uariant formæque trinaque ſigna
Quæ terna & ſimulacra fero terræ aeris ignis
Quippe meis atris terrarum eſt cura moloſis.

EINDE. Quinã sint canes atri clare interpretat̃ dicens perniciosos dæmonas sic appellari. Verũ & si satis a supioribus pateat non bonos sed pnitiosos dæmonas quasi deos a gentilibus cultos: nõ tamen erit ab re quoniam multi adhuc ĩbecillitate quadã animi seducuntur religionẽ patrum laudantes cu/mulatius eandem rem ostendere: a qua non ab alio q̃ a prædicatione Christi liberati sumus. Ipsi enim fatent̃ temporibus saluatoris nostri oracula sua cessasse: & mortem nõ nullorum dæmonum accidisse: & ad hæc ut in superioribus patuit post euãgelicã doctrinã diis offerri hoĩes improbatum esse. Adiiciendum aũt est nõ solum supstitionem dæmonum ruisse: uerũ etiam multos atq; uarios principatus cessasse Fere enĩ per omẽs ciuitates & castella reges & tyranni antiqtus erãt ita ut nõ pauciores prĩcipatus essent q̃ ciuitates: facileq; a dæmoĩbus impulsi alteri in alteros insurgebant. Sic depopulationes regionum: obsidiones urbium: & seruitus maxima uigebat in morem iumẽtorũ captiuis seruiẽtibus. Vnde facile cõsideratũ ẽ q̃ ingẽs ante saluatoris nostri tẽpora humanũ genus calamitas premeret. Quæ oĩa diligẽter in unum collecta si nõ ante cessasse considerant̃: nec successione unũ post alterũ defecisse: sed oĩa simul quasi terræmotu facto post domĩ nostri resurrectionem ruerunt: quomodo nõ oportebit euãgelicæ ac ueræ salutaris doctrinæ mysteriũ admirari: cuius prædicatione factũ est ut creatori & soli uero deo per uniuersũ orbẽ ædes cõstitutæ sit: ubi tam uetus q̃ noua scriptura ita publice legit̃ ut ab oĩbus audiatur Vnde audiẽtes discunt sũma uirtute & uera pietate ac religione uiri simul & mulieres uiuere. Perierũt aũt responsa dæmonũ & auguria & aruspicia hominum: nec quis adeo nũc insanit: ut postea q̃ nomẽ christi in orbe claruit audeat clarissimoꝝ sanguine aut cæde hominis immanissimos dæmonas placare: quã rem prius non rudes aut priuati solũmodo uerũ etiam sapientes & reges factitabant. Quod autẽ post tp̃ra saluatoris nostri potẽtia dæmonũ fracta iaceat ipse Porphyrius christiani nominis hostis in libro: quem aduersus religionem nostram conscripsit hoc modo testat̃. Nunc uero mirant̃ inquit si tam multis ãnis peste ciuitas uexat̃: quum & Aesculapius & alii dii longe absint

ab ea. Poſtea enim q̄ Ieſus colit̄ nihil utilitatis a diis conſeq̄ poſſumus. Hæc uerba illius ſunt. Quod ſi dii ſunt o Porphyri quare uiribus ſuis Ieſu uirtutem nō deprimunt? Siquidem ut uos dicitis mortalis homo Ieſus & ſeductor fuit: dæmones uero ur̄i & dii & ſaluatores: cur igit̄ omnes ſimul cum æſculapio terga uerterunt? uniuerſumq́ȝ humanū genus fuſi atq́ȝ fugati Ieſu tradiderūt? qui etiam poſt mortem apud omēs gentes indies creſcit manifeſtiſſima uiuere ſigna & infinitas ut deus uires habere ōnibus oſtendens: q aliquantiſp uolunt aduertere: tantū unus ſolus & ipſe mortuus poteſt ut īnumeros deos expulerit. & honoribus eorum deſtructis cultum ad ſe tranſtulerit. Illi autē & multi & uiui ut dicitis nec apparent uſq̄ iam nec operātur. Cur igit̄ ita fit? quia nō dii ſed praui dæmones dii ueſtri ſunt. Ieſus autē & qui eū miſit pater deus uerus ē: ac ideo gloria ſua creſcit īdies: & hūanū genus ad maiorē quottidie uirtutē progreditur. Quumq́ȝ oporteret ſi dii eſſent & humanarum rerum curam haberent religionē chriſti deponere: & cultū ſuum corroborare nihil efficiunt: ſed conati qdē ſæpius ſunt & reges ac principes uniuerſumq́ȝ romanorum imperiū aduerſus ſaluatoris noſtri euangeliū concitarūt: iacent tamē ſupati: nec totius orbis uires q̄uis ipſorū ſuggeſtionibus conſpiraſſent cōtra pauculos homines ac pauperrimos euangelii nuncios quicq̄ efficere potuerūt. Ieſu enī mortui diuinæ uires pulſis dæmōibus ac falſis deis: q terreſtrē hūc aerē & cauernas terre habitare cōdēnati īſepulchris hominū omniq́ȝ immunda materia uagantur ſanguine ac uaporibus gaudentes ad ueram humanum genus pietatem attraxerunt.

Rīcipes certe dæmonū ſiue aerei ſiue īferni poſtq̄ uiderūt ab hominibus non nullos mortales quaſi deos ſanguine ac nidore ſibi gratiſſimis honorari motibus quibuſdam ſimulacrorum quæ hoīes in memoriā mortuorum fecerunt: facile amentes decipiebāt. Præterea diuinationibus quas dæmoniaca operatione prædicere uidebātur & uoluptate corporis oēs alliciebāt adeo ut modo cæleſtes uirtutes ac dei modo heroum animas quæ poſt mortem in cælū aſcendiſſent ab hominibus crederentur. Vnde opinio de multitudine deorum quū a ſimulacris ad inuiſibiles ſpiritus q per ſimulacra operabant̄ & in eis habitabāt cogitatio raperet̄ q̄ſi uera uehemēter creuit: ita terreſtres & aerei dæmones malignitatis ſpūs dii maximi putati ſunt. Priſcorū etiā heroū qui maxime colebant̄ memoria in maius errorē extollebat

quorũ figuras p singulas ciuitates imaginibus atq; statuis exprimere conabantur: animas uero prodigiose aut incorporeas uirtutes statuis plerũq; adesse dæmones simulabãt: sic maleficis artibus & ĩuocatiõe animaꝝ omnia perturbabant. Isti ergo terrestres dæmones aerei atq; inferni spiritus: quos huius mũdi principes diuinæ litteræ nuncupãt modo bonos se dæmonas: modo deos cælestes: & nũc heroũ animas: nũc alios atq; alios fingẽtes in uarios huãnũ genus errores iniecerũt: ut alii deos: alii heroas: alii dæmonas esse contẽderẽt: & hos alii bonos alii malos: quos tamen ne noceant placandos sacrificiis censebãt. Ita factum est ut multitudo ĩmo uero innumerabilitas deoꝝ credita sit.

Rimum enĩ fulgẽtia in cælo corpora: tum propter perpetuũ motum: tum quoniã cuncta hæc inferiora pspiciãt atq; moueãt deos appellarũt. Deinde quoniam heroes uitæ hominũ communiter profuerunt in deorum numero accepti sunt: quorũ turpissima facta theologiæ suæ partem putantes fabulosam appellarũt: quam postea detestati q̃uis & uera & prisca sit: ad natalia tamẽ reducẽtes fabulas negãt: nec finẽ hic fecerũt: sed propriis quoq; passionibus adorabile nomen dei attribuerunt: quod theologiæ genus ita per se ipsũ iacet: ut orõne cõfutatoria nõ egeat. Quid enĩ turpius q̃ uenerẽ: cupidinẽ: & priapũ deos nuncupare! Res quoq; humanas deos fecerũt. Orõnis enim uim Mercurium: excogitationis palladem nominarũt. Ad hæc opera & artes alias marti & mineruæ ut bellicas: alias uulcano ut oẽs quæ p ignẽ fiunt accõmodarũt. Extremo malignos quosdã dæmones uarios certe atq; multiplices quos modo deos: modo anĩas mortuorũ esse credunt: in theologiã suã susceperunt. Hæc quum ita se habeãt: cæteris quia manifeste friuola sũt prætermissis: de opatione dæmonũ q̃uis in superioribus dictum sit: tamen qa fere omnes occuparũt nũc quoque dicamus.

Rimum autẽ Plutarchi uerba in testimoniũ adducam quæ in eo libro q inscribit̃ ꝙ oracula defecerũt cõscripta sunt. Probe inquit asserunt multi quum a Platone quod qualitatibus subiicitur elemẽtum inuentum sit: quam materiam uocant a multis magnisq; dubitationibus philosophos esse liberatos: Mihi aũt uident̃ pluribus atq; maioribus satisfecisset dubitationibus: qui genus dæmonũ inter deos & homines posuerunt. Modũ enim excogitarunt quo humanũ

genus diuino coniungitur. Laudādus ergo est qui primo inuenit siue Zoroaster ut dicitᷓ: siue Orpheus: siue quidā phryx aut ægyptius ut ab utrorūq; cerimoniis coniicere possumus. E græcis autē Homerus ꝓmiscue his noībus uti uidetur: eosdem modo deos: modo dæmonas nuncupans. Hesiodus primus hominum distinctius quattuor genera rationalis naturæ ordine posuit: deos primū: deīde dæmonas: postea heroas: postremo homines: e quibus mutationem atq; progressum in melius facere uidetur. Aurei quidem genus hoīes in bonos dæmonas transferens: semideos autē uiros in heroas reducens: nec necesse ē de spacio temporis cum Demetrio contendere. Nam siue longo quodā tempore: siue breui: siue certo: siue īcerto dæmonis aīa & herois uita commutetur nihil ad rem: quum priscorum hominum atq; sapientū testimonio pateat naturas esse q̄sdā inter deos & hoīes quæ suscipiūt mortalium passiones: quos dæmonas appellantes & honorātes leges patrias conseruabimus. Et post pauca recte mihi dici uidentᷓ nō deos qui longe a terris semoti sunt: sed dæmonas deorū ministros oraculis præeē. Qui uero his dæmoībus peccata & errores attribuūt secūdū Empedoclem: & ad hæc mortem atq; luctum: hi mihi parū prudētes solent uideri. Et paulo post: est enī ut in homībus uirtutis diuersitas & appetitiuæ atq; irrationalis partis: sic ī ipsis quoq; dæmonibus: sed in aliis irrationalis hæc pars tenuis ē atq; ībecilla: ī aliis uehemēs atq; impetuosa cuius rei uestigia testimoīaq; sūt sacra & cerimoniæ fabulosæ multis ad hunc usq; diem in locis peracta. Nefastos enim dies & tristes in quibus ieiunia & planctus in sacris adhibentur ad pellēdos prauos dæmonas cōstitutos esse crediderī: cuius rei argumētū ē: quæ antiquitus fiebat hominum īmolatio: quā nec diuinitus introductam fuisse credēdum est: nec reges: neq; principes temere carissimos sibi liberos iugulasse: sed ꝑnitiosorū dæmonū iram & impetū retrudētes fecisse. Nam dæmones quum nō possint aut nolint animæ per corpus cōiungi: queādmodum Hercules œthaliam amore uirginis cōmotus obsidebat: sic animā hominis corpore detentā petētes bella: pestes: aliasq; calamitates urbibus inuexerūt: nec ante cessarunt q̄ habuerīt quod cupiebāt. His apertissime Plutarchus præcipuus apud gētiles philosophus ostendit pernitiosissimis dæmonibus homīes immolatos fuisse. Quorū si aliqui boni sunt cur ita praui placabantᷓ quū possent facile boni exorari ut prauos pellerēt? Nūc aūt quū nunq̄ id fecerīt: sed turpissima semper uita & obscenis uerbis & sāguine brutoꝝ atq;

hominum malignos dæmones placarint: quomodo hæc faciẽtes quæ prauis gratissima sunt deo & bonis uirtutibus placere putabãt! Neminem enim fugit nõ posse bonorum esse amicũ eum qui sic uiuit ut malis gratissimus sit. Non ergo deos sed neq; bonos dæmonas gẽtiles sed prauitiosos solũmodo uenerant. Quam rẽ magis idem Plutarchus confirmat dicens: fabulosas de diis rationes res quasdam significare a dæmonibus antiqssimis gestas temporibus: & ea quæ de gigãtibus ac de titanibus decantãtur dæmonum fuisse operationes. Vnde mihi suspitio nõ nunq̃ incidit: ne ista illa sint quæ ante diluuiũ a gigãtibus facta diuina scriptura tetigit: de quibus dicitur: Quum aũt uidissẽt angeli dei filias hominum quia essent speciosæ elegerunt sibi ex illis uxores: ex quibus procreati sunt famosissimi gigãtes a sæculo. Suspicabatur enim fortasse quispiam illos & illorũ spũs esse q ab hominibus postea dii putati sunt: pugnasq; illorum tumultus & bella esse quæ fabulose de diis conscribebant. Plutarchus etiam in libro ubi de iside ac ægyptiorum diis conscripsit his uerbis utitur. Multo melius autẽ dicunt q quæ de typhone osiride & iside conscribunt: nec deoꝝ: nec hominum sed magnorũ dæmonũ calamitates affirmant fuisse: quos etiam Plato: Pythagoras: Xenocrates: & Chrysippus priscos secuti theologos excellentiores q̃ homines fuisse affirmant. Sed naturã suã q̃uis hominẽ superiorẽ: anima tamen & corpore cõiunctam dixerũt. Quare uoluptate quoq; atq; dolore alios magis: alios minus affici: ut enim in hominibus ita etiam in dæmonibus uirtutis & uitii diuersitas inuenit. Nã quæ de gigãtibus & titanibus græci decãtãt: & Apollis aduersus phythonẽ bella: Dionysii præterea fuga & cereris pegrinatio nihil ab illis differunt: quæ de osiride & typhone apud ægyptios narrãt. Empedocles aũt pœnas etiã dare dæmõas peccatoꝝ cõfirmat Aether enim eos inquit & põtus expellit: terra nullo modo suscipit. Sic ab alio in aliud elementum depulsi atrociter uexantur quousque purgati primũ ad locũ redeãt. Similia uero d'typhõe ferũt: ægyptii: quẽ aiũt inuidia cõmotũ terrã simul atq; mare turbasse: deide graues pœnas persoluisse: his similia idem Plutarchus in libro quoq; de casu oraculorum explicuit. Ille inquit dæmonibus diuinationẽ attribuens multa de delphis & de Dyoniso dicebat: nec erat nescius eoꝝ sacroꝝ quæ apud græcos celebrãtur: sed dicebat eis magnas istoꝝ dæmonũ fuisse calamitates significari: Apolliniq; quom typhonẽ interfecisset nõ annorum nouem: neq; ad tempus fugere necessarium fuisse: sed ĩ

alium mundum impulso post nouem magnos annos poenis purgato cōtigisse ut ad oraculū quod interim themis custodiebat rediret. Sic se habuerunt quæ de typhone & de titanibus narranť. Dæmonū enī aduersus dæmonas pugnæ fuerunt: & exilia eoꝝ qui uicti fuerāt atq; supplicia: qualia typhon quoniam in osirim & Saturnus quoniam in cælum peccauit passus est. Quorum honores aut omnino apud nos defecerūt aut minores sunt: quū in alio ipsi exulēt mūdo. Audio enī etiam solymos lyciorum uicinos Saturnum maxime ueneratos fuisse: sed postq̄ archalū & arithon et tosibin prīcipes suos īterfecit fugisse inde ipsum testantur: ac ideo neglectū fuisse: his autem similia multa possumus a fabulis accipere. Si uero noībus deoꝝ nōnullos dæmonas appellamus minime mirum uideri debet. Cui enim deorum unusq;sq; subiicitur cuius uirtute sustentatur: eius nomine solet nūcupari. Nā & nostrum alius iouialis: alius martialis: alius mercurialis est: & multi forte ita nuncupati sunt: ut nomine rem ostendant: multi contrarias etiam denominationes habuerunt. Hæc Plutarchus.

Vnc rursus de bonorum dæmonum uirtute atq; operatione a Porphyrio nō nulla colligamus. Iure nanque testimonio ipsius crebrius utimur: q & nr̄æ religionis maxīe hostis fuit: & exactissime theologiam gentilium sciuisse putať. Is igiť in libro de responsis pana Dionysi famulū enarrat fuisse: quē quom ī numero bonoꝝ dæmonū collocet agricolis quibusdam apparuisse confirmat: quos & repente postea mortuos asserit sic dicēs. Pana Dionysi famulum fuisse apollo isto responso significauit. Nam quom nouem simul homines īquodā branchidarum agro mortui essent interrogantibus quænam necis eorum causa fuerat sic Apollo respondit.

Toruus dionysi famulus pan auriq; cornis
Per nemora obscura gradiens: montesq; per altos
Pinum una atq; alia resonam syringa tenebat:
Gestabatq; manu: multos is corpore uasto
Prostrauit: mortiq; uiros dedit horridus ille.

Audis homicidia? uides figurā? perspicis res gestas panos quas apollo exposuit? Quomodo igitur bonus est dæmon qui talia faciebat? Sed considera etiam alioꝝ magnifica facta: quorum gratia cælo relicto in terra conuersanť. Non enim modestiā aut iustitiā exēplo docuerūt: sed alii obscenis uoluptatibus: alii pugnis: alii uenationibus gaudent:

Quum enĩ ab apolline quæreret si iurandũ ẽ sic respõsum fuisse ait.
Sunt calami matri diuum: sunt tympana curæ
Fœmineiq3 chori. dura atq3 horrentia bella
Pallas amat. nemora & saltus uenatibus apti
Dianam capiunt. iunoniq3 humidus aer
Debetur: cereriq3 seges. perquirit osirim
In latus nili ripis fidissima coniunx.
Si ergo fistulæ atq3 tympana talesq3 sonitus & turba muliebris matri deorũ gratissima sũt omni uirtute neglecta hæc adhibẽda esse uidẽt: Mineruæ quoq3 pugnæ atq3 bella non pax nec quies hoĩm: & Dianæ uariæ canes tãq̃ uenatrici nimiũ placẽt. Cur igit relictis cæteris quæ ad beatam uitam cõducunt hæc quæ grata diis sunt nõ amplectunt?

Agnam uero naturã dæmonum ea quæ istis subiecit maxime ostendũt. Recte inqt a Pythagora dictũ est nõ spõte ĩuocatos deos: sed necessitate quadã impulsos accedere: q̃uis alios maiore: alios minore impelli necessitate non ignoramus. Non nulli autem quadã accedẽdi cõsuetudine: & maxĩe si natura boni sunt facilius accedũt. Non nulli quum inuocati aduenerint nocere conantur: præsertĩ si negligentius quispiam in ea re se habuerit. Hæc enĩ oĩa uera esse ac necessitate omẽs inuocatos uenire a responsis eoꝝ discere possumus: nõ aũt sĩpliciter dicta necessitate: sed psuasione quadã pfusa cogunt.
Exorata tuis ueni sermonibus istuc
Mortales quos consilio inuenere deorum. Et in alio multo clarius.
De cælis hecate cur huc cõpulsa uenire es? Et paulo post respondet.
Victa hominum precibus cælestia numina terram
Coguntur petere: & casus aperire futuros.
Apollo quoq3 inquit cogi se hoc responso declarauit.
Carminibus domitus phœbeus fulgor ab alto
Defluxit tacitus: purumq3 per aera uectus
Afflatu spirans labensq3 in corda sonoro
Et subiit mentem innocuam: sanctiq3 capacem
Numinis: & peperit mortali ex gutture uocem.
Istis ipsis subiicit dicens: nihil his clarius: nihil diuinius: nihil uerius excogitari potest. Spiritus enĩ a cælesti defluxus uirtute animatũ & organicũ corpus ingreditur: & anima tanq̃ basi usus per instrumẽta corporis uocẽ reddit. Hinc igitur patet coactos accedere: ab his aũt

quæ sequentur nec posse quidem quum uelint recedere pdiscemus.
Cessa nunc tandem & uerbis iam parce: uiroq3
Da requiem soluens priscas cedensq3 figuras
Et remoue a membris ac lintea dura resolue. Et in alio.
Soluite serta pedes: liquidis & spargite lymphis
Eq3 manu ramum laurus auferte uirentis:
Linea sitq3 omnis deleta: omnisq3 caracter.
Quibus addit philosophus: liẽas ergo dicit delẽdas ut recedere possit Ista enim & habitus corporis atq3 uestitus: quoniam inuocato℞ habẽt deorum effigiẽ ne recedat facile faciũt. Quã ergo diuinitatẽ habẽt: qui ad tantam miseriam deiecti sunt ut ab hominibus detineãt: neq3 uirtute aut sapientia cogãtur: sed arte quadam malefica impellãtur? Nec ergo Pythagoras nec tu Porphyri nec qcũq3 illos apellat recte unq̃ dicere poterit: sed nec bonos quidẽ appellare dæmonas licet eos qui a mortalibus præsertim maleficis atq3 magis ita illigãtur: ut neq3 recedere quidẽ possint quum uelint. Nam si diuina ĩpassibilis omnĩo natura est: quomodo dii erunt q uestitu lineis figuris coronis herba℞ floribus & uerbis quibusdam ineptis ac barbaris quasi uĩculis ab hominibus uinciuntur? Quomodo autem boni saltem dæmones erũt q coacti hominibus adsũt? Nam si ad benefaciẽdum uocantur oportet certe si boni sunt sponte absq3 ulla illata necessitate accedere. Sin aũt ad malefaciendũ quomodo boni erunt qui mala pagũt? & quomodo adoratione atq3 cultu digni sunt: q maleficis hoĩbus seruiũt: & mala coacti & præter uoluntatem suscipiunt nõ uirtutis aut alicuius boni gratia: sed pernitiosissimo magorũ artificio? quod idem Porphyrius ĩ epistola ad Anebonum ægyptiũ latius exposuit: petiitq3 ab eo tanq̃ in ea re perfectissimo: quare tãtã illud artificiũ uim habeat pdoceri. Sic enim dubitando interrogat. Magnã uere mihi dubitationẽ illud affert: quia ut meliores rogãt: & ut peioribus ĩperãt. Deĩde cur quũ ipsi dii iubeant cæteros esse iustos: iussi multa iniqua cõmittũt? Nam quum nullo modo uelint exaudire hominem qui multis se diebus ab operatione uenerea nõ abstinuit: ipsi uocati ad iniustã uenerẽ multos ĩpellunt. Præterea nolũt ab esu carniũ ad inuocandũ uatẽ accedere: ne scilicet animalium cæde inquinentur: ipsi uero nidore ac sanguine maxime ducũtur. Ad hæc qui mortuũ tetigit ei ad uisionẽ accedere nõ licet: mortuis autem & cadaueribus animalium omẽs fere diuinæ res peraguntur. Illud autem nullã mihi rationem habere uideẽ quod

nõ dico dæmoni aut animæ: ſed ipſi regi atq; reginæ ſoli dico ac lunæ aut alicui cæleſtium deo℞ famuli nõ nunq̃ & ſceleſti hoĩes terrorem inferunt: & multa falſo dicentes ad manifeſtandam ueritatem illos cõpellunt. Falſa enim profecto dicũt atq; impoſſibilia: quom cælũ ſe ſciſſuros: & arcana iſidos edicturos: & membra oſiridos typhoni tradituros minanť niſi dii reſpondeant. Quomodo enim deiecti atq; formidoloſi nõ ſũt: q ficto huiuſcemodi terrore tanq̃ infãtes mouẽť! Moneri aũt eos iſtis Chæremon etiam ſacer ſcriba teſtať & hæc illa dicit eſſe quibus maxime dæmones cogũtur. Ipſe uero quibus utunť rationes ac preces qua ratione ualeant non uideo. Tu enim inquiũt q e limo emerſiſti: qui ſedes in loco: q nauigio nauigas: q ſingulis horis formam commutas: & in ſigulis zodiaci ſignis commutaris. His enim orationibus atq; hymnis uiſui hoĩs dicunt deũ ſe ſubiicere neſciẽtes: quia imaginationis ſuæ paſſionẽ illi attribuũt. Si uero hæc ſymbolice dicunť quia uirtutũ ſigna ſua℞ ſunt: expoſitionem nobis ho℞ ſignorũ afferãt. Non enim paſſio certe ſolaris aliquo modo credi poteſt. Nã ſi ſolis eſſet quemadmodũ eclipſis ſic ab uniuerſis hoĩbus uideretur. Barbara uero uerba & quæ nihil ſignificant quid ſibi uolũt! Nam ſi ad uerborum ſignificationem deus reſpicit quacũq; uoce eadem res ſignificať mouebitur: nõ enim ægyptius erat deus: ſi autẽ ægyptius fuit: ſed tamen non ægyptia lingua immo uero nec humana omnino utitur. Quare aut magorũ malignitate hæc omnia ſunt excogitata: q noſtras paſſiones deo attribuere auſi ſunt: aut aliter homines de deo cogitant q̃ rei ueritas habeat. Et poſt pauca. Falſum ergo omnĩo eſſe uidetur: quomodo neceſſitas deo poſſit inferri: nec enim permulceť nec cogitur deus. Ita fruſtra per hanc ut ipſi dicunt ſapientiam de inueniẽdo fugitiuo ſeruo: de prædiis emẽdis: d' uxore ducẽda diuinũ intellectũ perturbãt. Hæc ab epiſtola Porphyrii ſumpta ſufficiant.

Agicæ aũt artis ipſi dii gẽtiliũ & inuẽtores & doctores fuerũt Vnde nãq; hoĩes quibus dæmones coguntť q̃ ab ipſis dæmoĩbus diſcere potuiſſent! Neq; putes id ita a nobis dici. Nihil enĩ nos harũ rerum ſcimus nec ſcire uolumus: ſed ad redarguẽdũ errorẽ gentiliũ & ad defenſionem noſtram idem ipſe Porphyrius teſtis citetur: q in libro de reſponſis his uerbis utitur. Non autẽ ſolum fœlicem cõuerſationem ſuã: uerum etiam quibus rebus gaudeant & quibus illigenť dii hoĩnibus ſignificarunt. Et ad hæc qbus rebus coganť: & quæ ſibi

offerenda ſint: & quos dies uitare oporteat: figuras quoq; ipſas ſimulacrorũ quales eſſe debeant: & in quibus locis ipſi uerſentur: & omĩo nihil eſt quod ab ipſis diis homines non didicerint. Quam rem quum multis approbare poſſimus: paucis tamen erimus contenti. Primum enim Proſerpinæ reſponſa de ſimulacris quomodo & ex qua materia facienda ſint his uerbis hecate declarat.

Quale mihi facias ſimulacrum aduerte docebo.
Siluestri cape nata loco: atq; abſinthia circum
Ponito: tum totum cælato & pingito mures
Qui ſoleant habitare domos pulcherrime ſunto
Hæc ornamenta: atq; animo gratiſſima noſtro:
Tum myrram: thus: ſtyracem: ipſorumq; cruorem
Conterito pariter murum: ſacra deſuper inde
Verba cane: tot uero adhibe mureſq; repone:
Quot mihi tu eſſe uides formas: tum ſumito laurum
Ex eiuſq; trunco uaginam aptato: piaſq;
Tunc effunde preces ſimulacro & debita ſolue
Vota: hæc ſi facies per ſomnum meq; uidebis.

His aliiſq; huiuſmodi magnus apud gẽtes philoſophus theologuſque mirabilis ſecreta deorum myſteria ſublimia atq; arcana oſtẽdit: qbus dæmonũ uirtus & malignitas profecto manifeſtatur. Quid enĩ pſũt maleficæ iſtæ artes: aut quã utilitatẽ inaĩata nobis ſimulacra afferũt? Quid autem oportet magicas artes ĩſequi ſi uirtus & philoſophia ad fœlicitatẽ ſufficiat? Sed uideamus qualia ſit quæ ſubiecit: caracteras ĩqt & figuras nõ parũ a deis diligi Proſerpina his uerbis ſignificauit.

Quiſnam hominum formas æris neglexerit unq̃:
Aut auri flaua: aut argenti candida dona?
Quis non miratur? quis non hæc ipſa deorum?

Nõ autem ſolum figuras a diis peramari: ſed ipſos etiã circũſcribi docuit. Cõtineri enĩ eos ait in cõſecrata imagine quaſi in ſacra quadã terra. Sacra enim eſt terra quæ dei habet imaginẽ: qua ſublata illud ſtatim ſoluitur: quo deus cõtinet. his oĩbus optime aſtruiť terreſtres atq; paſſibiles dæmones a gentibus coli: quos non iniuria nos penitus contempſimus. Vides enim a theologis eorum & ab illis ipſis cõcedi figuris & caracteribus eos detineri: quum oporteret nõ alibi q̃ in aĩo nec in omni animo: ſed ab omni macula remotiſſimo & omni uirtute prædito eos habitare. Merito enĩ certe ad talẽ animũ diuinus adueĩt

ſpiritus nec nobis uirtute ac pietate præparatis ad ſuſcipiēdum deū magicis artibus opus erit. Sed de his ſatis.

Vnc autem audias quæ reſponſa deoꝝ de deficiētibus oraculis in eodem libro Porphyrius recitat.

A blata eſt pythii uox haud reuocabilis ulli
T emporibus longis: etenim iam ceſſit apollo:
C lauibus occluſus ſilet: ergo rite peractis
D iſcedas patria: & redeas ad limina ſacris.

Opportūe iſtis adiiciā illa quæ Plutarchus de deficiētibus cōſcripſit oraculis. Quum igiť ait Amonius tacuiſſet: tūc ego ad Cleumbrotū dixi. Narra nobis o amice ſi placet de oraculis: de quibus apud nos præclara dicebanť. Nunc autē omnia extincta eſſe uidenť. Hæc ego. Tacente aūt Cleumbroto & q̄ſi rubore cōfuſo ac in terrā reſpiciēte Quid oportet inquit Demetrius de illis quærere: quom ōnia fere hic præter unum uel ad ſummum alterū defeciſſe perſpiciamus. Quare cōmuniter inter nos cōſideremus quanam de cauſa oracula deorum ſic debilitata immo uero extincta ſunt. Nō enim ignoramus boetiam multiuocam propter multitudinē oraculorū appellatam fuiſſe: quæ omnia quaſi aquarum fluenta deſicata ſunt. Nullibi enim nunc q̄ in lebadia boetiæ oraculū in illis partibus īuenit. Cætera uero uniuerſa uel ſilent uel penitus deſolata ruerunt.

D hæc alia quoq; ſubiicit Plutarchus: quibus gētiliū dæmonas mortales eſſe oſtendit. Non enim inquit male mihi dici uidetur nō deos ſed miſtros deoꝝ dæōnas oraculis præeſſe. His aūt dæmoībus errores & calamitates attribuere ac denique mortales eſſe oppinari barbarice dictū arbitror. Interrogauit igiť Cleumbrotus philippū qs & unde adoleſcēs eſſet: quūq; audiſſet: neq; nos ignoramus inquit o Eracleo in abſurda uerba nos incidiſſe. Sed non poſſumus quum de magnis rebus dicať audacter magis q̄ uere ſubiectis prīcipiis recte ad ulteriora ꝓcedere: nec credo te fugere datū eſſe abs te qď negaueras Concedis enim dæmonas eſſe miniſtros deorum. Quid autē inter hos & deos īterierit ſi utriſq; incorruptibilitas & īpaſſibilitas eſſētialiter ineſt? Ad hæc quom Eracleo ſilētio cogitaret malos quidem dæmōas eſſe ait philippus nō ſolum Empedocles: uerū etiam Plato & Xenocrates & Chryſippus ſcripſerunt. Democritus autē quum depreceť

bona sibi apparere dæmonia ostẽdit non ignorasse proterua quædam etiã esse profecto. De morte uero dæmonũ audiui ego ab Aemiliano rhetore uiro prudẽte simul atq; modesto: quem credo multos uestrũ cognouisse: ꝙ quom in Italiam pater suus nauigaret circa ĩsulas quas echinadas appellãt flatu uentoꝝ deficiẽte noctu ꝓpe paxas deueisse Quomq; omnes pene q simul nauigabãt attentiores uigilarẽt repẽte a paxis ĩsula uocẽ magnam auditã fuisse: qua Thamnus qdã uocabat: quæ uox nouitate rei omẽs magno perculit miraculo. Thamnus enĩ ille q uocabatur homo erat ægyptius eius ipsius nauis gubernator: q bis uocatus nihil respondit: tertio uero uocatus morem gessit uocãti atq; respondit. Illum uero multo maiore uoce sic exclamasse: quando iuxta paludẽ fueris annuncia tunc pana magnũ mortuũ esse. Qua re audita magno dicebat Epitherses (sic enĩ aemiliani pater apellabaẽ) oẽs terrore ꝑculsos fuisse: quũq; dubitarẽt utrũ obtemperandũ esset illi uoci an non: hoc Thamni gubernatoris consilium ab omnibus cõprobatũ fuisse. Si secũdi qdẽ spirarẽt uenti nihil esse dicendũ. Sin uero tranquillitas maris esset & uentoꝝ flatus quom in eo loco essent omnino deficerent nõ esse retinenda quæ audiuere. Quum igiẽ iuxta paludem essent quia nullus erat flatus uentorum: tunc Thamnum in mare pronum respiciẽtem magna uoce dixisse quæ audiuit. Magnus pan mortuus est: qua re nũciata magnus multoꝝ gemitus immo uero ĩnumerabilium miraculo quodam commixtus subito auditus fuerat: & quoniam multi fuerant qui ea in naui nauigabãt cito ac facile quũ romam uenissent huiusmodi rei rumores uniuersã urbẽ repleuerunt: & a Thyberio cæsare qui tũc gubernacula reipub. gerebat Thamnũ accersitũ fuisse: cui rei tãtã fidem Thyberius præbuit ut philosophis qui tunc romæ reperti erant accitis diligẽter quisnã esset ille pan ac curiose scrutaretur. Omnes autem illos quibusdã in idem conuenisse cõiecturis: ac dixisse de illo sibi uideri nunciatũ fuisse qui a mercurio & Penelope natus fuit. Quom hæc Philippus dixisset nõnulli eorũ q̃ aderãt eadẽ ipsa ab Aemiliano sene audisse testabãt. Tũc Demetrius ultra britãniã ĩqt multas esse ĩsulas desolatas: quaꝝ aliquæ demoĩbus ac heroĩbus sunt dedicatæ. Nauigaui autem ipse inquit auxilio regis uidendi gratia ad proximã britãniæ insulam: ubi pauci quidẽ incolæ: omnes uero sacrosãcti a britannis habẽtur: quumq; ibi essem magna tempestas in aere commota nimbis & fulmĩbus omẽs exteruit. Quã rem accidisse insulares dicebãt quia ex dæmonibus uel heroibus aliq̃s

defecerit. Sicut enĩ lucerna dum ardeat nemini noceat: extĩcta uero multis: sic magnas aĩas aiebant propicias esse dum uiuunt: dum uero extinguuntur aut corrũpuntur aut nimbis & grandine ut modo aut pestifero cũcta replẽt ueneno: esseq; ibi narrabãt ĩsulã ubi Saturnus somno uinctus a briareo custodiretur. Somnum enim quasi nexũ ipsi esse iniectum: multosq; cum ipso esse dæmonas cultores atq; mĩstros Hæc Plutarchus. Aĩaduertendũ aũt arbitror diligenter quo tpre dæmonis mortẽ fuisse dicit. Quippe Thyberii tpre saluator & dnũs noster cũ hoĩbus cõuersatus omne dæmonũ genus ab huãna depulit uita. Habes igitur etiam a summis apud gentiles uiros nõ alio tẽpore unq̃ q̃ temporibus saluatoris nostri dæmonas extinctos fuisse.

Erum quoniam hæc cunctis nota sunt ad ea trãsgredi aĩmus ẽ: quæ neminẽ e studiosis fugere possunt. Vetustissima enĩ deo℞ responsa oẽs græco℞ populi: & uniuersa solent gymnasia decantare. Ea responsis delphici Apollĩs delusus Oenomaus uir apud græcos tã philosophia q̃ eloquẽtia nobilis curiose collegit & refutauit. utar igĩ uerbis eius ut uideas gentium deos ab ipsorum gentium philosophis derisos: oraculaq; deorum figmẽta hominum putata fuisse. Sic igitur Oenomaus in libro de falsitate oraculorum conscripsit. Quum fame inquit atheniẽses propter Androgei cædem agitarent: & ad auxilia deorũ confugerent: nõ ut iustitia & humanitate aut saltẽ poenitẽtia mentis quæ contritione placandos deos Apollo respondit: sed mortẽ morti: pestem pesti: crudelitatẽ crudelitati addidit. Iussit enĩ singulis annis septẽ mares totidemq; foeminas in cretã sacrificãdos mitterẽt: cuius rei memoria immo quædã uestigia uel usq; ad tempora Socratis quingentis annis postea durauere. Id quippe fuit quo mors Socratis remorata fuisse dicitur.

Deligite ex omni septem uos corpora sexu
Atque ea minoi regi mandate quottannis
Per mala sic hæc uestra dei placabitis iram

Cur aũt o deo℞ optime si iustissimũ fuisse Minoa sciebas: qui primus leges sãxisse fertur: & apud ĩferos iudex esse propter iustitiam credĩ constitutus tãtam ad eum moriturã iuuentutẽ destinasti! an ut fame illius officeres! Interfectores enim Androgei nõ innocentes si iustus ille fuit petiisset. Cur autem si deus es ambiguus homines oraculis in perniciẽ deceptos crudeliter & iniquiter ĩtrudis! Croesus enĩ ĩperiũ

lidiæ a maioribus succeſſione ſuſceptum pietate in deos maiores ſuos ſtatuēs ſuperare: ut eorum patrocinio tutior eſſet: te o Apollo maxīe coluit: templumq; tuum delphice auro atque argento ita ornauit ut ditiſſimū templorum omniū & ſit & uideat. Vnde iure tua beniuolētia fretus aduerſus perſas arma mouere ſtatuit: neq; id abſq; cōſilio tuo. Tu enim ea de re interroganti ſic reſpondiſti.

Intrepidus ſi croeſus alym tranſmiſerit amnem
Imperium perdet magnum regnumq; ſuperbum.

Hac reſponſi ambiguitate tui numinis cultorem: qui te ſuis operibus ditauit euertiſti: & regnum lidiæ quod longiſſima ſucceſſionis ſerie ī eum deuenerat in perſas trāſtuliſti: non ſponte opinor. Non enī tam pium religioſumque regem & præcipue tui amicum decipere unq̄ uoluiſſes: ſed futurorum ignorantia id factū arbitror. Nam ſi tanq̄ deus futura cognoſceres: non latuiſſet te nō intellectum oraculi ambigua Croeſū. Miſer igitur tu qui delphos habitans inde ad uniuerſū orbē inania fundis reſponſa. Inſani autem omnes homines qui ad te quaſi ad ueridicum deum accurrūt: nec me ipſum inſanum fuiſſe inficior: qui & bis ambiguitate ne ignorantia tua dicā deceptus: tertio etiā nō diuitiis aut uana re quapiā. Sed quō facilius atq; tutius philoſophari poſſem abs te quæſiui. Sed mea omittenda forſan ſunt alienaq; ſimul quæ tēporibus noſtris efficiens omnia confundis. Antiquiſſima uero quæ uniuerſis patēt omnīo prædicanda. Magno Xerſes terreſtribus copiis atq; naualibus in græciam impetu ferebatur. Quare athenieſēs qbus maxime infēſus erat turbati quom nulla ſalutis ſpes ſibi aliunde reſtaret a te delphice confugerunt. Quid autem tu nunc amicos atq; cultores tuos defendiſti? minime: ſed ligneo muro munitos derelicta urbe fugere conſuluiſti.

Effugite: extremas mundi & penetrate ſub oras:
Ne miſeri tardate: feret fuga ſola ſalutem:
Non ſaluum capud ullius: non peſue: manuſue
Vlla: nec in reliquo pars deniq; corpore ſalua.
Curribus ecce furit uectus degente ſyrorum
Mitis erit nulli: rapiet ferus omnia mauors.
Non templis diuum parcet: non moenibus urbis·
Cuncta igni conſumet: an ipſa exterita magno
Sudore aſpicitis ſuperum ſimulacra madere?

Hæc ne diuinatio eſt? Nemo pfecto conditionem illorum temporū

perſpiciens hoc ignoraſſet. Sed quid deinde ſequitur.
Poſt multas tandem proſtratas iuppiter urbes
Lignea moenia dat pallas quam condidit urbi:
Vnde optata ſalus foelix & palma ſequetur:
Si tantum pugnam non expectarit equeſtrem
Tu uero ſalamis uel quom ſucceſſerit æſtas
Vel quom triſtis hyems propriis priuabere gnatis.

Quo pacto ſi Apollo futura quaſi præſentia præuidere põt amiſſurã ſciebat filios ſalamina utrũ uero hyeme quãdo cerealia ſemina iaciũt an æſtate quando metuntur ignorabat? quia uidelicet certũ erat non potuiſſe illos ingenti perſarum exercitui reſiſtere: quo autẽ tempore aggrederẽtur maleficus ille qui hæc oĩa reſponſa fingebat minime ſcire poterat. Simili ratione ruinam urbis athenienſi ũpræuiderat: ac ideo fugere illis nauibus quaſi ligneo munitos muro cõſulebat: quod etiã Themiſtocles humani uiribus ingenii præuiderat. Sed ante q̃ tu auctoritate tua populũ mouiſſes perſuadere nõ poterat. Nunc quid hac de re quærentibus lacedæmoniis reſponſum fuit uideamus.

Qui ſpartam antiquam colitis uel moenia ueſtra
A ſperſis deuicta cadent: uel regis adempti
Herculidis mortem grauiter plangetis amaram.

Hæc certe ſi quieto tempore cecinisſes oĩbus friuola uiſa fuiſſẽt: ſed terrore factum eſt ut ignorãtia tua lateret. Non enĩ ſolum uaticinia: uerũ etiam auruſpicia: & auium uolatus atq; cantus in talibus ſolent temporibus facile credi. Conſideraſti enĩ urbe proſtrata regẽ quoq; nõ euaſurum. Sin aũt rex egrederetur caſuꝝ illum nemo dubitaſſet: qui & multitudinẽ hoſtium & uirtutem lacedæmonioꝝ nõ ignoraret Ita fieri poſſe cõiecisti ut pteriti hoſtes admiratiq; animos hominum conſilium aggrediendæ urbis relinquerẽt: quam ſi tamẽ cæpiſſẽt ac diruiſſent rex etiam euadere nõ poterat. Rege interẽpto poſſe urbẽ euadere ſperaſti: ac ideo ita ex ignorãtia diſiunxiſti: ut quoquo res ſe uerteret ueridicus uidereris. Prætereo multa quoꝝ ãbiguitate magnas urbes plerunq; ſcimus euerſas fuiſſe. Nihil enĩ unq̃ hoĩbus hæc deoꝝ reſponſa cõtulerũt: offnerũt uero ſæpius alios ĩ alios cupiditate ac ſpe uictoriæ Apollinis auctoritate concitantia. Sed audiamus quid Lycurgo reſpondit.

Care Ioui magno qui templa ad noſtra lycurge
Veniſti: care & cunctis dilecteque diuis

Te ne hominem appellem ne deum? sed quando sacrarum
Cura tibi tanta est documenta exquirere legum
Te potius natum cælesti ex stirpe putarim:
Has autem concedo libens cognoscere binas
Prima uias opus est: bina & uestigia uitæ
Humanæ: quarum una fouet lætaq; fouetur
Libertate: homines semper contra altera tristi
Seruitio & turpi premit: hanc ignauia uecors
Seditioq; parit: pax illam dulcis amorq;.
Hanc igitur fugiet: illam sed quisq; sequetur.

Quæris an deus sit: & deum potius fore putas: etiam ne coniicies illū propter uirtutem futurū memoriæ? Leges aūt illi eas concedis: quas aniculæ quoq; mediusfidius & mancipia nō ignorāt. Quis enī uirtute atq; cōcordia ciuitates crescere: contrariis libertatē amitti ābigeret? Sed doce quomodo fortes: quomodo cōcordes ciues erunt: nec mortales hoīes uelis hæc uidere quæ tu nescias. Nō autē de rebus publicis atq; grandibus solum: sed priuatis etiam ac leuioribus inutilia dabāt responsa. De ducenda enī uxore īterrogatus respōdit. Argiuā eligito puellam: de filiis autem neue labdacides uxor pariet tibi perniciosū: de migratione ad aureos migrate uiros: de inani gloria
Excedit cunctas exculta pelasgica tellus:
Thraces equis præstant: uirtus sed maior eorum
Est hominum: qui pulchre arethusæ e gurgite potant.

Nō uideris certe o Apollo aruspicibus & auguribus melior. Multo enī te Socrates præstantior: q quum ab eo quidā quæreret duceret ne uxorē utrū facies inquit pœnitebit. Illi uero qui filios desiderabat dixisse fertur nō recte ipsum facere q de habendis cogitet liberis: cū potius cogitandū sit quomodo si dabūtur debent gubernari. Ei uero qui patriā deserere uolebat quoniā infœliciter in ea degeret: nō pba ipsum agitare respondit consilia: patriam enim relinquebat: Sed suā morositatem quæ faciet ut apud alios quoq; nō prospere uiuat secum afferebat. Tu aūt o Apollo nō modo uocatus: sed etiā spōte nōnullis consuluisti. Nam atheniensibus nihil petentibus: xx. ante. xx q; post caniculares dies opaca in domo Dionyso uti medico consuluisti: nec præclarū qd: sed quod uel mediocriter peritus medicus sciret ptulisti Quod uero seni cuidam si liberos procreare uellet iuniorem ducēdā uxorē respondisti: qlibet id qui naturæ uires ac ætatū cōsiderauit nō

peius te ipso uideret.

Vr autē ei sapientissime deorū Charilao ac Archelao lacedæmonioꝝ regibus multo utilius fore respondisti: si agri quē bello acquisiuerint mediam Apollini partem attribuerūt cui porro alteri Apollini tribuerent? Non enim tibi petebas: neqꝫ ita ego te īpudentē audeo dicere. Sint hæc.

Rchilochum autem poetā omnium poetarum petulātissimū: qui de mulieribus ea scripsit: quæ nemo frugi æquo aīo audiret & Euripidem a socratica philosophia improbatum & Homerū: quē Plato tanq̄ inutilem a ciuitate sua reppulit laudibus ad astra tulisti. Archilochi enī patri de filio quærēti dixisti: præclarus hic īter hoīes erit o Thelesicles. Similiter fere de Euripide. Nascet̄ tibi filius Mnesarchide optimus atqꝫ gloriosus. Homerū autem & fœlicissimū quasi deū & miserū quoniā in agēda uita nō paruos tulit labores ꝓnūciasti. Quid igit̄ erat quo immortalitatis tibi Archilochus dignus uidebat̄? Dic quæso absqꝫ inuidia ut mirabilē eius uirtutem etiā nos imitati ad cælum similiter conscēdamus. An uituperandas oēs mulieres putas: quæ nobis nubere nolint ut Archilochus fecit? Sed propter carmina uidelicet tibi placuit. Dii enī & uiri diuini carmine utunt̄: nec domus nec ciuitas aliq̄ nec nationes sine carmine probe gubernant̄. Quare q eū occidit Archias a tēplo q̄si scelestus exire abs te iussus ē: musaꝝ enim occidit amicum. Qua uero uirtute dii Euripidem admirati sunt nescio nisi corōas ac plaudētia theatra soleāt admirari: an qa publice in arce atheniensiū cœnaret? an quia macedonū populi eū laudabant cælo dignū iudicasti? Homeꝝ uero cur deū: cur fœlicē fore putabas? cui de morte interroganti respondisti: patriam quære. Nā hāc mater tibi nō pater dedit. Sed non procul a Minois tellure īsula est: in qua tibi erūt ultima fata: quom adolescentiū abditum sermonem audies. Graue nanqꝫ o sapientissimi uiroꝝ: deorum uolui dicere: graue inquā est si neqꝫ ubi natus est neque ubi morietur sciet Homerus. Simileqꝫ mihi uidet̄ ac si scarabeus uehementia uentoꝝ a stercore ubi natus ē ad alia stercora latus delphicū Apollinē īterrogaret: quonā e stercore natus esset: & in quo deniqꝫ moreretur. Sed de poetis hactenus.

V uero non poetas solummodo: sed pugiles etiam atqꝫ athletas in deorum tuis oraculis honores conduxisti. Vtinam cum mare

metiri possis: & harenarum numerum nõ ignores: surdos ĩtelligas: & mutos audias: hæc omnia nescires & illud probe teneres: quia pugiles a calcitrantibus nihil differũt. Sic enĩ aut asinos quoq3 deos putares: aut Diomedem pugilem nõ quasi deum honorares. Vltimus heroum Diomedes quẽ uenerator sacris. Cur enĩ o græcoꝝ intepres ut Plato dicit ad cælum illum hominẽ rapuisti? An quia uno ictu in olympico certamine aduersariũ deiecit: aptisq3 pectoribus eius manu pulmonẽ abstraxit? O rem mirabilẽ: an quia quattuor talentis dãnatus nõ tulit: sed mœrore ac ira commotus columnam qua domus sustentabat̃ ubi iudicum filii docebantur subtraxit: miseraque omnes morte cõfecit? Sed illud forsan admiraris quia inloculũ persequentes fugiens sacrũ ingressus tegmen loculi sic apposuit atq3 tenuit ut inde nõ potuerit abstrachi. Ideo ergo deus & nõ mortalis: ideo uirtutẽ eius dii admirati in cælũ ipsum sicut Ganymedem rapuerũt. Sed illũ pulchritudĩe persuasi: hũc robore corporis: & q̃a uiribus bene usus est. Cur nõ de asinis quoq3 bene calcitrantibus ut de pugilibus oracula reddis? Præcipuus deorum siluester asinus nõ Diomedes quem uenerator sacris. Quippe & Diomedẽ & multos alios si calcibus secũ certaret omnĩo superaret: ipsum etiã pugilem thasium ad barathrũ de cælo calcibus facile deiiceret. Credamus enĩ deo ꝙ etiã thasius ambrosia nectareq3 deorũ in cælo utat̃. Nunc demũ ĩtelligo diuinũ quid esse cælestibus uti. Quod si philosophi oẽs intellexissẽt omni uirtutis genere spreto Thasiũ pugilem imitati fuissẽt: cui ĩmortalitatẽ q̃dẽ ut Diomedi dii nõ concesserunt. Sic aũt honorarunt ut quum ænea statua eius quasi animata super pulsantem hostem ceciderit. Quumque Thasii quasi diuinarum rerũ ignari scelus illud putassent: ĩ mareq3 statuã iccirco proiecerint dii cõmoti ingenti annonæ penuria eos uexabãt. Tu aũt Apollo quasi deorum humanissimus ambiguum ut soles auxilium eis præbuisti sic dicens. Reductis in patriã exulibus cererem metetis. Thasii uero quasi maiori curæ deoꝝ huãnitati exules q̃ statuæ forent restituerũt eos in patriã: & nullam utilitatẽ cõsecuti sunt: donec q̃dã uidelicet sapiens pugilis demersam statuam intelligi per oraculum exposuerit: qua restituta fœcũditas agrorũ thasiis restituta ẽ. Simile quid loris accidisse fertur: q quom Eutyculẽ quasi ꝓditionis consciũ in carcerẽ intrusissent & post mortẽ eius statuas dehonestarũt: fame laborantes oraculum acceperũt ut dehonestatũ honorarent si agros nõ frustra uellẽt arare. Non minus igit̃ athletas dii uident̃ diligere q̃

boues saginati ab hoībus diligunt:qbus sacrificatis tu Apollo placari soles.

Vid autem dicam ꝙ crudelissimis etiam tyrānis sic adularis ut summos uiros putare uidearis? Quid enī ais de Cypselo? Foelix hic uir Cypselus æacida. Quomodo autē si Cypselus foelix phalaridē cuius ille similis fuit beatum fuisse negabimus? Immo uero non uideo qua ratione Phalaris etiam tibi ac Ioui placuit. Sic enim ipsi quoque respondisti. Apollo Iuppiterq̨ pater uitam Phalaridi ꝓrogauit: quia Charitona & Menalippū huānissīe tractauit. Nā quū illos īsidiantes sibi cepisset: patiētiā quā dū torquerēt ostēderūt admiratus dimisit.

m Ethymnēsibus autem perutile fore asseruisti si ligneū Dionysi caput colerēt: colūt enī certe methymnēses ligneum Dionysi caput tibi hortanti ꝑsuasi: alii uero lapideis: alii æneis: nōnulli aureis: multi argēteis simulacris sacrificant. Triginta deoꝝ milia in terra eē cēset Hesiodus. Ego autē multo plures lapideos atq̨ ligneos hominū creatores ac domīos eē uideo. Sed tibi o Apollo mirabile uisū ē quod ligneū humani capitis simulacrū dum iactū traherent methymnēses extraxerunt: colendumq̨ illud diuinis honoribus esse respondisti. O rem mirabilē ex profundo maris ita repēte retibus annexū Dionysi caput prosiluit. Hæc Oenomaus.

VNC in hoc sexto euāgelicæ præparatiōis uoluīe falsitatē oraculoꝝ a falsa de fatis opiniōe ꝓfluxisse: neq̨ aliunde q̄ cælestiū motu corporū diuinationē illorū coniectura collectam fuisse ostendemus.

Dsit ergo rursus magnus apud gētes Porphyrius: qui ī libro de oraculis manifeste hoc his uerbis apit. Quæcūq̨ inqt dii fatata prædicūt stellarū motu ita futura significant: quod omnes & maxīe Apollo multis responsis aperuit. Quom enim ab eo quæreret marē ne an foeminā in utero habens mulier pareret: foeminā respōdit: idq̨ a conceptionis tp̄re percepisse declarat dicens: nō ſpto marē phoebe quum arares cypriæ radiis tenebatur. Aegrotatiōes etiā stellaꝝ cursu

prædicabāt. Malis enim pulmonem agitari humoribus respōdit: quia salebris Saturnus premeret: & in alio responso: fatatus tibi adest dies quē Saturnus mauorsq; simul statuerunt. His abūde intellectū puto nō diuina quadā uirtute: sed cælestiū motus obseruatione ac ratione mathematica gentium deos futura cognouisse. Ita nihil diuinius quā homines afferebant.

Vare modo attente considera: ꝙ nō solum exteriora: & quæ in potestate nostra nō sunt: ueꝝ etiam uoluntates hominū fatatas arbitrabant. Sic enī ipse Apollo quum de milite quodā interrogatus esset q̄re tā ꝑiculosæ rei studeret respondit dicēs. Mars eū genethliacus concitat: adeo autem generosi quidem illi dii fatū extulerūt ut nec templa sua defendere se posse a fulminibus cōfiterent. Qua igit spe uota illis reddūtur? aut cur pie colendi adorādiq; sunt: q sibi ipsis sufficere nequeunt? Quæ omīa oraculo suo his uerbis edito Appollo confirmauit. Vos ab erichthonii generati sanguine magni
Qui quando structura cadet pulcherrima templi
Percupidi scire hæc oracula nostra petistis:
Quum ualidi magno uenti cum frigore surgent
Compressus quum fulminibus ruet undiq; crebris
Exilietq; æther: quæ templa excelsa deorum
Sub mediisq; undis naues multasq; cremabunt
Atq; altos ferient montes: ipsosq; fugabunt
Pastores trepidos: spelæaq; poscere cogent:
Tunc quoq; terrifico percussum hoc fulmine templum
Ardebit: sic stat fatorum immobilis ordo.
Ferre autem longe præstat quodcunq; seueræ
Et fixa & stabili statuerunt leges sorores.
Esse etenim certum stabile inuiolabile semper
Quicquid nent fusis parcæ rex iussit olympi.
Si ergo nec tēpla sua defendere dii possunt: sed uenire necesse ē quæ parcaꝝ fusis sunt euoluta: q̄d oportet deos aut colere: aut de futuris interrogare: si tam bonorum q̄ cōtrarioꝝ causa necessitas erit fatalis? Erit igit hæc necessitas diis oībus spretis sola uenerāda: ꝙ si parcarū dominus Iuppiter est: qui quodcunq; fusis parcæ cōuoluent īmobile fore statuit: cur non cæteris omnibus relictis solum illum deū & solū bonoꝝ largitorem magna prædicas uoce? præsertim quum ipse solus

consilia parcarũ ut alibi dicis mutare facile possit. Vera igiť ratio illũ esse deum: illum sequendum atq; colendum solummodo astruit.

Cõtra uero pithius Apollo maleficis artibus fata solui cõtẽdit Quum enĩ quæreret quidam cur ineptus ad rem quampiã ab Apolline iudicatus esset: quidq; faciendũ esset: ut q̃si aptus susciper: fatorum̃ impediri ui eum respondit: quam magicis artibus effugere poterat. Vnde aperte patet magicã diuinitus artem hoĩbus concessã ut aliquo modo fatum repellerent. Hæc Porphyrii nõ mea sunt: qui autem re magica fata hominibus soluenda consuluit: quomodo ipse qui deus est fatatum templi nõ reppulit incendiũ? Nobis autẽ illud etiam considerandum est q̃ dignus dei appellatione ille sit: qui nõ ad philosophiam: sed ad malas artes homines hortatur.

Orphyrius aũt mentiri quoq; deos fatetur: exquisitã futurorũ cognitionẽ dicens nõ hominibus solum sed multis etiam deorũ incomprehensibilẽ esse: unde interrogati nõ sponte mẽtiunť inquit: Quare prædicere solent non posse uera se respondere: homines autẽ ex amẽtia perseuerãtius cogũt ut respondeãt. Apollo igiť delphicus quum huiusmodi cæli ac cõtinentis affectio esset: ut ueꝝ præuidere non posset: retine dicebat per uatẽ uim istam: & potentia uerba hæc non: proferas: falsa dicam si coges. Et in alio responso nihil hodie inqt stellarum mihi uia dicendum præstat. Deinde concludens ait: iam manifestũ fecimus unde falsitas ad deorum oracula subrepat. Hæc Porphyrius. Nos autem dicimus hinc patere nihil ĩ deorum oraculis diuinum fuisse. Quomodo enim deus qui natura ueritas est mentieť? aut quomodo boni dæmones falsitate quærẽtes fraudabũt? quomodo etiam homĩe superior erit: qui stellaꝝ motu impeditur? Sed mortalẽ quidem homĩem cui aliqua cura uirtutis sit nulla ratione cogi posse ut mentiať non dubitamus. Nam si etiam uerbera & cædẽ minaberis nõ dubitabit exclamare ẽsem acue: ignem afferas: corpus meũ ĩcidas totum cremato: stellæ in terram ante descendent: & terra in cælum ascẽdet: q̃ falsum a me quicq̃ audias. Deum aũt aut bonos dæmõas ad cõtinẽtis cæli necessitatẽ ignorãtiã suã referẽtes credemus? minme.

On enim dii aut boni: sed perniciosi ac nequam dæmones sũt: qui libertatem nostrã destruxerunt: & stellis nõ exteriora solũ

uer etiã uolũtates nras cogi nobis psuaserũt. Quod si esset: iaceret oĩs philosophia: iaceret pietas: nulla eẽt laus uirtutis: nullus fructus labor: nec puniẽdi essent improbi: nec admirandi studiosi: si non libera uoluntate & nostra spõte susceptis laboribus sed necessitate fator hæc fierent. Ita uniuersam hoĩm uitã hæc euertit opinio. Nam si euẽtura omnino sũt prospera uel aduersa unicuiq hominũ: estq necesse hæc me agere & te illa: quid oportet cura laboreq cõfici? Nã si q̃ militiã ire cupit: nõ sponte sed fatis coactus id cupit: & latrones similiter ac adulteri cæteriq nequissimi homines: & e cõtra modesti & iusti fatis compelluntur: Quomodo igitur hoc dogmate imbutus quisq̃ monẽti ac præcipienti mentem adhibebit? aut quomodo non exclamabit: nõ sunt potestatis hæc meæ o doctor? Ac ideo quid oportet solicitũ esse nisi etiam fatis hæc mihi solicitudo destinata sit? Quod si docendi præcipiendiq tibi necessitas instat: frustra tamẽ doces ac præcipis. Faciã enĩ si fata uolunt ĩmo uero laborandũ mihi nõ est. Aderit enim mihi necessario quod fatatum est: & profecto q hortatur & docet q peccantes castigat & probos cõmẽdat: is re ipsa liber nobis arbitriũ inesse ostendens solo fatorũ utitur nomine: similiterq facit ut si quis bonitatẽ naturæ qua uniuersa gubernãt nequitiæ appellet uocabulo: eodẽ enim certo pacto quum manifeste omẽs nõ aliunde sed a libera nostra uoluntate ad monendos filios castigãdosq seruos ĩducamur: & spõte nos aliud uelle aliud nolle cognoscamus. Vehementer errat q hæc necessitate fator fieri contẽdit: & studia hoĩm retrudit. Exhortatione nãq atq doctrina bene uitã agi humanã uidemus: quæ omnia una cum legibus hæc opinio si sibi constet radicitus euellit: nõ enim erit opus aut peccantes castigare: siquidẽ coacti fecerũt: aut honores probis uiris retribuere: quæ utraq pfecto uidemus magnã uim alter ad improbitatem reprehendendã: alterum ad probitatẽ amplexãdã retinere. Pietas enim in deũ non ne funditus euertit: si nec ipse deus nobis nec piæ orationes & cultus eius necessitate iunctus hoĩbus põt prodesse? Quomodo autem quum sentiamus nostra nos appetitione moueri: nõ omnĩo amẽtissimũ erit ab exteriore quadã ui quasi animi expertes moueri nos credere? Sic enĩ libera uolũtate alia fugimus alia seqmur: ut quẽadmodũ dolere gaudere uidere audire nõ ratiocinãdo sed re ipsa cõprehendimus: ita a nostrum ipsorũ consilio ad fugiẽdũ aut sequendum moueri nos profecto sentimus. Quas ob res rationalis naturæ libertas iure negari nõ potest. Si aũt multa præter uoluntatẽ

proudentia

eueniant: quibus nonnulli turbantur: distinguenda res elegantius ē: considerandumq; diligentius qua ratione fiant: uidebimus enim non fatorum sed alia quadam atq; sublimiori prouidētiæ ratione ita fieri. Age igit̃ altius rem consideremus. Vniuersa igitur diuina ꝓuidentia existere ac gubernari uera pietatis prædicant iura: ꝓpria uero ratiōe singula secundum formas suas: quædā habitu quædā natura quædam sensu alia rōne ac iudicio & uolūtate mouent̃: & alia q̄dē antecedēte ratione facta: alia uero consequēte ad ea quæ ꝑ antecedentē ꝓducta sunt: uarium totius atq; diuersum constituūt ornatū: quumq; singula rerū genera propriā naturæ determinatamq; fabricā a prima causa consecuta sint: hinc libertatis quis nostræ rationem facile ꝑspiciet: quum enim non simplex quædam res homo existat: sed a duobus cō-trariis animo atq; corpore constet: quomq; corpus ex consequenti ut organū aīo attributū sit: aīa uero de ītellectus substātia præcedente sit ratione creata: & illud quidē irrationale corruptibile ac mortale: hæc autem irrationalis incorporea atq; immortalis: quumq; corpore bæluis animo rōnali īmortaliq; naturæ cōiungamur. Iure ita cōpositū hoc animal quū simplex natura sit: dupplicter diuersaq; uia uiuendi rationē complectitur. Nam & naturæ corporis seruit: & diuiniorem partē si se ipsū cognouit nō spernit libertatis suæ cupidum ita idem & seruit & liberum est: talē enim a deo corporis atq; animæ quibus ipse sciuit rōnibus coniunctionē homo cōsecutus est. Si ergo q̄spiam quæ corporis aut animi naturæ sunt fati uocabulo abusus necessitati subiicit uehementer errat: si enim necessitas quæ impediri nō potest fatū esse intelligit̃: multa uero animæ & corporis naturā cōsequentia impediūtur: infinitaq; forīsecus præter naturā & animæ & corpori accidunt: quomodo fatum & natura idem atq; unum erit? fiunt enī in nobis multa uolūtate: quæ ī nobis est: cuiusmodi sūt quæ secundū naturā animæ appetimus: multa etiam corporis natura fiūt: alia istis animo dico & corpori accidunt: quæ aliis natura cōueniūt: sed neq; animi libertatē neq; corporis naturā neq; quæcūq; forīsecus accidūt iure quispiam a causa subtrahat. Causa uero omniū & quæ libertatis nostræ sunt: & quæ naturæ corporis sūt: & quæ accidūt extrinsecus deus est: a quo uniuersa quæ sunt producunt̃. De omnibus enī quæ sunt scriptura id dicit: quoniam ipse dixit & facta sūt: ipse mandauit & creata sūt. Si ergo quū alia uolumus: alia præter opinionē accidūt nostrā: meminisse tunc debemus cōiunctionis huius nr̄æ: quæ corpore

atq; animo conſtat: unde rationalis atq; intellectiua anima in infantis corpore præter naturã ſuã irrõnalis eẽ uidet̃: & ĩtellectus ægrotatiõe corporis uerſus inſanit: & ſenectute inſtrumentis omnibus confectis intellectiuæ animæ uirtus hebetatur: dolores rurſus præter naturam uehemẽtius corpus urgentes libertatẽ animi deiiciũt: quæ doloribus uicta corpus cõſequit̃. Ita patet ĩeuitabilia quædã uĩcula libertati aĩæ partĩ a natura corporis: partim ab exterioribus ĩminere: ſed uolũtas hoĩs ad tãtũ uirtutis ĩterdũ ꝑuenit: ut & naturæ corporis & exterioribus cũctis reſiſtat. corpus enĩ plerũq; ad uenerẽ fert̃: & aĩa habenis utens rationis ſubigit corporis ĩpetũ atq; domat: fame ſiti ac frigore corpus conficit̃: & remedia quæritat: at uoluntas e contra: ea ipſa nõ nunq̃ eligit: & ieiunio cæteriſq; laboribus appetitum carnis frenat: præterea natura corporis titillatione gaudet uoluptatum: & uolũtas laborem plerũq; amat. Multi autem peiora ſecuti naturalẽ uſum ad eum q̃ præter naturã ẽ conuertunt: maſculi in maſculos turpitudinẽ operantes: Ita nõ in omnibus ratio uincitur: ſed interdum ipſa ducit interdũ aũt ducit̃: adeo ut nõnunq̃ mori melius q̃ uiuere iudicauerit: ꝓpriis homo maĩbus ſe ipſum ĩterimat. Si ergo ſolũmodo ad corpus uniuerſa ſibi eſſet cõcertatio: nõ magna beneuiuendi eſſet difficultas Nunc quum hanc uitam deus inter multa cõſtituerit: inter homĩes inter bæluas inter ignem etiam atq; aquam cõtinentemq; aera: nõ eſt ſibi ſolummodo pugnandum aduerſus coniunctam corporis naturã: uerum etiã ad infinita pene exteriora. Crebro enĩ natura etiã ciboꝝ & continentis temperies aut e contra frigora æſtus aliaq; huiuſmodi cõplura natura quidem facta: nobis autem per accidẽs ingruentia nõ paꝝ propter corporis naturam quæ nõ facile põt exceſſus exteriores ſufferre uoluntatẽ hominis perturbãt: ad hæc illi quibuſcũ uiuimus uoluntatem plerunque noſtram rationibus aut quouis alio modo ad ſuam conuertunt: & alias meliorẽ: alias peiorem efficiunt. Solet enĩ cõuerſatio praua nocere: ſicut e contra bona prodeſſe: bonos quippe mores conuerſatio mala corrumpit: ueluti etiam praui mores proba cõuerſatione corriguntur: ſic igitur rationalis animæ uirtus huc atq; illuc ab exterioribus fertur. Rurſus aũt uiribus ſuis diuinis aliquãdo ſuperat cuncta: & inuicto robore philoſophat̃. Quid dicã ꝙ qbuſdã ſæculis excelſo magnoq; animo homines & robuſtiſſimis corporibus abundarunt: nõnullis e contra: quæ õnia gubernationi totius aptiſſĩe congruentia q̃maximũ ornatum uarietate rerum faciunt. Omnibus

autē simpliciter tam his quoꝝ nos sumus causa: q̄ his quæ aut natura fiūt: aut extrinsecus accidūt: una omnipotens atque omnia penetrās ꝓuidētia dei præsidet: quæ uniuersa ineffabilibus gubernās rōnibus: multa etiam eoꝝ quæ natura fiunt cōmutat: auxiliumq; affert: ut ea quoꝝ nos sumus causa & eligamus & opemur: his omnibus tripartito ut diximus diuisis in ea quæ in nobis sunt: in ea quæ secundū naturā: & in ea quæ ꝑ accidens fiunt: oībusq; istis ad uoluntatē dei reductis: nullum locū fatorū possidet ratio: hinc etiam unde malorū scaturiat fons aperitur: qui nullum locum habet in his quæ secundum naturā aut corpore aut aīo fiūt: sed nec in his quæ forisecus accidūt. Solūmō autem in libero animi motu: quando non secundum naturam: neque recte mouetur: sed a regia exiens uia spōte (dnūs enī sibi ipsi aīus ē) præter naturam fertur: quūq; præcipuum honorē a deo acceperit ut liber sit: & sui motus iudex diuina quædā lex iniūcta sibi nataliter ē: quæ in ipso anteriore recessu exclamat: uia regia proficiscaris: noli ad dexteram aut sinistrā declinare: uia uero regia recta est: quā unicuiq; animæ quasi natura insitā legem auxiliatricem ad opus creator nobis instituit: Sic per legē rectam ostēdit uiam: per potestatē uero liberā effecit: ut ī ipsa esset uirtutis premia sine ui aliqua eligere: quū possit etiam cōtraria malle. Ita si proprio motu naturalem despexerit legē fons uitioꝝ sponte nō aliūde neq; ulla necessitate: sed libera uolūtate atq; iudicio facta est. Eligētis igitur culpa ē: deus uero īculpabilis ē: nec enī prauam deus aut naturam aut substantiā aīæ creauit. Quum enim ipse bonus sit: bona sunt omnia quæ ab eo creata sūt. Bona igit̄ sūt oīa quæ natura insunt. Vnicuiq; rationali animæ liberū arbitriū natura inest. Bonum ergo est id ad eligenda bona creatū: ideo q̄ndo male agit nō est natura culpanda: nō enim natura sed præter naturā malum agit! quū sit electionis deprauatæ non naturæ opus. Cui enī uirtus ad eligēda bona īest: si ea nō eligit: sed spōte melioribus spretis mala imitatus sequitur: quis potest eum dicere morbi sui causam nō fuisse: præsertim quū insitam atq; salutarē legem uolēs cōtempserit! Qui ergo istis omnibus reiectis a necessitate motuq; stellarum omīa deprehendere putat: nec nobis sed uirtuti qua oīa mouent̄ peccandi causam tribuit: is quomodo nō impius atq; amens erit! Nā si fortuna & casu absque aliqua prouidentia ferri omnia opinatur: impietatis crimine reus mēte captus quoq; uidebitur: quoniā pulcherrimū reꝝ omniū ordinē nō ꝑspiciat: sin uero prouidentia dei & optima ratione

cuncta gubernari fatet̃: quoniã tamẽ nõ peccare ui fatoꝝ delĩquẽtes cõcedat necesse ẽ: causãq̃ delictoꝝ diuinæ attribuat ꝓuidẽtiæ: mutato uocabulo necessitatẽ & fatũ ipsã appellãs: ĩpius ꝓfecto iudicabit̃: immo uero pessimus omniũ: quia creatore uniuersi alios ad adulteria: alios ad rapinas: alios ad alia uitia ĩpelli arbitretur. Vnde seqtur aut hæc peccata nõ esse: aut peccãdi causam in creatorẽ referri. Nã siue quũ uideat uniuersa cũctisq̃ adsit peccare hoĩes cogit siue stellarum motui uim cogendi concessit: Ipse certe aut per se ipsũ aut ꝑorbes cælestes quasi per organũ nolẽtes hoĩes ad uitia immittit. Quare nõ iure homo sed creator eius pecator erit: quo dogmate nihil scelestius excogitari potest. Ita qui fatoꝝ necessitatem esse credit: is apte deũ & ꝓuidẽtiam negat ueluti e cõtra: qui deum uniuersis præesse putat uim fatorum omnino destruit. Aut enĩ idem est deus quod fatũ: aut diuersum: idem certe non erit. Nam si seriem causarum ineuitabilẽ cælestium motu effectã fatum esse opinãtur: qũo elemẽta corporea unde cælestia etiam constãt priora fato nõ erunt! & quomodo quod elemẽtis & cælo posterius ẽ: idẽ erit ꝙ prima causa! Quod si elemẽta & rationis & aĩæ expertia sunt: deus aũt incorporeus & uita & sapĩa est rebus omnibus & ut sint & ut bene sint bonitate sua largiens: nõ erit profecto unum ac idem deus & fatũ: quod quũ cælestia corpora cõsequant̃ eoꝝ accidẽs ẽ. Si ergo diuersũ quærendũ utꝝ melius deo ẽ an nõ. Sed nihil deo melius: nihil potentius excogitari potest. Vincet ergo deus superabit exterminabitq̃ omnino fatum: aut si patiet̃ ipsũ extare quum possit uim eius malignam compescere: ipse ad se ipsum malignitatis causã attrahet: ĩmo uero siqdẽ creator oĩm deus ẽ: fatũ quoq̃ ab ipso ꝓductũ ẽ. Ita nullæ uidebit̃ sibi curæ uniuersũ esse quũ tamen ab ordine rerum & alterius ad alterã affectionẽ & ab his quæ a libera potestate animi fiunt apte ꝓuidẽtiæ pateãt effectus. Nã & si nullæ quædã partẽ corporis partĩ釆 externaꝝ reꝝ aĩm pleꝝq̃ a uirtute repellant: ad omnia tamen resistit & inuicta diuino auxilio libertas humana euadit: quæ res certamĩe martyrũ qui ꝑ euãgelica doctrina cuncta libere subierũt pericula comprobatur. Infiniti pene hoĩes nõ solũ græci & barbari: ueꝝ etiam mulieres teneræq̃ puellæ intrepidæ cruciatu omni superato libenter a corpore abierũt. Nec qsq̃ poterit fatoꝝ necessitati hæc accõmodare. Quando enim alias talia cælestiũ motus effecit certamĩa! aut quando uita hominũ ante saluatoris nr̃i doctrinam tales luctationes proposuit! Vbi autẽ doctrina huiusmodi

unq̄ fuit: quæ prauā superstitionem deiiceret: & cognitionē ueri dei omnibus immitteret? Quis aūt sapiēs unq̄ potuit doctrinam suam ad uniuersū orbē dispergere: & deus uel ab ōnibus uel a pluribus credi? Quod si hæc nūq̄ fuerūt: nō ē certe causaꝝ series & fatalis necessitas omnium horum causa. Nam si esset profecto alius quoq; eandem aut similem stellarum necessitatem nascēs habuisset. Quibus porro fatis saluator noster deus uerus ꝑ uniuersum orbē prædicatur: & q apud græcos uel apud barbaros dii putabāt: nō alia re q̄ prædicatione nr̄i saluatoris deiiciuntur. Quod uero fatum uniuersi creatorem ipsū eē confirmauit: qui nullam esse fatoꝝ uim docuit atq; docet: quomodo igitur ipsum fatum nō esse se ipsum prædicat? Qui autē prædicatiōis euangelicæ gratia uel certarūt iā multis annis: uel etiā nunc certant: quomodo ad unam uoluntatem & fidem & ad eandē uirtutē animi uiuēdiq; rationem diuersis temporibus & tam multi nostra memoria compulsi sunt? Quis mētis compos credere unq̄ poterit iuuenes simul ac senes uiros & foeminas seruos & liberos doctos atq; indoctos nō in uno climate orbis neq; in eadē ora natos: sed ubiq; terraꝝ & diuersis temporibus fatis coactos unā & eandē nouam atq; inauditā doctrinā & qdem cū periculo mortis patriis ritibus ātepósuisse: & ueræ phīæ dogmata duriciemq; uiuendi q̄ delitias maluisse. Cæcus profecto de his ut trito prouerbio dicit̄ recte iudicaret non necessitate sed libero hæc fieri arbitrio.

Lura dicere possē: sed quoniā suis testibus gentes nō argumētis nostris confundere instituimus: Oenomaum rursus audiamus: qui magno aīo in libro de maleficis artificibus his aduersus Apollinē uerbis utitur. Sedeas igit̄ in delphis tu: neq; possis tacere quum uelis: sic Iouis filius Apollo uult modo: non qa uult sed qa necessitas uelle ipsum cōpellit. Videt̄ autem mihi quoniā in hūc sermonē deductus sum de potestate nr̄a quā fundamētum humanæ uitæ multi appellāt diligentius quærere: hanc potestatem nos libertatem nuncupamus. Democritus autē si bene memini atq; Chrysippus alter seruam alter semiseruā pulcherrimā omniū humanoꝝ rē conat̄ ostendere: de qbus tamen nō multum curandū est. Quod si deus etiam aduersus nos est quid faciemus? Sed nō est æquum uel Apolline repugnante ueritatē ꝑdere: Charisto enī Chironis sic respōdit: pr̄ia relicta Euboeā pete: ubi fatatum tibi est urbem ædificare. Quid ais o Apollo? An non est

potestatis meæ patriã relinquere? q̄ si mihi fatatũ ẽ ibi urbẽ ædificare siue tu consulas siue nõ & siue ipse uelim siue nolim omnino faciam: eritq; mihi necesse etiã si nolim. Sed forte melius est tibi q̄ ratiõibus credere. Aliud igitur afferas: nuncia patriis o thesides in aeria urbẽ sibi contẽdã fore. Nunciarẽ inquam etiã si tu nõ præcipes quoniam fatatum est. Aeriam aũt thasum ĩsulam archilochus thelesidis filius prius appellatã fuisse docuit: & pariis coloniam illo mittere p̄suasit: qui uidelicet nũq̄ id fecisset nisi tu iussisses. Cur igitur fatatum erat? Sed quoniam ociosi sumus age nunc mihi responde. Sumusne ego ac tu aliqd? Sumus certe respondebis. Qua ratione id ita iudicabis? Nõ aliunde uidelicet q̄ sensu: percæptioneq; quadã nostra. Quod porro quomodo cognouimus aĩalia nos & ex animalibus esse? Vt ego qdem dico hoĩes ex homĩbus alter maleficus alter malefici redargutor. Vt uero tu diceres alter hõ alter deus: & alter diuinator alter sycophãta Quod tibi facile cõcedã: si rationibus ita mihi esse ostẽdes. Quid ais? An nõ recte iudicauimus sẽsu ac p̄ceptione nr̃a illud ĩtellexisse? Nã si nõ ita se habeat q̃uo aliqs ad delphicũ oraculũ ueniat: nisi sentiat intelligatq; alicuius se rei indigere? Quomodo autem Chrysippus q se in seruitutẽ induxit id quod dicebat intelligebat? aut quomodo uel cũ præsente Arcesilao disputat: uel absẽti epicuro respondet? si nec quid sit Arcesilaus: nec quid sit epicurus omnĩo percepit: nec p̄cipe potest: ĩmo uero nec qd ipse sit. Si hæc aduersus uos quispiã diceret nullo mõ ferre possetis. Quare o Democrite & o Chrysippe & tu o cælestis diuinator si molestum uobis uidetur: quum quis intelligentiã atq; sensum eripere a nobis conatur: nõ ne nos quoque moleste ferre debemus: si magni sensum & mentem uestrã putatis: nobis autẽ fati necessitatẽ nescio quã incutiatis: quam alius uestrũ a deo esse asserit: alius ab atomis deorsum latis ac inde sursum repercussis: quæ modo coniunguntur modo resoluuntur fieri contendit? Cũ aperte eo sẽsu ac mente quo nos aliquid percipimus: nec fugit nos quãtum interest inter ambulare ac ferri: aut ĩter uelle atq; cogi. Quorsũ hæc? qa hæc nescire uideris o Apollo quænam sint ea quorũ domini sumus: quæ a nostra uoluntate dependent. Hæc certe uolũtas nr̃a nõ paucaꝝ rerũ principium est. Tu autẽ quum omnia scias hoc prĩcipiũ ita te latet: ut quæ hinc sequuntur nullo modo scire uidearis. Nonne igĩt ĩpudẽs es qui Laio respõdisti quia interimi eũ a filio fatatum esset? Ignorasti quippe qa uoluntatis suæ dominus nasciturus filius foret. Illud porro

ridiculum est coniunctionem nescio quã esse causarũ & seriẽ. Vtunt autem sapientiores ratione quadã Euripidis. Laium enĩ aiũt dominũ sui fuisse: siue uellet filium ꝓcreare siue nollet: filio uero nato necesse fuisse ab eo ĩterfici: quare potuisse id recte Apollinis ꝓuidẽtia ꝑcipi: uerum filius quoq; sicuti & pater suæ uolũtatis erat. Et quẽadmodũ ille dare operam liberis & nõ dare: sic iste ĩterficere & nõ interficere poterat: huiusmodi sunt õnia responsa Apollĩs: q etiã apud Euripidẽ ad Laiũ dicit: uniuersa tua sãguine corruet domus. Series igĩt causaꝝ quænã fuit? Cædes p̃ris antecessit: & enigmatis solutiõe m̃ris nuptias cõsecutus ẽ filius. Ad hæc alter nepotum regnũ rapuit: alter ꝓfugus Adrasti filiam in uxorem duxit. Vnde septẽ duces ridiculose mouẽt quæ series ista conglutinauit? Nam si Oedipus regnare uoluisset: aut Iocastes nuptias reppulisset: quomodo maledictionẽ illam euripideã in filios edixisset? Præterea si Oedipodis filii conuenissent simul uel uicissim regnare: uel si qui profugit nõ ad argos sed ĩ extrẽas terraꝝ oras abiisset: uel si quũ in argos uenisset Adrastus ei filiã nõ dedisset: uel si uxore ducta in patriam reduci non curasset: aut si cupet quidẽ ipse: Adrastus uero & cæteri duces cõtẽpsissent: aut si quum parati ad pugnam thebas petiissent timore ꝑculsus frater cũ f̃re cõuenisset quomodo uniuersa domus corruisset? Sed facta omnia sunt ista dices: fateor. Non enĩ rem sed seriem istam reꝝ necessariã pernego: q̃cũq; enim rem mihi optuleris simili quodam pacto eam ĩcidere potero: ac ita ostendam nullã esse in rebus necessariã seriem. Quippe cũ sĩgula principia & causas rerum agitabilium libere homines mutare possit: an nõ intelligis qa & asinus & canis & pulex ꝓprio appetitu mouẽt? Quæ omnia tu nullo modo sentire uideris apollo: tibi Iuppiter dedit locro respondisti dabitq; mala: non recte o Apollo: non iniuriantem hominem tam male dii tractant. Cur enĩ Iuppiter huius necessitatis auctor nos ac se ipsum nõ punit? Ipse quippe necessitatẽ agendi nobis imposuit. Cur ergo nos plectimur: qui huic seriei resistere nullo mõ possumus? Tu quoq; ipse uaticinãdi inanem artem depone. Erit enim quod fatatum est etiam si non prædixeris. Lycurgum autem illũ qua ratione laudasti o Apollo? Nam si bonus erat nõ illi hoc sed fatis tribuendum. Si enim omnia necessitate agimus ut tu prædicas: nõ spõte sed ui bonus erat. Quasi quispiam mente captus formosos laudet: & deformes uituperet. Iure nãq; neq̃ hoĩes dicere possunt: noluisti nos o Iuppiter bonos esse: immo uero etiam coegisti prauitatẽ amplecti.

Tibi aũt o Chrysippe atq; Cleanthes nulla laus attribuẽda ẽ si boni fuistis: ita uirtutem qdem laudabo: uos aũt minime. Quare Epicurũ quoq; nõ dignum fuisse assero: quem obprobriis peteres: mollem atq; iniustum appellas eum o Chrysippe q iuris sui non fuit: hæc quomõ dicebas si sponte ipsum peccare nõ credebas? Hæc Oenomaus: q tibi si nõ satisfacit reliquos philosophos perlegere nõ graueris. Multi enĩ atq; ĩsignes aduersus huiuscemodi dogma scripserũt. Inde igĩt aliqua quoniã multi tã docti q̃ indocti falsa opinione tenent sumere statui.

R imũ igitur Diogenianũ aduersus Chrysippũ audias. Chrysippus enĩ & nos causam esse agibiliũ & oĩa fieri fato cõtendẽs Homeri testiõnio utebaẽ: qđ parũ fuisse ab eo intellectũ Diogeĩanus ostẽdit. Sed Chrysippi quædam prius ponemus: qui ĩ primo de fatis libro necessitate omnia fieri auctoritate multorum arguit: & demũ Homerum inducit dicentem.

Quæ data sorte mihi est nato: fors me inuida pressit:
Quæ nato inuoluit filis sibi parca seueris:
Quum mater peperit illum. Et alibi.
N on est qui fixas parcarum auertere leges
E ffugere aut possit.

Non recordabatur enim inquit cõtraria istis alibi Homeꝝ cecinisse: qbus & ipse Chrysippus in secũdo libro tunc usus fuit quum multa etiã a nobis fieri ostendere uolebat: quid enim clarius atq; acrius illis?

Vt caderent tribuit sua certe amentia causam. Et rursus.
Quam falso accusãt superos stultiq; queruntur
Mortales? etenim nostrorum causa malorum
N os sumus & sua quenq; magis uecordia lædit.

His enim & horũ similibus nõ esse cuncta necessario & fatis faciũda nobis probaẽ: q̃uis etiã ab illis carmĩbus paꝝ ab Homero Crhysippi dogma confirmatur. Non enim omnia sed nonnulla fato fieri uerbis suis Homerus significat. Quum enim dicit

Quæ data sorte mihi est nato fors me inuida pressit.

Non omnia profecto sed mortem fatis ac necessario euenire ostẽdit. hoc ipsum etiam illud uult.

Quæ nato inuoluit filis sibi parca seueris.

Non enĩ oĩa sed quædã fato destinata necessario sibi euẽta cõfirmat. Illud quoque ab Homero optime dictum est.

Non est qui fixas parcarum auertere leges
E ffugere aut possit.

Quis enĩ põt quæ necessario ĩpendent effugere? Non ergo suffragatᷓ Homerus Chrysippo: uerum etiam refragatur. Ille nãq; aptissime a nobis multa fieri prædicat: necessario aũt cũcta fieri nũq̃ ab eo dictũ est. Chrysippus uero necessitate fatorũ cuncta fieri conatᷓ ostẽdere. Et ille quidem quũ poeta sit nõ pollicetur ueritatem reꝝ docere: sed uarias hominum opiniones plerunq; ponit: unde non est alienũ ab eo contraria nonnunq̃ dicere. Philosophis autẽ & cõtradicere sibi ipsis turpe ẽ: & poetaꝝ uti testimonio magis q̃ ratione turpissimũ. Putat autem insolubilibus uti argumẽtis expositione nominum. Fatum enĩ dicit dictum quoddam determinatumq; diuinitus esse: Parcas autem e contrario quoniã nemini parcant: Sortes quia ita sortitum unicuiq; sit: ac ideo tres esse parcas arbitrantur: qa tria sunt tempora in qbus omnia ĩuoluuntᷓ: Lachesimq; dictã esse quia lãchanim græce euenire per sortem designat: Atropon quia uerti nõ possit: Clotho quoniam contorta & coordinata omnia teneat: hoc enĩ noĩa ipsa græca lingua ostendunt. His nugis fatalem putauit necessitatẽ demonstrasse. Ego autem satis mirari non possum quomodo nihil se penitus afferre non sensit. Significẽt enim nomina quemadmodum exposuit: positaq; ab hoĩbus sit ea de causa. Cur igitᷓ o Chrysippe uulgares ubiq; opiniões sequeris? An forte quia omẽs uulgo ueritatis perspicaces tibi uidentᷓ? Quomodo igitᷓ scripsisti neminẽ esse hoĩem qui nõ æque ac Orestes & Alemeon insaniat præter solum sapientem? Deinde addis unũ uel duos aut admodum paucos sapientes fuisse: opinionesque multorum de gloria de diuitiis de regno de uoluptate quæ omnes pene bona arbitrantur tanq̃ uulgares refutandas ducis? Aut quomodo omẽs pene leges male positas a rebus publicis putas? Cur autem tã multos etiã libros conscripsisti? Non enim docendi sunt qui falsas opiniones non habẽt: nisi forte recte tunc omẽs opinari dicas quãdo tecũ cõueniũt: quum uero diuersa q̃ tu putant tunc furiosos apelles. Nam quum te sapientem nõ nomines non erit nobis argumento recte illos sape qui tecum conueniũt. Deinde quare omnes furere dixisti: quum laudare quasi sapientes quia te sequuntᷓ debuisses? Ad hæc etiam si nõ furere illos ego asseram quũ tamen a sapientia longe absint: ridiculosum est propter positionem noĩum eoꝝ uti testimonio: quos nõ præstãtiores te ipso neq; sapiẽtiores arbitraris: nisi forte eos qui ab initio hæc noĩa

excogitarūt ſapiētes fuiſſe cōtēdas: quod oſtēdere nullo pacto poteris. Sed ſit ita: quomodo ergo nominibus ſignificatꝰ omnia ſīpliciter fatis fieri: & nō ea ſolū quæ fatata ſunt? Nam & parcarū numerus & noīa ipſarum & fuſus & glomeratum in eo filum cæteraque huiuſcemodi ineuitabilē a ſæculo determinationem cauſaꝝ oſtēdunt. Quæ tamen neceſſitas eaꝝ rerū ſolūmō ē: quæ neceſſario euētura ſūt: quæq; aliter accidere nō poſſūt. Quæ uero nō quas infinitas eſſe ſcimus eaꝝ alias diis homīes attribuerunt: alias uoluntati nr̄æ ſubiecerūt: aliis natura præeſt: aliis fortuna: quā mutabilem atq; inſtabilē eſſe uolentes priſci homīes ſignificare in pila ſedentem depingūt. An hæc omībus ita eē nō uident? Ita quæcunq; fato aut fortuna fiunt omnia diuinitus fieri arbitrantur: quæcunq; autem nos agimus noſtræ uolūtati attribuūt Quare uides nō atteſtari tibi uulgarem hominū opinionē: ſed potius repugnare. Paulo poſt deinde ait. Sed in primo quidē libro huiuſmōi demonſtrationibus utitur Chryſippus: in ſecūdo uero repugnantia opinioni ſuæ ſoluere conatꝰ: quæ nos incipiētes cōſcripſimus: ut puta ſtudia hoīm retūdunt: nec laus aut uitupatio mouere hoīem poterit. Quare ī ſecūdo libro ait manifeſtū eſſe multa fieri a nobis quæ tamē ad gubernationē totius referantꝰ ea fatata eſſe. Vtitur aūt huiuſmodi exemplis. Nō inqt ſimpliciter fatatū fuit ueſtē te nō poſſe amittere: ſed ſi eam diligenter cuſtodieris: ab hoſtibus quoq; nō capi te fatatū eſt ſi hoſtes caueris: liberos quoq; habere fatatum ſi uxorem uolueris cognoſcere. Nam ut ſi quis diceret milonē inquit pugilem intactum fato certamine abituꝝ nō recte arbitrareris ſi luctaturū eū putares: ſic & in aliis res ſe habet. Multa enim ſunt quæ fieri nō poſſunt: niſi nos quoq; ſtudium cōferamus. Ita enī fatata ſunt ſi nos uoluerimus. Miranda profecto eſt huius ſermonis īconſtantia. Nam quēadmodū dulce amaro & nigrū albo & calidū frigido contrariū eſt: ſic & fatū libertati noſtræ contrariū. Nā quæ fatata ſūt ſiue nolis ſiue uelis oīo fiunt. Quæ uero in nr̄a poteſtate ſunt ea ſicut uolumus diligētia nr̄a diſponuntꝰ. Si ergo diligēti obſeruatione ī ea factū ē ne ueſtē amiſerī: & liberi nati qa uxorem cognoſcere uolui: nec captus ab hoſtibus qa fugi: & intactus e gymnaſio receſſi quia certare nolui: quomō fatata hæc erant? Nā ſi fatata erant nihil uoluntas mea cōtulit: & ſi cōtulit non fatata. Non poſſunt enim hæc ſimul cōuenire. Fatata inquit hæc ſunt: nam uoluntas noſtra fatis continetur. Quomodo īquam fatata ſunt: ſi meæ poteſtatis eſt pugnare & non pugnare? Sed nō contineri

fatis uoluntatem nr̃am uerbis quoq; suis aperitur. Habebis enĩ filios inquit si uxorem cognoscere uolueris: si noluero igiť nõ habebo: hæc ita dicere in rebus fatatis non possumus. Non enim morituros omnes hoĩes aut nõ morituros si hoc uel illud fecerĩt: sed sĩpliciter moritos dicimus: suscæptibilesque doloris esse simpliciter dicimus siue uelint siue nõ. Quare patet quando aliquid fit quia nos operam dederimus a nulla causa cõtineri: sed nostræ id esse potestatis: quod si ita ẽ nulla serie causarum a sæculo continebať: nisi forsan ipsum quoq; uelle ac nolle fatatũ ĩ nobis sit: ut necesse sit uelle aut nolle uxorẽ cognoscere. Nulla igitur in nobis potestas esset nisi diligentia mea uestis saluareť & si amitteretur omĩs ego culpæ profecto expers: quẽadmodũ nulla dignus laude si saluareť. Hæc Diogeniãus. Nunc Aphrodisiũ audiamus Alexãdrũ præclaꝝ in philosophia uirũ: qui in libro quẽ de fato ad Antoniũ edidit his uerbis Chrysippi dogma refutat. Omniũ quæ fiunt inquit quattuor sunt causæ ut diuinus Aristoteles demõstrauit. Causarum enim quædam efficientes: quædam ad materiã reducunť: quædã ad formam: quædam finales sũt. Finalem aũt causam dicimus cuius gratia: q̃uis enim nõ oĩa quæ fiunt quattuor his causis egeant: nulla tamen res quaternarium causarum numerum excedit: uerũ ut res aptior fiat in re aliqua ista cõsideremus. Statuæ igiť causa efficiẽs artifex est: quem statuariũ appellamus: Aes uero aut lapis ut materia. Species uero aut forma quæ huic subiecto ab artifice imponitur etiã causa est. Nec istæ tres solummodo causæ sunt: uerũ etiam nõ minus finis cuius gratia facta statua est: ut uerbi gratia ad quendã hominẽ honorandũ. Nã absq; aliqua huiusmodi causa non esset facta ꝓfecto statua. Quum igitur istæ causæ rerum sint ac inter se manifestissime differant: q̃uis in nonnullis concidere uideantur: fatum ad efficientẽ causam nõ iniuria reducimus. Nam ad ea quæ fato fiunt ita se habẽt sicut ars ad statuam. Quare si aperte uidere uolumus utrũ cuncta an quædam fatata sint efficiens nobis causa diligentius est considerãda. Omnia igitur quæ fiunt quædam alicuius gratia fiunt: quum efficiẽs ad finẽ aliquẽ tendẽs ea faciat: quædã nullius ut barbæ tactus manus nõnunq̃ extẽsio & similia: quæ quoniam sine aliqua ĩtentione temere fiunt omnino relinquenda sunt. Quæ autem alicuius gratia fiũt alia natura alia ratione fiunt. Nam & natura certo quodã ordine ad finẽ peruenit nisi impedita fuerit. Quum autẽ finem consecuta sit cessat motus ratio: etiã nihil frustra facit: sed ad determinatũ semꝑ moueť

finem. Ratione autem fieri dicimus quando qui facit cogitatiõe quæ facturus est ꝓsequitur quæ sũt quæ artificio & quæ uolũtate fiunt. Inter hæc & ea quæ natura producũt id ĩterest: ꝙ naturalia ĩ se ipsis principiũ atq3 causas generationis habẽt: & fiunt quidẽ ordine: sed natura faciẽs nulla utitur ratiocinatione. Quæ uero arte ac uolũtate fiunt foris habent motus principiũ: & facientem causam non in ipsis productionique suæ facientis præest cogitatio. Fortunam autem & casũ ad ea reducimus quæ alicuius gratia fiunt. Differũt autẽ ab his quæ præcedenter alicuius gratia sunt: quoniam in illis quæ finem antecedũt ipsius finis gratia fiunt: In casu autẽ atq3 fortuna quæ ãte finem sunt alterius gratia fiũt. Accidit autem eis quum alterius grã fiant quasi finis quod a casu & fortuna factum est. Hæc quum ita se habeant considerandum est ad quasnã efficiẽtes causas cõnumerare fatum debemus: an ad eas reducendũ est quæ nullius gratia sed fatũ ad finem aliquem tendere omnes dicimus: q̃obrem ĩ his quæ alicuius gratia fiunt collocandum est. Hæc quum primum ita partitus sit Alexander: multis deinde argumentis ostendit nihil aliud esse fatũ aut fatatũ q̃ quod natura fit. Nullo enim modo inquit ad rationẽ & uoluntatẽ nr̃am reduci fata possunt. Præter naturã etiã fieri nõnulla ostẽdit: quum interdũ accidat impedimento quodã naturã detineri. Si ergo præter naturam quædam fiũt: profecto si natura fieri ẽ fato fieri: fiẽt etiam præter fatum. Videmus enĩ inquit corpora humana ægrotationibus aliis aliud secundũ particularem eorum naturã esse subiecta: nec sumus nescii huiusmodi naturalẽ corporũ dispositionẽ diligenti norma uiuendi & medicorũ arte & deorũ consilio in melius uerti: qđ similiter aĩo quoq3 accidit. Nã præter naturalẽ ĩclinationẽ eius quã complexione corporis habet exercitio atq3 doctrina melior sæpe fit: Vnde cũ Phisiognomo Zopyrus turpia quædã de Socrate & a uirtute ipsius aliena dixisset: ac a multis iccirco derideretur: Nõ errat Socrates respondit Zopyrus: huiusmodi enĩ natura essem nisi naturã philosophia supassẽ. Huiusmõi ergo ait eẽ q̃bus natura præẽ: quæ naturalia nihil a fatis differre ostẽdit. A fortũa uero ei fieri ait: quæ nullo mõ intendũtur quando alterius gratia quædã fiũt: & aliud accidit quod ab initio nec sperabat quidem: ut siquis fodiẽs thesaurũ inuenerit quum huius gratia nõ foderet: & equus casu saluus quando nõ huius gratia sed alimenti cupiditate hostes fugiẽs domũ redierit: quæ omnia fato non fiunt. Sunt autem inquit causæ quædam hoĩbus

penitus ignotæ. Nonnulla enĩ suspensa morbos aliquos curare dicũt in qbus nullã certã habemus causam. Incantationes etiã maleficæq; artes quã causam habeant incertum est. Sed præter hæc sunt quædã quæ ad utrũlibet cõtigẽtia dicũtur: quæ fato fieri omnino negamus: ut mouere pedem leuare supercilia tacere loqui cæteraq; huiusmodi ĩnumerabilia: quæ fatis fieri nullo modo dici possunt. Non enĩ quod fatatum ẽ cõtrarium suscipit. Præterea consiliũ hominis frustra non est: esset autem frustra si homo necessario ageret quæ agit. Apte aũt id præter aĩalia cætera homo possidet ut non similiter illis phantasiã sequatur: sed rationem habeat qua faciũda iudicet: cuius quidẽ usũ ea quæ in phantasiam inciderunt examinans siquidẽ examinabo ꝓbat concedit phantasiæ: & ad agendũ mouetur. Sin uero improbat eiicit expellitq; ipsa rationi obtemperãs: unde solũmodo de his quæ agere possumus deliberare solemus. Et si aliquãdo nimia cupiditate nõ maturo quicq̃ consilio egerimus: temeritatis atque spreti consilii crimĩe postea nos ipsos accusamus: omẽs temere aliqd agentes uituperamus hortamurq; consilio uti: quasi agendi potestas in nobis sit. Quod aũt opinio quæ de fato habetur falsa penitus est: inde patet: quia etiã eius opinionis auctores & docent & hortant̃ & discũt & consulũt. Increpant etiã castigantq; suos quasi propria uoluntate peccantes: plurĩa quoq; conscribunt quibus ad rectos iuuenes adhortant̃ mores: ueĩaq; dignũ putant si quis inuitus peccat: spõte aũt delinquẽtes puniẽdos nõ negant. Quare uel secundũ ipsos hæc necessitas fati nulla penitus est. Libertas igitur nostra natura inest omĩbus. Plurima tamẽ nõ esse nostræ potestatis concedimus: ut omĩa quæ natura uel fortuna fiũt: quæ nullus fatis subiecta dicere audebit: his ita nobis compendiose a sũmis philosophoꝶ sũptis: quæ diuinis nr̃isq; scripturis astipulantur: opinionẽ uero de fato simpliciter redarguũt: nõ est alienũ ad uersus etiam malignam chaldæorum astrologiam quam ueluti disciplinam aliquam profitentur nonnihil afferre.

Icamus igit̃ nõ mea sed ea quæ Bardesanes uir genere quidem syrus: doctrina uero cælestium corporum omnium chaldæorũ excellentissimus in dialogo quem sciscitãtibus amicis composuisse ait hoc modo scribit. Natura homo nascitur inquit alit̃ crescit comedit bibit dormit senescit moritur: quæ omĩa sibi cum cæteris animalibus communia sunt. Sed bruta quidem quum animalia sint cõiunctione

procreata natura omĩo ferunť. Leo carnes eſt: ſaluti ſuæ propugnat: ſiquis iniuriam infert. Oues foenum edunt carnes nõ tangunt: nec ab iniuria ſe defẽdũt. Scorpio aggerẽ comedit & peſtifero nõ iniuriãtes ſtimulo petit. Formica natura duce hyemem ſuſpicať: iccirco ſũmis laboribus futura ſibi alimenta inæſtate recondit. Apes mel operanť & inde nutriunť. Plura mirabilioraq; poſſẽ narrare: ſed hæc ſufficere arbitror ad ĩtelligendũ natura ferri exptia rationis aĩalia & ſecundũ eam iucunde uiuere. Soli autem homines quom & natura ducanť ut dictũ eſt: mẽtẽ etiã & orationẽ: quæ a mẽte proferť quaſi præcipuũ quoddam donum poſſident: quo non natura ferunť. Non enim unus cibus omnibus eſt: ſed alii ſicut leones nutriuntur: alii ſicut oues: non eſt unus uniuerſis ueſtitus: non mos: non lex: nõ unus uiuẽdi modus: nõ ſimplex rerum cupiditas. Singuli enim hominũ propria uolũtate uitam ſibi eligũt: nec uicinos niſi quantum uolunt imitãtur: libertas enim hominis ſeruituti ſubiecta non eſt. Nam etiam ſi ſponte ſeruiat libertatis ſuæ id quoq; eſt ut poſſit quum uelit ſeruire. Multi hominũ ac maxime alaneorum gẽtis quaſi atroces beſtiæ carnibus alunť: panẽ non comedunt non quia non habent ſed quia nolunt: nõnulli carnes omnino faſtidiunt: alii piſces ſolũmodo edunt: nonnulli etiam ſi fame morerenť piſces nõ eſſent: alii aquam: alii uinum alii ceruiſiã bibunt. Adeo multiplex atq; diuerſa cibi & potus ĩ hominibus eſt differẽtia: ut in oleribus quoq; comedendis conuenire non uideanť. Sunt etiam qui ueluti ſcorpiones aut aſpides non læſi iniurianť: & q nõ iniurianť quidem: ſed læſi propulſãt ĩiuriam: nõnulli tanq̃ lupi rapiũt & ſicut catæ furantur: alii tanq̃ oues ſic omnia ferunt ut etiam iniuria uexati ꝑpetianť. Vnde alios iuſtos alios iniuſtos appellamus. His rebus aptũ ẽ nõ natura in omnibus hominem ferri. Vna enim in omnibus natura eſt: hæc uero diuerſa: ſed in quibuſdã natura: in quibuſdã uoluntate. Quare in his laudẽ uel uituperationẽ mereť. In illis aũt iure ĩculpabilis eſt. Poſt pauca deĩde ſubiicit diuerſas hominibus leges ſcriptas & nõ ſcriptas ĩ diuerſis regionibus latas eẽ: e qbus ĩqt narrabo q̃nto melius poſſum. Apud ſeras lex ẽ nec occidere nec fornicari nec furari nec adorare ſimulacra. Vnde in illa regione nullũ tẽplum cõſpiciť: nulla mulier meretrix: nulla adultera: nemo fur: nemo homicida: nec uoluntatẽ alicuius illoꝝ ardẽtiſſima ſtella martis ĩ medio cæli cõſtituta ad cædẽ homĩs coegit: nec uenus marti coniuncta ut alienã quiſpiam ſollicitaret uxorẽ potuit efficere. Atq ſigulis etiã apud eos diebus in

mediū cæli martē pͦuenire necesse ē: & in tanta regione sīgulis horis nasci hoīes negandū. Apud indos aūt & bactros multa milia hominū sunt qui brachmanes appellantur: hi tam traditione patrū q̄ legibus nec simulacra colūt: nec aīatum aliquid comedunt: uinū aut ceruisiā nunq̄ bibunt: ab omni demum malignitate absunt soli deo attēdētes At uero cæteri oēs indi ī eadē ipsa regiōe adulteriis cæde temulētia simulacrorum cultu inuoluuntur: inueniunturq̨ ibi nonnulli immo uero gens quædā indoꝝ est in eodē climate habitans q hoīes uenātes atq̨ sacrificantes deuorant: nec ulli planetarū quos fœlices ac bonos appellent a cæde ac sceleribus istis ꝓhibēt: nec maligni brachmanas pellere ad malefaciēdū potuerūt. Apud persas lex erat filias sorores matres quoq̨ ipsas in matrimonium ducere: nec in perside solū uerū etiam quicunq̨ persaꝝ ad alia climata orbis e patria exiuerūt: nefāda hæc diligenter matrimonia celebrarunt: quos aliæ gentes hoc scelus abominatæ magusseos appellāt: suntq̨ usq̨ ad hodiernū diē in media ægypto phrygia gallatiaq̨ plurimi magussei successione patrū eisdē sceleribus cōtaminati: nec dicere possumus ī terminis & domo satni cum saturno ipso in natiuitatibus omnium marte aspiciente uenerē fuisse. Apud getulos lex est a mulieribus agros coli: ædes ædificari: huiusmodiq̨ cætera opa fieri: & ad hæc ut q̄buscūq̨ uelint cōueniāt: nec a maritis accusanť: nec adulteræ appellantur quū passim omībus misceantur: ac præcipue aduenis. Aspernātur quoq̨ apud eos fœmīe uniuersos odores: nec tinctis uestibus īduunť: & nudis omēs pedibus degūt: quū uiri apud eos e cōtra & uestibus & odoribus & coloribus uariis gaudeāt: nec id mollicie faciunt. Fortes enim & bellicosissimi præter cæteras gētes sūt: Nec oēs apud eos natæ fœminæ ī capricor/no aut aq̄rio male affectā uenerē habuerūt: nec uiri oēs ī arietate una cum marte cōstituta uenere nati sunt: quod fortes simul & delicatos efficere uiros chaldæoꝝ nugæ cōclamāt. Mulieres ī bactris præstāti ornatu atq̨ unguentis utuntur: & ab ancillis & seruis multo magis q̄ earum mariti cultæ singulari quadam pompa equitantes exeūt auro atq̨ lapidibus phaleris equoꝝ ornatis: nec caste uiuunt: sed tā seruis q̄ conuenis permiscenť: nec a uiris accusanť: q̄ ppecum eoꝝ dominari uideantur: nec bactrianarum omnium natiuitas uenerem cū Ioue ac marte ī medio cæli & termīs uenereis habuit. Apud arabes adultere omēs interimuntur: & suspectæ solūmodo puniunť. In parchia uero atq̨ armenia interdū a iudicibus interdū occisi a cognatis homicidæ

Adulterium

necantur. Qui autem uxorē aut filium aut filiā aut cælibem fratrem aut īnuptam sororem interfecerit nec accusatur quidē: lege nanq; ita sancitū est quū apud græcos & romanos uideamus maiori supplicio paricidia expiari. In atriis q aliquid uel minimū furatus ē lapidibus obruit. In bactris qui pauca furat sputis dedecoratur: Romanorum legibus uulneribus cædit: ab euphrate fluuio usq; ad orietalē oceanū cui cædes uel furtum obiicitur nō magno mœrore torquet. Qui uero pudorē masculi eripuit si res in lucē uenerit magnitudīe ignominiæ se ipsum interficere cogitur. Græcorum etiam sapiētes speciosos seq pueros non uerentur. In eadem orientis plaga parētes atq; cognati si cognouerīt filios aut agnatos turpitudini se subiecisse & īterficiūt & sepulturæ tradere nō dignāt. Apud gallos aūt pueri publice nubūt: nulloq; dedecore propter legem notantur: nec ē pfecto possibile oēs qui apud gallos produnt florem ætatis uenerem & mercuriū ī domo saturni & martis termīo occidētes habere. Multi uiri apud britānos unā uxorē habēt: apud parthos e contra multæ fœminæ unū maritū casteq; omēs uiuūt legibus obtēperantes. Amazones uiros nō habēt: sed tempore ueris fines suos egredientes cū uicinis conueniūt. Vnde oēs naturali lege eodem tempore pariunt: masculisq; īterfectis solas fœminas alunt: bellicosæq; omēs similiter sunt magnā exercitationis bellicæ curā gerentes. Mercurius ī domo sua cum uenere a chaldæis efficere dicitur homines numularios & q fingere atq; pīgere sciunt: ī domo uero ueneris unguētarios uocē exercētes histriones actoresq; fabularum. At apud saracenos & mauros in superiore quoq; libya & exteriore germāia & apud Sarmatas & scythas cæterasq; gētes quæ septētrionales ponti partes habitant: in Alania quoq; atq; in Albania Othene Saunia atq; Aurea nullus numularius nullus pictor nō architectus nō geometra nemo exercens uocē nemo fabulaꝝ actor īuenit: sed inanis omnino in tot tantisq; orbis terrarū partibus mercurii atq; ueneris huiusmodi coniunctio inuenitur: omnes medi canes nō parua alunt cura: quibus morientes homines adhuc spirātes proiiciūt: neq; oēs in natiuitate diurna lunā cū marte sub terra in cācro habuerūt. In di mortuos cremāt: quibuscum sponte uxores concremantur: nec oēs qui sponte rogum mariti ascendūt mulieres natiuitate nocturna solē cū marte ī termino martis ī leone habuerūt. Plurimi germanorū laqueo gulā frangunt: nec est possibile omnes qui ita se suspendunt intercæptam a saturno atq; marte lunā habuisse. Quid plura? figulis

ō soddomiam—

NB. Italis vero frangi, solitum, et a lege in

horis apud omnes gentes homines nascuntur. Vbiq; autem leges atq; mores ,ppter liberã hoĩs potestatẽ præualere uidemus: nec natiuitas aliqua nolentes Seras ad homicidum compellit: aut brachmanas ad esum carniũ: nec persæ a sceleratis nuptiis remouẽt: nec indi a rogo nec medi acanibus: nec parthi ne multas ducãt uxores: nec a castitate mespotamiẽses foeĩæ: nec græci a gymnasiis ubi nudis corporibus exercẽtur: nec romani ab imperando: nec galli ne muliebria patiant̃ nec gentes omnes quas barbaras appellamus musarum cognitionẽ approbandã ducunt. Singulæ nanq; gentes ut uolũt & quando uolũt libertate sua utuntur legibus moribusq; obedientes: naturam quoq; ipsam quæ corpus homini tribuit sequentes interdum sponte sæpius etiã coacti: suntq; ubiq; diuites atq; pauperes prĩcipes & subditi sani & ægroti: nemoq; istoꝝ necessaria natiuitatis sorte hæc consecutus ẽ. Hæc o Bardesane q̃uis satis nos mouẽt: astrologi tamen terraꝝ orbẽ in septem climata partiunt̃: & alius ĩ alio climate planetaꝝ dominari dicitur: diuersasq; leges hominũ a principibus positas quos nõ aliena a legibus quas tulerũt loca stellarũ habuisse nõ est impossibile. Non est o Philippe uera inquã hæc ratio. Nam & si terrarum orbis septẽ partibus diuidat̃: in singulis tamẽ partibus multas: nec .vii. solũmodo .vii. planetarum instar: nec .xii. ad .xii. numerum signorũ: nec facieꝝ numero .xxx. & .vi: sed innumerabiles legum differentias ĩuenimus. Repetere igitur debetis uobiscũ crebro quæ dixi. In uno enĩ indoꝝ climate atq; regione sunt qui a carnibus omĩno abstinent: & qui uel humanas carnes deuorãt: & magussei nõ in p̃side solum sed ubicũq; habitãt filiabus matrimonii iure cõnectunt̃: multæq; barbaræ gẽtes aliæ meridiẽ aliæ occasũ aliæ ortũ aliæ septẽtrionales partes diuersas & regiones & climata habitantes nulla mercuriali sciẽtia participãt: quot sapiẽtes putatis malas leges sanxisse? quot leges necessitate solutas? quot uictores leges uictis dedisse? nec tamen stellaꝝ aliqua ,ppriũ clima mutauit: nostra memoria in Arabia Romani uĩcẽtes irruerũt & barbarorũ expulsis legibus suas seruari iusserũt. Sed exponã uobis quod oẽs facile ad hanc ueritatẽ adducere potest. Oẽs iudæi mosaica lege in octaua die pueros circumcidũt: nec alicuius stellæ ui cogũt: nec regionis temperie impellunt̃: nec alienis moribus ut aliter faciãt inducunt̃. Nam siue apud Syros siue apud Galatas siue in Italia siue in græcia siue ĩ Parthia ubicũq; sint legẽ suã seruãt: quod necessitate natiuitatis fieri nullo pacto potest. Nõ enĩ possibile est eandẽ habere

natiuitatem omnes iudæos: præterea unā semper. vii. dieꝝ ubicunq; fuerint ab omni opere cessant: nec iter agunt: nec igne utuntur: nec genethliaca quædā ratio coercet Iudæū ædificare uel diruere domū: uendere aut emere illo die: atqui multi eorum eo die nascūtur: multi ægrotant aut sanantur: multi deniq; eo die moriunt: hæc enim liberi arbitrii non sunt. In syria & osroene sicut etiam galli & phrygia mr̄i deorū multi abscidebant. Deinde rex Abgarus omniū quoq; manus qui id agebāt abscidi iussit: nec qsquam postea in Osroene uirilia sibi amputauit. Quid aūt dicemus de christianoꝝ secta: qui in omni pte orbis īmo uero in omni ciuitate īueniunt: nec multas parthi christiāi ducunt uxores: nec canibus mortuos obiiciunt Medi: nec Persæ filias ducūt: nec bastriani & galli matrimoīa corrūpūt: nec ægyptii Apin aut canem aut hircū aut felē colunt: sed ubicunq; sunt alienis legibus & moribus uiuer: nec cogi possūt: nec genethliaca ratiōe aut sua aut prīcipis alicuius impellunt unq̄: ut quæ nefanda magister eoꝝ duxit faciēda putēt. Sed pauptatē labores ignominiā cruciatus ītollerabiles sufferūt. Nā quēadmodū libertas nestra cogi nō potest: sic corpus nostrum nō facile potest pericula effugere: & certe si oīa potestatis essent nostræ nos essemus uniuersū: sin uero nihil possemus aliorum essemus organa nihil nostra uoluntate producentes. Deo aūt uolente nihil impediri potest: illius enim potestati cuncta subiiciuntur: qui unicuiq; naturæ præcipuū aliqd largitus est. Homini aūt illud dedit eximium & libertate uoluntatis atq; iudicii uteret. Hæc Syrus ille.

Erum quoniā ab exterioribus multa iam ad hāc rē collegimus nō erit ab re nonnihil a sacris afferre litteris: ut undiq; falsitate obruta ueritas facilius emergat. Sed quoniam nudas ītelligere sacras uoces perfectoꝝ est ab excellēti eaꝝ interprete expositionē petamus Audisti qppe quātus fuit ille Origenes: quem nō negauerī laboribus suis psuasus īeffabili æternæ gloriæ uti gaudio: quem exteriores etiā propter mirabilem in omni genere rerum doctrinā minime ignorāt. Audi ergo quid de proposita quæstione sentit: & quomodo totā hāc rem in cōmētariis super genesim cōplexus est. Valde nec necessariū est inquit diligētius exponere in signa facta eē luminaria solē scilicet atq; lunā & reliquas stellas. Non enī solū gentiles stellaꝝ cōiunctione atq; aspectu quæ in terris sunt necessario accidere credunt: quā uim fatum appellant: uerū etiam multi ex fidelibus cōturbant īpossibile

aliter fieri credẽtes q̃ stellarum cursus effecerit. Vnde sequitur nullã in nobis esse libertatem: nullam operationem nostram laudari aut uituperari iure posse: ita prædictũ a scripturis dei iudiciũ quo alii ad æterna supplicia alii ad æternam beatitudinẽ destinantur falso fore prædicaretur. Quid plura? Ipsa puoq; fides & saluatoris nr̃i aduẽtus & omnis prophetarum labor ac apostolorum in cõstituẽdis ecclesiis prædicatio inanis erit nisi forte Christum quoq; quis audeat dicere cælestium corporum ui coactum fecisse quæ fecit: passũq; fuisse quæ passus est: nec suæ deitatis sed stellaꝝ cũcta uirtute euenisse: his ĩpiis uerbis etiam illud conficitur ut fideles fato ducti in christũ credãt: quos libenter interrogabimus quamobrem deus huiusmodi mũdum produxit. An ut in eo alii absque ulla culpa muliebria paterent: alii immanes bestias crudelitate uincerẽt homicidio & rapina gaudẽtes? Quid oportet hæc ĩnumerabilia dicere? in quibus nõ hominibus sed deo culpã attribuũt: quem nullo modo iustũ esse ostẽdere poterunt. Quomodo enĩ qui tot tantaq; mala ꝑduxit iustus esse dicet? Præterea interrogandi sunt utrũ etiam ipsi qui hæc dicunt stellis subiecti sũt: an soli miseriã effugerũt: si primum manifestum est quia a stellis etiã hãc opinionem cõsecuti sunt: quæ si uera est cur oĩbus ĩsita similiter nõ est? Sin alterũ cur nõ omnes simpliciter ab huiusmodi necessitate liberamur? Ad hæc si fato res humanæ agũtur: cur orant? cur uouẽt? cur temere aliquid a deo petunt? Quid plura? abunde nãq; his paucis patet temere susceptam a multis opinionem de fato: quare autẽ quũ illud consideremus sint in signa lumĩaria in hunc sermonẽ incidimus nunc explicemus. Qui uerã alicuius scientiam ab aliis accæperũt aut ab his qui interfuerunt passiq; sunt: aut ab his qui uiderũt: aut ab his q̃ nullo modo interfuerunt: sed auditu didicerunt docentur. Si ergo ab alio quis audit factum esse aut futurũ aliquid: cuius tamẽ ille nec fuit nec erit cã: si iccirco quoniã ab illio didicerit causam ipsius fuisse illum uel futurum esse arbitratur: non parũ profecto errat: ueluti si quis prophetæ librum euoluat in quo de proditione Iudæ scribitũ: & quum iam patratã rem uideat quoĩam a libro futurũ id didicit librũ causam putet: aut si nõ librum ipsum auctorem libri uel hunc qdem minime sed deũ qui inspirauit. Nam quẽadmodũ prophetiæ de Iuda diligentius uerba examinata nõ fuisse deũ causã ꝑditionis ostendũt: sed solum significasse quod prouiderat ex malignitate illius futurũ: Sic si qs altius uoluerit præsciẽtiæ dei uniuersaliter rationẽ scrutari:

& ꝙ in quibusdam futura nō impressit: nec eum qui præsciuit oīum quæ præsciuit: nec eas res q̄bus præscita īpressa sūt causā esse ꝓfecto intelliget. Deum igitur omnia futura præscire q̄q̄ etiam ꝑ cōmunem de deo conceptum clarissimum sit: tamē & a scriptura nōnihil afferamus. Susanā ergo audiamus dicentē Deus æternæ qui abscōditorū es cognitor: qui nosti omīa ante q̄ fiant: tu scis ꝙ falsum testimonium tulerunt aduersum me. Dilucide autem in tertio regum nō solum res gestæ: sed ipsum quoq; nomen regis complures annos prophetice sic conscribūtur. Et constituit Hieroboam diē solennē in mense octauo quinto decimo die mensis in similitudinē solēnitatis quæ celebrabatᷣ in terra Iudæ: & ascēdit in altare qd̓ erat ī bethel ut īmolaret uitulis quos fabricatus fuerat. Et post pauca & ecce uir dei ueīt de Iuda in sermone domini in bethel Hieroboā stante sup altare & thus iaciēte: & exclamauit cōtra altare ī sermone domī: & ait: Altare altare hæc dicit dnūs: ecce filius nasceťdomui Dauít Iosias noīe: & immolabit in te sacerdotes excelsoꝝ: q nunc in te thura succēdunt: & ossa hoīm incēdet super te: deditq; in die illa signum dicēs hoc erit signū quod locutus est dominus. Ecce altare scindetur: & effūdeť pīguedo quæ in eo est. Deinde significaťrepēte altare scissū ac effusā pinguedinē fuisse secundū signū quod homo dei dederat in uerbo domini: apud Esaiam autem qui multo ante captiuitatis tēpora fuerat noīatim de Cyrro mētio fit: q captiuitati finē attulit. Hæc dicit dominus deus chrysto meo Cyrro: cuius apprehendi dexterā ut subiiciā ante faciē eius gentes: & uires regum fundā: aperiam ante eum ianuas & urbes nō claudent. Ego ante ibo & mōtes humiliabo: portas æreas conterā: & uectes ferreos cōfringā: & dabo tibi thesauros abscōditos: ut scias quia ego dominus qui uoco nomen tuum deus Israel propter seruum meum Iacob & Israel electū meum: quibus dilucide significať ꝓpter beneficia quæ populo cōtulit multarum sibi gētium regna diuinitus fuisse concessa. Apud Danielem quoq; Nabuchodonosor ꝑ imaginē futura regna conspexit. Aurum nāq; assyriorū argentum persaꝝ æs macedonū ferrū Romanoꝝ imperiū prætendebat. In eodē ꝓpheta de Dario ac Alexandro & de quattuor Alexandri successoribus: de Ptolemæo quoq; rege ægypti qui cognominatus est Lago his uerbis scribiť: Ecce aūt hircus caprarū ueniebat ab occidēte super faciem totius terræ: & habebat cornu īter oculos suos: & ueīt usq; ad arietē illū cornutū quem uiderā stantem coram Vbal: & cucurrit ad eū in

4or. Regna.

ĩpetu fortitudĩs suæ: quumq̧ appropĩquasset prope arietē efferatus est in eũ: & percussit arietē: & cõtriuit duo cornua eius: nec poterat aries resistere ei: quumq̧ misisset eum in terram cõculcauit: & nemo quibat liberare arietem de manu eius: hircus autem caprarũ magnus factus est nimis: quumq̧ creuisset fractum est cornu eius: & orta sũt quattuor cornua subter illud per quattuor uentos cæli: De uno aũt ex his eggressum est cornu unũ: & factum est magnũ cõtra meridiē. De christo uero etiã minutissima prædicta fuisse nõ ignoramus: locũ ubi natus ubi educatus est: recessum in ægyptum: miracula etiã quæ fecit: & quomodo Iudas eum tradidit. Hæc enim oĩa argumento sũt deũ ab æterno cũcta præscire. Ipse quoq̧ saluator euersionē hierosolymorum prædixit. Quorsum hæc? ut facilius enodare possimus q̃uo stellæ in signa factæ sũt. Sic igĩt sitas esse ĩ cælo stellas nõ ignoramus: ut & cõtrario motu quin uniuersũ & alias tardius alias uelocius ferãt: ut hoc modo per uarios earũ aspectus atq̧ cõiunctiones tam uniuersa q̃ singula nõ quidem homines (excedit enĩ omĩno exqtissima motus stellaꝝ ratio mentem hoĩm) sed uirtutes q̃bus ut postea ostendemus hæc scire necesse est percipiãt. Quum autem homines aut quibusdã obseruationibus: aut aliquorũ spirituum doctrina qui ordinem suum transgressi multa hominibus suggesserunt: nonnulla stellarũ motu confusius præuiderint: putarunt eas a quibus capiuntur causas earũ esse rerũ quas nõ efficiunt sed significant: de q̃bus omĩbus breuiter ac exquisite secundum uires nostras dicemus. Proponantur igĩt hæc ordine consideratãda: quo pacto quũ a sæculo futura deus oĩa præsciat libero nos arbitrio fruamur: & quomodo stellæ non sint humanarũ rerum causa: sed solũmodo signa: & ꝙ hoĩes exactã de his cognitionē habere nequeãt: sed uirtutibus quæ superiores homĩe sunt hæc signa diuinitus depicta sunt. Postremo quænam causa fuerit ut deus signa futuroꝝ ad cognitionē uirtutũ expresserit. Primũ igĩt aggrediamur quod gentiliũ sapiẽtes in magnos intrusit errores. Quũ enĩ præscire deum uniuersa minime negarẽt: necessario nos agere q̧cquid agimus crediderũt. Nam si ab æterno inquiunt iniustum aliquid futuꝝ deus præuidit nec scientia diuina falli potest erit omnino ille iniustus: nec possibile est iniustum eum nõ fore quum nõ possit aliter agere q̃ deus præsciat ex quo ad sequẽtia etiam nõnulli descẽdens frustra culpari ĩiustos cõtẽdũt: similiterq̧ de cæteris delictis & de uirtutibus opinãt. Vnde sequitur liberã nõ esse hoĩs uoluntatē si deus frustra præsciat:

aduersus quos dicēdum ꝙ omnia deus ab æterno uideat antecedētia sequentia causas reꝝ atq̃ effectus. Nec tamen omnium ipse causa ē: nam quēadmodum siquis temeritatem hominis alicuius perspexerit quia ignorantē eum cognouerit: & ꝓpter temeritatē eius nō dubitet periculosa eum ac lubrica aggressurū itinera in quibus lapsus misere iacebit non effecit hunc ipse temerarium illi homini lapsum: sic deus quum uniuscuiusq̃ uoluntatē præuideat hunc perperam illum recte acturum nō ignorat. Non ergo præcognitio futurorū causa: nec enī ullo pacto ad peccandū deus quenq̃ impellit aut mouet: sed e contra (dicam enim etiā si absurdum multis forsan uideatur) id quod futuꝝ est causa est ut deus euenturum illud præuideat: nō ergo ideo fit quia præscitur: sed quia futurū erat præscitur. Distinctione autē hæc res indiget. Nam si quis quando futurū aliquid dicimus sic accipit quasi necesse sit omnino fore minime id ei dabimus. Non enī dicimus quia proditor Iudas præsciebatur: necesse fuisse ipsum prodere: Si sic enī esset nō uituperaretur ab his qui ꝓditurum præuiderunt: uituperatū aūt nimiū quoniam potuisset etiam nō prodere. Audi quid propheta d' ipso dicit: nec sit q misereatū pupillis eius pro eo ꝙ nō ē recordatus facere misericordiam: & persecutus est hominē inopem & mēdicū & compūctum corde mortificare: & dilexit maledictionē & uenit ei & noluit benedictionē & elōgabitur ab eo. Si quis autem ita futurū accipit quasi euenturum sit: posset autem etiam aliter fieri: hoc ipsū est quod dicimus: præscientiam enim dei ueram non esse impossibile sīpliciter ē. Quæ uero cōtingētia sunt: quæq̃ accidere & nō accidere possūt: ea uel euētura uel nō euētura deus certe præuidit. Sed liq̃dius forsan hoc modo dicetū: si continget Iudā ꝓdere præsciuit hoc deus: si nō cōtinget similiter deus præsciuit: quō ergo duo hæc cōtingētia sint & potestas in Iuda sit: deus præsciētia sua præuidit quod a Iuda eligetur: nec præscientia dei ex contingenti necessaria fiet proditio. Si enī ponamus deum secū loqui possibile est Iudam proditorē fore: sed contrarium quoque possibile est: q̃uis ergo cōtingēs utrunq̃ sit: ego tamen uideo proditurum. Non enī similiter istud accipiendū ē: quēadmodū si diceres præuidere deum hunc hoīem nunq̃ uolaturū: nulla enī uolādi potētia inest homini: sed delinquēdi & nō delīquēdi potentia inest. Quum ergo utrunq̃ possibile sit: qui rationi nō obtēperat: is peiora sequitū. Qui uero ratione cuncta iccirco inq̃rit ut rōni pariat: is uirtuti adhæret. Ille uoluptate delinitus nihil de honestate

curat: hic cõmuni cõcæptione: persuasus rationẽ anteponit. Sic alter uoluptati resistere non potest qui laborẽ sufferre nolit: alter spernit atq; repellit uoluptatẽ oẽm: quia dedecus eius formidat. Quod uero præsciẽtia dei nullam necessitatẽ nobis imponit: ĩde quoq; affirmari potest quia sæpius in scriptura poenitentiam per prophetas mãdasse inuenitur: nec cognouisse simulauit utrum cõuerterent delinquẽtes an non: ut apud Hieremiã scribit: Forsan audiẽt & agent poenitẽtiã sed æqualiter utrunq; contingens a dictis esse ostendit ne præsciẽtia sua palã facta audientes deiiciat quasi necessario aliquid eorũ futurũ sit: nec in delĩquẽtibus cõuerti & nõ cõuerti potestas insit: & hæc res peccandi causa foret: & e contra si conuersionẽ eorũ omnino futurã prædixisset huiuscemodi prædictio dissolutionis cã fuisset: faceretq; ne uiriliter in uoluptate insurgerent: quasi emẽdatio uelint nolintue futura sit. Sic enĩ prædictio ĩpedimento futuri boni esse uidet. Quũ igitur perutiliter deus mũdũ gubernet merito futura cælauit: quoꝝ cognitio minime hominibus conducit. Si enim malos futuros se præuiderẽt despatione sui bonos dissolutione ac eneruatione distraherẽt Cuius rei gratia dictum esse in exodo arbitror quis fecit surdastꝝ & surdũ & uidentem ac cæcum: an nõ ego dominus deus! Eundẽ enim cæcum atq; uidẽtem fecit alterũ ad præsentia alterum ad futura. De surdastro uero ac surdo dicere alienũ ab hoc proposito est. Non aũt ambigimus ea quæ in nobis nõ sunt causam esse interdum eorũ quæ in nobis sunt. Facimus enim aliqua plerunq; libẽter aut non facimus qa nonnulla quæ uoluntatis humanæ non sunt præcesserunt. Si uero qspiam absolutam esse nr̃am uolũtatem putat ut nulla re præcedẽte uoluntas nostra hoc aut illud amplectat: is mundi se particulam esse contineriq; ab uniuerso oblitus est. Sed de præscientia diuina ꝙ nullã necessitatẽ agendi hoĩbus afferat breuiter ita dictũ sit. Nũc ostẽdaũs nihil humanaꝝ reꝝ a stellis effici: sed tantũmodo significari. Primũ igitur illud patet si quid a stellarũ sextili ponamus aspectu qui hodie fiat efficeret: nullo posse illud pacto præteritũ esse: prius enĩ efficiẽs effectu est. Non ignoramus aũt eos qui hãc scientiã profitent multa præterita hodierna stellaꝝ ꝓpositione prædicere. Nã quũ positionẽ Zodiaci diligenter in duodenas sedes diuiserint: gradusq; ac minuta singulis cõueniẽtia domibus ꝑspexerint: ac erraticas stellas cæteraq; ut solẽt apte collocauerĩt: & ortus atq; occasus aspectus & cõiũctioẽs considerauerint: non solũ futura uerum etiam ea quæ natiuitatẽ hoĩs

& conceptionē præcesserunt dicere conātur. Patris enī fortunas & corporis eius prosperas aut e cōtra dispositiones similiter matris atq; fratrum ab hodierna positione ꝑcipi posse putāt. Verū de gradibus domoꝝ aliisq; huiusmodi postea dicemus: Nunc quasi exquisitissime oīa possit inuenire interrogent: si res humanas necessitate agi stellaꝝ putatis: quomō talis hodiernus aspectus ea quæ præcesserunt potuit efficere? Quod si hoc īpossibile simpliciter ē: īuenit aūt uere dixisse astrologus de præteritis: patet nō a stellis illud effectum fuisse. Si qs igitur nōnihil ueri eā rem putat cōtinere certe necesse ē: ut cōcedat nō fecisse id stellas sed solūmodo significasse: Quod si qspiā obiiciet præterita qdē significari: futa uero a stellis effici differētiā ostēdat: causam discriminis afferat. Quare quæ ad patrem matrem fratresq; ꝑtinēt præteritaq; sūt hæc positio significat: futura uero q̄si efficiēs causa producit. Sed nullam huius rei causam afferre unq̄ uerisimilē poterūt. Quare nisi pertinaces sīt nihil humanarū rerū a stellis effici sed forsan significari concedent: tanq̄ si non a stellis tam præterita q̄ futura: sed ab ipso deo per propheticam orationē quandam quispiam ꝑciperet. Nam quemadmodū potestas humana ut diximus minime tollit quis deus quæcūq; facturi sumus præuideat: sic etiam signa quæ ad significādū diuinitus ordinata sūt libertati nr̄æ nequaq̄ officiūt: sed est uniuersum cælum quasi liber quidam apertus omnia futura ī se conscripta cōtinens. Iccirco in oratione Ioseph quod a Iacob dicit syr intelligi potest. Legi enī inquit in tabulis cæli quæcunq; cōtingēt uobis & filiis uestris. Forsan autē etiā illud cōplicabunt cæli: ut liber significatiuas futuroꝝ rationes cōsumatas & ut ita dixerī adimpletas fore ostendit: sicut prophetias etiam adimpletas dicimus: quum iam euenerint: hoc modo in signa secundum scripturæ uocē stellas factas arbitramur. Hieremias autem ut homines ad se ipsum cōuertat: utq; formidinē quæ a signis īpēdet auferat: ac ut omnē forsan huiusmodi opinionem ab hoīum aīo eiiciat: A signis inquit cæli nō timeatis. Sed rursus alia rōne nō efficientes stellas esse ostēdamus. Concedētes igit interī posse ab hoībus hāc scientiā cōprehendi quærimus quomodo a multis natiuitatibus eandē rē cōtineri cōtendunt. Nam si patibulo moriturum aliquem dixerint: nō a natiuitate sua id solūmodo uerum etiam fratrum filiorū aliorūq; attinētiū immo uero etiā interfectorū posse ītelligi credunt. Stultum mihi certe uidetur in unaquaque tam multarum natiuitatum mortem unius esse contentam. Nescio autē

qūo respōdere poterūt si qs eos interroget. In unane uniuersi positiōe iudæi omēs in lucē edunt: ut necesse sit in octauo die oēs circumcidi: & statim in hanc uitā ingressi male uulneribus affecti medico egeāt? Ismaelitas aūt qui in arabia degunt tredecēnes cunctos circūcidi? Ita enim de ipsis traditum est: qūo enim hæc ī quibusdā gentibus stellæ perpetuo faciūt: in qbusdam nūq̄: & nulla profecto ratio uerisimilis ut mihi quidem uidet afferri potest. Verum quum multæ prouidēdi uiæ ab hominibus excogitatæ sint ut auguriū aruspicium somniorū interpretatio: nescio cur alias omnes uias significare tantū genethlialogiā uero efficere putarunt. Si enī futura cognosci possunt ut hoc sibi gratis cōcedamus: fiūt aūt inde unde cognoscunt. Quare a stellis potius q̄ ab extis aut auibus aut sōniis aut fulguribus & tonitruis producunt? His satis demonstratū esse puto stellas nō esse causas huānaꝝ rerum. Im præsentiarū pscrutemur an uerū sit exquisite loca stellaꝝ & domoꝝ posse ab hoībus inueniri: quod superius (nihil enī oberat) dedimus. Asserūt igitur Genethlialogici planetarum loco exactissie inueniēda: ut & gradus & minuta & minutoꝝ minuta nō ignorētur. Similiter nō signum solūmodo ueꝝ etiam gradum & gradus minuta primæ domus quā ascendentē appellant recte teneri oportere Quomodo igitur quum una hora largo modo mediā signi occupet partē ascendētis minutum inuenies: quū tam minutam diuisionē temporis habere nequeas? Opus enim esset scire quota hora & minutis minutorumque minutis ex utero puer effusus sit. Alia enim atque alia posse significari uolūt minimo temporis discrimīe habito. In piscibus uero atq; ariete per obliquā istorū ascensionē signorū (hora enim & tertia horæ parte ascendere pene uident) minimā temporis partem magnā mutationē facere nō ignoraūs: ut uel uigesima hora unius ps gradū ascendentis immutet. Sed hoc etiā eis concedatur. Demōstratū autē esse scimus quēadmodum erraticæ ab occasu ad ortum ferunt: sic & fixas centū annis uno gradu moueri: & in hoc spacio tpr̄is positionē signorū mutari: quum aliud sit intelligibile illud signum aliud quod quasi figura quædam est. At nō ad figuram sed ad intelligibile aiunt omnia signum esse referenda: quod nescio quomodo comprehēdere queant. Sed hoc etiam sibi condonemus: ut aut intelligibile signum cōprehēdere: aut a sēsibili ueritas haberi possit. Quæ aūt cōmixtione cōpositione ac cūtemperie diuersoꝝ aspectu uim fieri asserūt: ꝑfecto concedent nullo modo sciri posse. Quomodo enim quantū diminuat

a læsione maligni propter inspectionem benigni percipies? Et utrũ auferat malignus quod a benigno cõcedit quoniã locũ eius aspexerit aut mutet aut imminuat aut mixtura quædam inde fiat quis ꝑcipiet? Quæ omĩa si quis altius inspiciat facile credat non posse ista humano ingenio penitus percipi. Vnde si quis haꝝ reꝝ ꝑiculũ fecerit uidebit in pluribus errare q̃ ueritatem consequi genethlialogicos. Quã ob rẽ Esaias etiam quasi hoc omĩbus ĩpossibilia sint ad filiam chaldæorum qui maxime ista ꝓfitenẽ ait: Adsint & saluã te faciant astrologi: cæli ãnuncient tibi qd tibi accidat. His enĩ uerbis docemur uel diligẽtissimos in hac re chaldæos nõ posse prædicere quæ uelit unicuiq; gẽti deus attribuere. Hæc Origenes. Demõstratũ iam esse puto nec deos nec bonos dæmonas gẽtiliũ deos esse. Sed e cõtra seductores quosdã atq; maleficos nulli magis rei studẽtes q̃ ueritatis euersioni. Ita quum magnos in genere hoĩum errores ꝑspexerint: fatoꝝ etiam necessitate falsa omẽs pene gẽtes decæperũt: a qbus erroribus nemo a sæculo q̃ domĩus & saluator noster Iesus christus liberauit. Quæ oĩa iccirco ĩ hac euãgelica præꝑatione priora collocamus: ut rebus ipsis uideas q̃ fraude maiores nostri opprimebãtur: & unde nos per solam euãgelii doctrinam emersimus.

IS. ERGO. Ita dictis atq; dispositis iam tempus ẽ dẽ philosophia hebræoꝝ ac pietate uitæq; moribus differere. Nam quoniã falsam religionem gentium non absq; ratione spreuisse iam demonstrauimus: reddenda modo ratio ẽ: quare sapientiã hebraicæ scripturæ delegimus. Quod autem nulla sit culpa a barbaris ueritatẽ uelle cognoscere alio tẽpore omnẽ philosophiam oẽmq; disciplinã a barbaris græcos accæpisse ostẽdemus. Nunc uero aꝑire ꝓposuimus ab hebræis solũmodo ueræ pietatis fũdamẽta iacta fuisse. Cæteri enĩ homines cæteræq; gẽtes uniuersæ præter hebræos nihil fere de ĩmortalitate animi sentiẽtes: nec aliquid præter hæc uisibilia cogitãtes corporũ uoluptate fœlicitatẽ terminarunt: adeo ut q̃si maxĩa deoꝝ uoluptas ab eis coleretur: ac propter uoluptatẽ uitã optabilem ducerent. Quare alii solẽ & lunã & reliquas stellas a qbus hanc uitã dari putabant: Alii terræ fruges & reliquas mundi partes unde nõ paruam se uoluptatẽ capere uidebant deos & auctores oĩm

rerũ esse prædicarũt: Alii nõ ueriti sunt titillationẽ sensuũ cupidinẽ & uenerẽ nõ sibi solum uerũ etiã cæteris diis ꝓposuisse: Alii prĩcipes ac tyrannos q eis uoluptati fuerũt: & uiuos adorarũt: & post mortẽ in cælum ascendisse crediderũt: Alii malignos quosdam spiritus qui cupiditates eoꝝ incendebãt & culti uoluptatibus explebãt uenerati sunt: Alii huius religionis falsitatẽ perspicientes nõ esse deos omnino arbitrati sunt: Alii multo ĩpudentius cæteris sũmum bonorũ omniũ summãq; beatitudinem ipsam uoluptatem esse crediderũt: cui quasi supremæ deæ seruire ꝑpetuo nõ erubescebant. Nam & eoꝝ mulieres ut sacer apostolus dicit mutarũt naturalẽ foeminæ usum in eum q ẽ præter naturam. Mares autẽ etiã similiter spreto naturali usu alter ĩ alteꝝ exarserũt: masculi in masculos turpitudinẽ operãtes: & erroris eorum mercedẽ in se ipsis capientes. Ita græci simul & barbari docti omnes atq; indocti laudibus & hymnis tam in deorum solennitatibus q̃ in publicis spectaculis uoluptatẽ efferebant. Fornicationis enĩ uitiũ est idoloꝝ exquisitio. Tanto enĩ errore impliciti mala malis addebant In nefãdis nuptiis parẽtes cũ liberis ac mares cũ maribus sceleratissĩe uitã trahẽtes: ac ipãs ĩmanes bestias turpitudĩs cumulo lõge sup̃antes Quæ omnia a philosophis & historicis suis confirmata sunt.

Solum autẽ hebræorũ genus inter tot tantosq; errores ab uno uoluptatis collo tãq̃ hydra ĩ diuersa capita ꝓfusos uerã pietatẽ secutũ est. Hebræi enĩ soli pia sanctaq; cõsideratione primũ elemẽta & quæ ab elemẽtis cõposita sunt solem similiter & lunam & cæteras stellas & cælum ipsum nõ solum deos nõ esse: uerũ etiam aĩæ penitus expertia iudicarunt. Deinde quoniam neq; a lapidibus casu unq̃ sine artifice domus ædificari: nec pãnus absq; texente fieri: nec nauis sine gubernatoꝛ nauigare põt: quũ aĩalibus rõnabilibus atq; irrõnabilibus & substantiis aĩatis atq; inaĩatis plenum hunc mũdum uiderent: non absq; sapĩa dei hæc oĩa facta putãtes a magnitudĩe atq; pulchritudĩe creaturarũ puritate mentis creatorem omnium ĩmortalem ipsũ atq; inuisibilem cognouerunt. Quum autem nõ contẽnendã totius ꝑtem hoĩem esse uiderẽt partẽ eius præcipuam aĩam uidelicet uerũ hoĩem corpus uero quasi hoĩs indumentum esse affirmarũt. Quare maiorẽ curam cultui animæ afferre nõ dubitarunt: creatori hoc deo placere arbitrantes q a genere hominũ nõ corporis robore sed aĩ ratione oĩa quæ in terris sunt gubernari cõstituit. His fundamẽtis iactis corpus

q̃dẽ & quæ corporis suauia sũt nõ maioris q̃ reliqua peccora fecerũt. animũ aũt qui rationalis atq3 intellectiuus est: quiq3 ad similitudinem dei creatus est sũmo studio excoluerũt: nec quicq̃ uerũ bonũ præter bonorũ omnium largitorẽ deum credentes extremũ finem sũmamq3 beatitudinẽ in cognitione atq3 coniunctione dei posuerunt: qui solus humanæ uitæ rerũq3 oĩum causa ẽ. Quare illũ solum deũ cognoscere illi se soli uitæ puritate coniungere studuerunt. hac pietate ueraq3 in deum religione altissimi sacerdotes genus electũ atq3 regium & gens sancta aliisq3 similibus appellationibus digni uisi sũt. Cur igĩt reprehendẽdi nos sumus: qui hæc græcoꝝ ægyptioꝝ phoenicũ cæterarũq3 gentium nugis præposuimus! In tantũ autẽ uirtutis multi ex genere ipsorum peruenerunt: ut angelorum uisione diuinisque oraculis nõ syllogismis neq3 coniecturis instituerenẽ: ut quæ futura erãt plerũq3 gratia dei repleti quasi præsẽtia uiderẽt. Hæc ante q̃ græcorũ nomẽ esset immo uero etiã ante Moysem & ante iudæorum genus priscis hebræis innotuerunt. Post enim Moysem a Iuda iudæi appellati sũt. Hebræi uero ab hebere: a quo Habraam originẽ traxit multis ante Moysem sæculis absq3 lege aliqua scripta pie sanctæq3 uiuebant: absq3 doctrĩa legũ oraculis ueritatẽ diuinis & mẽtis acumĩe magnitudĩeq3 animi cõsecuti. Primus uero apud eos eximius ille theologus Moyses scripta reliqt: q diuinitus ante q̃ leges poneret maiorũ uitas aĩs hoĩm impressit. Ita bonorum premiis & impioꝝ suppliciis ad amplexandã uirtutem & fugiendã impietatem exhortatus leges tãdem in mediũ proposuit. Iudicauit etiã ne forte difficillima legis præcæpta iudæi ducerẽt atq3 ab illis resilirent priscorum exempla esse proponẽda: ut oĩbus pateret absq3 legũ mandatis sola ratione nixos optime maiores iudæorũ uixisse: atq3 ideo nõ esse sibi difficile uitas illorum imitari: si paria diuinitus consequi premia desiderarent.

On est autẽ ab re compẽdio uitas illorum a mosaica scriptura exceptas percurrere. Nam quẽadmodũ ab ægyptiis ægyptiã a phoenicibus phoeniciã theologiam & a græcis græcã: sic & ea quæ ab hebræis dicuntur ab illis ipsis petenda sunt. Non enim aliunde q̃ a philosophis opiniones philosophoꝝ narrantur: nec medicina ab aliis q̃ a medicis ꝑdiscẽda est: ut igĩt hebræoꝝ scriptura docet ãte diluuiũ post primam originẽ hominum multi iusti deoq3 amici hoĩes fuerũt. quoꝝ primus nomẽ domini dei sperauit ĩuocare: qbus uerbis ostẽdĩt

ꝙ nihil aliud ille q̃ creatorẽ dominũ et deũ ſecutus fuit: quẽ credebat non ſolũ uirtute ſua a nõ ſimpliciter ente cuncta ꝓduxiſſe: uerũ etiã tã q̃ magnæ ciuitatis dominũ uniuerſa regere atq̃ gubernarẽ: atq̃ ideo cæteris omĩbus contẽptis ſperauit inuocare nomen domini dei. His duabus appellationibus creatoris atq̃ gubernatoris totius uirtutem ãplexus. Quare primus hõ uerus apud hebræos cõſcribit: Enos enim uocatus eſt quod latine uerus homo interpretat. Neminẽ enĩ putant uerũ eſſe hoĩem præter eũ q uerũ deũ & cognoſcit & pie colit: alios uero nihil a pecoribus differre arbitrant: quia uidelicet ueluti beſtiæ ad terrã proni uentri & ueneri obediãt: quoꝝ alios lupos: alios canes: alios porcos: alios ſerpẽtes uaria quadã uitioꝝ ſimilitudine ſcriptura iudæorũ appellare cõſueuit. Quẽadmodũ ſi quãdo cõmuniter genus hoĩm appellandũ eſt cõmodiſſima ſimiliter uoce appellatione Adã ſignificauit: quo noĩe a terra natus deſignat. Primus igit iuſtoꝝ Enos qui primus nomen domini dei ſperauit inuocare: & certe ſemper atq̃ continue domini dei nomẽ inuocare: id ꝓfecto eſt ſumma extremaq̃ beatitudo. Illum nos uirum non fallaces gentilium heroas imitãdum arbitrãtes optamus: illud nobis auxilio ſaluatoris noſtri cõtingere ut nomen eius firma ſpe perpetuoq̃ ĩuocare queamus. Poſt iſtum quidã alius ambulabat cum deo & nõ inueniebatur quia ꝓpter uirtutẽ eius tranſpoſuit eum deus. Is certe ꝑfectus homo ĩ deo eſt qui periculoſa multorum coloquia fugit. Si enim forum curiam theatraq̃ aliqs ſeqt in ipſo malignitatis ꝓfundo ſubmergit. Is autẽ hoĩbus inuiſibilis eſt: neq̃ ab ipſis facile inuenit: q deo caritate coniũctus ab eo ſolo cogno-ſcitur: hunc hebræi Enoch appellant: quod nomen latine gratiã dei ſignificat: cuius ſolius mutationẽ diuinitus mihi cõcedi magis opto q̃ omniũ ſimul qui uirtutis cultores apud gẽtes narrant fuiſſe. Tertius uir iuſtitia eximius in ſæculo ſuo Noe fuiſſe perhibetur: cuius quãta fuit uirtus & pietas hĩc cognoſcit: nefãda malignitas uniuerſũ genus hoĩum: tunc occupauit. Nam & gigantes illi qui ꝑ ora oĩum uolitãt impiis factis quod adhucuſq̃ prædicatur deo pugnã ideſt uirtuti & pietati non erubuerunt inferre. Et q eos produxerunt ſiue ĩmortales quidam ſiue mortales malefica quædã artificia & magicã prauitatẽ primi excogitaſſe dicũt. Quas ob res quum deus eodem omẽs diluuio ꝑdere ſtatuerit unus cũ ſuis in illo genere hoĩm Noe iuſtus repertus ẽ: qui omnibus ui aquarum ſubmerſis cum filiis ſuis ſimul ac nuribus mirabili quodã modo quaſi ſemen huãni generis conſeruatus eſt: quẽ

utinā quaſi uiuam quandam imaginem imitari nobis contingat: & hi
quidem ante diluuium fuerunt: poſt diluuium autem alii quorū unus
altiſſimi dei ſacerdos iuſtitiæ ac pietatis miraculo rex iuſtus līgua he/
bræorū appellatus ē: apud quos nec circuncīſionis nec moſaicæ legis
ulla mentio erat. Quare nec iudæos (poſteris enī hoc nomē fuit) neq;
gentiles: quoniam nō ut gentes pluralitatem deorum inducebāt ſed
hebræos proprie noīamus aut ab Hebere ut dictū ē: aut qa id nomē
trāſitiuos ſignificat. Soli q̄ppe a creaturis naturali rōne & lege īnata
nō ſcripta ad cognitionē ueri dei trāſire: & uoluptate corpis cōtēpta
ad rectam uitam pueniſſe ſcribunt: cum quibus oībus præclarus ille
totius generis origo Habraam numerādus eſt: cui ſcriptura mirabilē
iuſtitiā quā nō a moſaica lege (ſeptima enī poſt Habraā generatione
Moyſes naſcitur) ſed naturali fuit ratione cōſecutus ſūma cū laude
atteſtatur. Credidit enim Habraam deo & reputatū eſt ei in iuſtitiā
Quare multarum quoq; gentium patrem diuina oracula futurꝝ: ac ī
ipſo benedicēdas oēs gētes hoc uidelicet ipſū quod iam nos uidemus
aperte prædictum eſt: cuius ille iuſtitiæ perfectionē nō moſaica lege
ſed fide conſecutus eſt: qui poſt multas dei uiſiones legittimū genuit
filium: quem primum omnium diuino pſuaſus oraculo circūcidit: &
cæteris qui ab eo naſcerētur tradidit: uel ad manifeſtum multitudīs
eorum futuræ ſignum: uel ut hoc quaſi paternæ uirtutis inſigne filii
retinētes maiores ſuos imitari conarēt: aut qbuſcunq; aliis de cauſis.
Nō enī id ſcrutādum nobis modo eſt. Poſt Habraā filius eius Iſaac ī
pietate ſucceſſit: fœlice hac hæreditate a parentibus accæpta: q uni
uxori cōiūctus quū gemīos genuiſſet caſtitatis amore ab uxore poſtea
dicitur abſtinuiſſe. Ab iſto natus ē Iacob q ꝑpter cumulatū uirtutis
prouentū Iſrael etiam appellatus eſt duobus noībus ꝑpter dupplicē
uirtutis uſū. Iacob enī athletā & exercētē ſe latine dicere poſſumus:
quam appellationē primū habuit: quū practicis opationibus multos
pro pietate labores ferebat. Quū autē iam uictor luctando euaſit: &
ſpeculationis fruebat̄ bonis: tūc Iſraelem ipſe deus appellauit æterna
premia beatitudinēq; ultimam quæ in uiſione dei conſiſtit ei largiēs
hominem enim qui deum uideat Iſrael nomē ſignificat. Ab hoc. xii.
iudæorum tribus ꝑfectæ ſunt. Innumerabilia de uita iſtorum uirorū
fortitudine prudentia pietateq; dici poſſunt: quorum alia ſecundū
ſcripturæ uerba hiſtorice conſiderant̄: alia tropologice ac allegorice
interpretāt̄: de qbus multi cōſcripſerūt: & nos in libro quē īſcripſiūs

de doctrina priscoꝝ uiroꝝ. Præter hos Iob iustū uerū pium innocuū ab omniq́ʒ malignitate alienū fuisse inuenimus: qui q̄uis iudæo generi nō fuit affinis: pietatis tamen laude uel in primis efferẽ. Verū Iacob liberi religione ac pietate cōmuniti hebræoꝝ famam facile ad maius adeo ꝑduxerunt: ut totius ægyptii principatus ab uno eorum Ioseph depēderet: q castiōniæ premiis coronatus gubernatione tot tātarūq́ʒ ciuitatum suscæpta uirtutē hebræoꝝ manifestauit. Is suorum insidiis ad seruitutem redactus tāto cumulo uirtutis refulsit: ut nemo possit rem oratione assequi. Aderat enī ei libertas aīmi maxīa robur īuictū pudor eximius iustitia modestia prudentia sūma: sed pietate in uerū deum maxime præstabat: quumq́ʒ domini sui uxor (erat enī mirabili corpis præditus formositate: q̄ adolescētia uirtutibus ornata insignis uidebatur) furore cupidinis acta uerbis ac precibus persuadere non potuisset: manusq́ʒ in iustum iniicere nō dubitasset: præcæpta parētū nō oblitus req́ʒ ipsa hebræū se esse ostendens mulierē q̄dem magna ui reppulit: quasi autē a rabida fera euaserit fuga salutē quæsiuit: cogitabat enim atq́ʒ dicebat si dn̄s meus domui suæ me ꝓposuit qūo ego huiuscemodi rem turpissimam corā deo faciam? his ille uirtutibus ad ægypti gubernacula diuinitus ꝑuenit: quem utinā cæterosq́ʒ ōnes de q̄bus diximus imitari possimus. Fuit autē etiā hic hebræus nō iudæus: nōdum enim iudæi fuerunt: in multitudinem deinde magnam genus creuit: paulatimq́ʒ diligentissima norma uiuendi labebatᷣ: & parentū pietas obtundebatur. Ita post aliqua sæcula ægyptioꝝ conuersatione deprauati adeo fuerūt ut nihil ab ægyptiis differrẽ uiderēt. Tūc deus patrū suoꝝ Moysem ad eos mittit: ac per eū īauditis factis miraculis conuenientē iudæorū moribus legem posuit. Nam quū iam corrupti uirtutem mutare nō possent: alia manifeste mandauit: alia occultius suggessit: symbola umbramq́ʒ nō nudam ueritatem conseruare ipsis præcipiens. Hoc pacto iudæorū disciplina a tēporibus moysi cœpta usq́ʒ ad saluatoris nostri aduentū secundum uoces ꝓphetarū durauit Sic enim a Moyse aliisq́ʒ prophetis dictum inuenitur mosaicam legē usq́ʒ ad Christi tempora duraturam.

Erum quoniam breui hebræoꝝ qui ante Moysem fuerūt uitas tetigimus & pietatis eorū adumbrationē edidimus: nūc theologica eorū dogmata a Moyse aliisq́ʒ ꝓphetis fundata consideremus. Primus igiẽ omniū eximius ille theologus qui diuinas leges cōscripsit

quum pietati cõuenientẽ diſciplinã tradere uoluiſſet nõ cõmunibus
atqꝫ tritis exordiis uſus eſt: ſed nihil potius ducens ꝗ priſcorũ generis
ſui theologiã ad recte uiuẽdi normã ꝑtinere a deo ſecundũ hebræoꝝ
theologiã incœpit: nec ut ægyptii aut phœnices aut certe oẽs gẽtes
multitudinẽ deorũ falſo induxit: ſed a prima uiſibilium omĩum atqꝫ
ĩuiſibiliũ cauſa exorſus illum docet creatorẽ eſſe uniuerſi regem atqꝫ
dominũ: nõ ſolum quas ipſe ſcripturus erat legum: uerũ etiã naturæ
ipſius cuius ſolo nutu a nõ ente ſĩpliciter cũcta fuiſſe ꝓducta oſtẽdit:
cuius uirtute omĩa quæ ꝓducta ſũt gubernari docet: Primũqꝫ omĩm
cælũ uerbo dei fuiſſe firmatũ: & põdus ſoliditatẽqꝫ terræ præter na-
turã ſuã ſup aquas ſuſpenſã aſſerit: uerbo etiã dei ſolis ſtellaꝝqꝫ motu
diẽ ac noctẽ ſibi uiciſſĩ ſuccedere: legeqꝫ diuina uiciſſitudĩes mutatio-
neſqꝫ temporũ anniqꝫ uolutiões fieri lege dei atqꝫ ĩſtituto in locis ſuis
fluctuãtia reuolui maria minime ſtatutos audẽtia terminos ꝑtrãſire.
Inſtituto ſimiliter diuino ĩnumerabilia plantarũ atqꝫ roboꝝ genera e
terris germinare: ac ut breuiter dicam naturã omniũ mrẽm ĩſtituto
dei ſeruientẽ diuinæ legi ſemp parere. Nõ enĩ caſu aut fortuna neqꝫ
irrationali latione orbem circũuolui: neqꝫ temere mundũ tantã tãqꝫ
pulcherrimã rẽ eſſe ꝓductũ: ſed dei eſſe creaturã & ab eo gubernari
ita legibus hoĩm naturæ leges antepoſuit maxĩe deo uacare exhorta-
tus. Nã ſi uniuerſus mũdus cælũ ſol luna ſtellæ oẽs terra & quæcũqꝫ
in ipſa ſunt cuncta naturæ opa naturaqꝫ ipſa creatori deo ſeruit: q̃to
magis hoĩes rõe ac libero decoratus arbitrio obtẽpari creatori decet?
Germinet terra uirentẽ herbam & lignũ pomiferũ faciẽs fructũ &
habens unũquodqꝫ ſementẽ ſecundũ ſpetiẽ ſuam: & ſtatim nõ modo
tunc ſed uſqꝫ ad hũc diem paruit terra: parebitqꝫ ſemper in poſterũ.
Producãt aquæ reptilia aĩæ uiuẽtis & uolatilia uolãtia ſub firmamẽto
cæli & una cũ uerbo nutuqꝫ diuino opus effectum eſt: & eo inſtituto
ſemper ita factitat. Sint ſol & luna cæteræqꝫ ſtellæ in ſigna: & tẽpa in
dies & annos: neqꝫ unq̃ hoc præceptũ ſtellæ neglexerũt: ſed ĩceſſabili
mirabiliqꝫ ſuo curſu dies & noctes tẽpora & annos conficiunt. Quam
igitur ueniã hoĩes conſequent diuina negligentes mandata? hæc illius
theologia nos cæpit. Nihil enĩ huiuſmodi apud cæteras gẽtes ĩuenire
potuimus: ſed poſt hanc primã theologiã ad eã quæ ſecunda ẽ ordĩe
ꝓcedit: deoqꝫ cognito neceſſariũ putauit homĩ eẽ cognoſcere ſe ipſũ.
Quare deinceps quid homo ſit quidqꝫ ipſũ in cognitionẽ & pietatẽ
dei adducat: & qualis prĩcipaliter hoĩs uita eẽ debeat docet. In aĩam

enim & corpus hoīem diuidit: uerumque hominē aīa terminat quæ ī corpore ītellectualisq; substātiæ ē tanq̄ ad īaginē dei creata: corpus uero terrenum & indumentū aīæ esse confirmat: qbus tertiam partē addidit spiritū scilicet uitæ: qui uirtus quædā ē: qua terrenū corpus & quæ ad imaginem dei creata est aīa cōiunguntur atq; uniunť. Hūc hominē a deo creatum in fœlicissimo paradisi loco bonis īmortalibus pleno constitutū legeq; dei munitum affirmat: transgressione autem diuini præcæpti ad hanc miserā uitam puenisse. Hac ille philosophiæ ueritate ante q̄ ponendaꝝ seriem legū aggrederet auditores īstruit. Non enim fas est imaginem dei unde īmortalitatem cōsecuti sumus uitiose uiuēdo despicere. Primitiua uero ueraq; dei imago uerbū suū est sapientia uita lux & ueritas per se ipsū existēs: cuius imaginis mēs humana imago est propter quam ad imaginem dei facti esse dicimur Ita necessariū duxit hæc legibus eē prægustāda. Recordari enī profecto debemus quid nostri a terra sumptū in terrā reuerteret: & qd melius deoq; simile ut cognoscamus qd sumus: nec uitiis eā ptē nostri maculeūs quæ ad imaginē dei facta ē: utq; a ppetuo desiderio primæ illius beatitudīs pēdeamus: & redire oībus uiribus diligēter cōemur: præparemusq; nos ad iter quo illuc peruenitur unde diuini mandati negligentia decidimus. Ad hæc rerum diuinaꝝ atq; humanaꝝ ille nō humana doctrina sed dei uisione pitissimus nequā quēdam dæmonē inuidum atq; uersutū unicuiq; hoīum inhærere docet: quē serpentē ueneni plenum atrum tenebrosūq; appellat: qui salutis nostræ īuidus ad hunc usq; diem multos insidiis suis decæpit: cuius fraude parētes quoq; nr̄i beatitudinē illā amiserūt. Quare uigilādū ē sēpq; aduersus malitiam eius insurgendū. Sed quid oportet hæc ita cōscribere quū ipsum audire liceat nō syllogismis neq; hoīum callidis argumētis sed spiritus sancti gr̄a cū magna uenustate atq; grauitate cūcta scribētē: In principio inqt fecit deus cælum & terrā: & dixit deus Fiat lux: & facta est lux: Et rursus dixit deus Fiat firmamentum: & factū est: Et paulo post dixit deus Germīet terra: & germīauit: & iteꝝ dixit deus Fiant luminaria in firmamento cæli & diuidāt diē & noctē & sint in signa & tēpora & dies & annos & luceāt super terrā. Præterea dixit deus Producāt aquæ reptilia & uolatilia: & factum est. Item pducat terra quadrupedes & reptilia & bestias terræ secūdū species suas: & factum est ita. In his igitur omnibus quū a scriptura dixisse deū dicit nutum & uoluntatē diuinā nō uocem syllabis platā ostendere uoluit:

deīde uniuersum hūc repetēs sermonē hic inqt liber cæli & terræ: q̄ die fecit deus cælum & terram & omnia quæ in ipsis sunt: huiusmodi hebræorum theologia est: quæ uerbo dei creāte uniuersa esse ꝓducta uerissime sola docuit: ad hæc nō eē relictū mundū a deo gubernatiōe illius priuatū sed ꝓuidētia eius rei asserit. Nō enī solū creauit cūcta: uerū etiā saluator rex dux omnibus præsidens omnia disponens dicit ōnia eū uidere oībus adesse. Vniuersa īde gubernari docet. Similiter & qui post eum fuerunt ꝓphetæ nōnunq̄ a ꝑsona ipsius dei exclamāt Deus appropinquans ego sum: ego sū dicit dominus & deus de lōge. Quid faciet occulte homo quod nō cognoscam? nō ne cælū & terrā ego impleo? Nonnunq̄ a se ipsis hoc pacto interrogantes quis aquam mēsurauit? quis mōtes pōdere ac ualles iugo firmauit? quis cognouit mentem domini? aut qs consiliarius eius fuit? Et rursus quis cōstituit cælū & extendit tanq̄ scænā. Et alibi eleuate oculos ur̄os ad alta: & uidete quis ostendit hæc oīa. Et deinceps dn̄s deus q fecit cælū & fixit illud: q̄ firmauit terrā & quæ in ea sūt: q dat spiraculū populis qui degunt in ipsa: & spiritū eius qui calcāt ipsam. Et rursus Ego dn̄s deus solus extēdi cælū & firmaui terrā: nō est alius præter me. Et alibi sic dicetis ipsis: dii qui cælum & terrā nō fecerunt ꝑdant a facie terræ: dn̄s qui fecit terrā in fortitudine sua erexit habitabilē in sapientia sua & in prudentia sua extendit cælum & adduxit nubes ab extrēis terraꝝ fulgura fecit ī pluuiā: & adduxit uētos ex thesauris suis. Et rursus quo ibo a spiritu tuo: & ubi a facie tua me occultabo? Si ascēdero in cælū tu illic es: si descēdero ad infernū ades. Si sūpsero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me. Hæc posteriores cōueniētia priscis diuinitus prædicabāt. Sed eos etiā audias qui ante Moysem fuerūt. Dixit autē Habraā ad regē sodomorū Extendā manū meam ad altissimū deum: qui fecit cælū & terrā. Melchisedec quoq; dei sacerdos Habraā his uerbis benedixit: Benedictus Habraam deo altissimo: & benedictus deus qui fecit cælū & terrā. Et Habraam rursus pone manū tuā sub femore meo: et ad iurē te ꝑ dn̄m deum cæli. Et subiicit dn̄s deus cæli et deus terræ q̄ cæpit me a domo pr̄is mei: et a terra ī q̄ natus sū. Postremo ī ipsa uisiōe Moysi deus īterrogatus qs esset diuīo respōdet oraculo: Ego sum qui sum sic dices filiis Israel: qui ē misit me ad uos: hæc breuiter ab īnumerabilibus excerpta sūt. Estne igit̄ dignū gētiū theologiam īmo uero impietatē cum istis ullo modo conferre? quorū

alii nullũ esse deum alii cælestia corpora crediderũt. Et stellas ignẽ in cælo fixas dicẽtes aut ignẽ uia & arte circũlatũ loco dei adorarũt: alii nulla dei ꝓuidentia mũdum sed irrationali quadã natura gubernari: alii cælestia solũmodo diuinitus regi: nõ aũt etiã terrestria: mundũq; sine ortu: neq; ullo modo a deo ꝓductũ: sed casu & fortuna cõstitutũ eẽ: nõnulli ex atomis & ĩaĩatis corpusculis eẽ cõglutinatũ asseruerũt.

Is ita dictis alteram quoq; personã a prima persona genitam nõ creatã hebræorum scripturæ significant quã uerbũ sapientiã uirtutem dei appellant: unde inqt Iob inuenta est sapiẽtia. Quis aũt locus eius ẽ! Nemo mortalis uiã eius nouit. Et Dauit ĩ psalmis Verbo domini cæli firmati sũt. Et Salomon ex ꝑsona ipsius sapiẽtiæ Ego ĩqt sapiẽtia consiliũ & cogitationẽ constitui: & dñs possedit me in initio uiarum suarum ad opera sua. In prĩcipio ante q̃ terra facta est ante q̃ abyssi productas ante q̃ montes firmati ante omẽs colles genuit me. Et alibi quid autem est sapientia & unde nata sit dicam & nõ occultabo Spiritus ipsa est ĩtellectualis sanctus unigenitus oĩpotẽs oĩa penetrãs: uapor enim est uirtutis diuinæ & fluxus gloriæ oĩpotentis uerissimus fulgur æterni lumĩs & ĩmaculatũ speculũ uirtutis diuinæ ac bõitatis eius imago ab extremo ad extremũ oĩa trãsiẽs ac oĩa recte gubernãs: quod qdem diuinum uerbũ a patre ad hoĩm salutẽ missum scriptura cõfirmat. quod deũ & dñm idest creatorẽ & gubernatorẽ a Moyse prophetisq; appellari cõspicimus. Venit aũt ad hoĩes hoĩe assumpto a patre missum propter salutẽ nr̃am. Misit enĩ uerbum suũ ĩquit & sanauit eos. Vnde doctrĩa etiã euãgelica ꝓpheticã & pr̃nã hebræoꝝ renouãs theologiã hoc pacto incipit: In prĩcipio erat uerbũ & uerbũ erat apud deum & deus erat uerbum: hoc erat in prĩcipio apud deũ omĩa per ipsum facta sũt & sine ipso factũ est nihil. Quod factum est in ipso uita erat & uita erat lux hominum. Merito igit̃ eodem spiritu Moyses plenus facto cælo & terra quasi cũ filio suo uerba conferentẽ sic deũ patrẽ introduxit dicentem: Et dixit deus faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nr̃am. Quod plasmasti etiã occultius signifi/cauit dicẽs Ipse dixit & facta sunt: ipse mãdauit & creata sunt. Apte nãq; pr̃is ad filiũ ordinẽ atq; mandatũ more humano (nec enim aliter poterat) expressit. Nemo enim negabit omẽm q aliquid dicit ad aliũ dicere: & q mãdat ac præcipit alii præter ipsũ mãdare atq; præcipe. Manifestius aũt Moyses duoꝝ dñorũ pr̃is uidelicet atq; filii mẽtionẽ

fecit dicēs Pluit dnūs a deo sulphur & ignē: & Dauit similiter Dixit dominus domino meo sede a dextris meis: Donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ. Et paulo post æternā illā & ineffabilē generationē uerbi designare desiderās ait. Ex utero ante luciferum genui te. Hæc ita se habere nō solū uetus scriptura occultius (nō enī oēs tunc ferre poterāt) uerum etiā noua ipsis quoq; solaribus radiis dilucidius prædicat: quis nōnulli iudæoꝝ sācti grā spūs carētes aliter īterpretati sunt: a quibus nonnulla ponam iccirco nō inutilia quoniam nō effusū in aera uerbū dicunt: nec spiritum nō subsistentē sed diuersas psonas probe sicut & nos: male autem quia diuersas quoq; naturas opinant. Philonē ergo audias scripturæ uoces interpretatione sua explicantē: quā ob rem inqt quasi de altero deo dicit ī imagine dei feci hominē: Perpulchre id diuinitus scriptori fuit inspiratū. Nullū enī mortale ad supremū prēm tanq̄ imago conferri potest: sed cōfert ad secūdū deum qui primi uerbū ē. Necesse enī erat rōnalem uim a deo uerbo animæ hoīs imprimi. Deus enī qui supra uerbum est, ita supremus ē ut nulla rōnalis natura similitudinē eius possit recipere. Hæc ī primo quæstionū libro Philonis dicta sūt: qui ī primo de agricultura uerbū dei filium quoq; dei appellare his uerbis nō dubitauit. Hæc uniuersa pastor ille & rex deus iure gubernat: legēq; statuit: rectū eius uerbū & primogenitum filiū: qui curā totius gregis quasi maximi regis lux diligenter suscæpit. Idē in secundo q̄ dubitādi ruborē effugere uelit audacter dicat nulla re materiali machinā mūdi cōseruari: sed uerbo æterni dei sēpiterno qd' a mediis ad extrema: & ab extremis ad media protensū inuictū naturæ sustinet cursū fouens ipsū atq; conseruans: quasi uinculū quoddā pater qui genuit ipsum constituit. Merito igit nec terra unq̄ aquis sūmerget: nec ignis extīguet: nec cætera pibūt: quum uerbū dei uocale inter muta elemēta constitutū oīa cōseruet: Hæc Philo. Nonne igitur uera hæc nr̄a sunt q̄ uerbo ac sapiētia dei oīa pducta esse prædicamus: falsa uero illa quæ nec uerisimilitudinē ullā habent: & inter se contraria sunt. Thales enim milesius aquam originem reꝝ dicit: Anaximenes aerē: Heraclitus ignē: Pythagoras numeros: Epicurus atq; Democritus īdiuidua quædam corpuscula: Empedocles quattuor elementa: hoc dei uerbū magni cōsilii angelū lucem uerā iustitiæ solē etiam nomināt. Tertio spiritus addit sanctus a scriptura quem sicuti patrem & uerbum suū eadem dignitate atq; honore honorari præcipit. Tertius igitur a patre spiritus esse ostēdit

tanq̃ a patre per sapientiã elucens: post hanc æternã dei substantiam rõnales uirtutes nec numero nec specie nobis notas sed solũ uisibiliũ proportiõe (alia enĩ gloria solis ẽ: alia lunæ: alia stellarum) scriptura iudæoꝝ nõ ut deos sed ut ministras honorandas ostendit. Et mortali quidẽ naturæ stellaꝝ numerus oĩno ignotus ẽ: deus uero multitudinẽ etiam intelligentiaꝝ & noĩa nõ ignorat. Scribit enim: qui stellarum multitudinẽ numerat: & oĩbus ipsis noĩa imponit: innumerabilia enĩ genera ꝑfecto & intelligẽtiarũ & stellarũ sunt: deo aũt oĩa numerata sunt: de ipso enĩ dicit mille milia mĩstrabãt ei: & decies milies cẽtena milia corã eo assistebant. Quum enim numerũ uideat aliquẽ noĩare numeratas illas ostendit esse uirtutes a deo. Quũ uero tantã numeri quantitatẽ dixerit ignotũ nobis illum numerũ ꝓpter ĩnumerabilitatẽ suam esse ostendit. Sed de substãtia earũ sic psalmista scriptũ reliqt. Domĩe deus meus q̃ uehemẽter magnificatus es cõfessionẽ: & decorẽ uidisti amictus lumine sicut uestimento extendens cælũ sicut pellẽ: q facis angelos tuos spũs & ministros tuos ignis flammã. Noli credere de hoc corruptibili igni dicere: nec de irrõnali aere atque spiritu: sed altius qddã atqꝫ sublimius: necesse enĩ ẽ quũ a sensu nr̃o uerba ꝓdeãt translatiue non ꝓprie de ĩtellectualibus dici: unde ipsum quoqꝫ deũ spiritũ & ignẽ & lucẽ & huiuscemodi noĩbus significamus. Virtutes autẽ illas angelos archangelos spiritus cælestẽ exercitum prĩcipatus potestates tronos dominationesqꝫ nũcupamus: Quaꝝ omniũ iustitiæ solẽ & sanctũ spiritũ ei ãnexum una cũ deo ac patre creatorem atqꝫ gubernatorẽ scripta cõfirmat: quẽ unũ deũ ab uniuersis sicuti prẽm ac dnũm hymnis glorificãdũ ꝓpheta præcipit dicẽs. Laudate dnũm de cælis: laudate eũ in excelsis. Laudate eũ oẽs angeli eius: laudate eũ oẽs uirtutes eius. Laudate eũ sol & luna: laudate eũ oẽs stellæ & lumẽ. Laudate eũ cæli cælorũ: & aquæ quæ super cælũ sunt laudẽt nomen domĩ. Quia ipse dixit & facta sũt: ipse mãdauit & creata sũt. Statuit ea in æternũ & in sæculũ sæculi: præceptũ posuit & non præteribit. Hæc hebræoꝝ dogmata merito erroribus gẽtiũ spretis cõplectimur uirtutes cæloꝝ ut dei mĩstros honorãtes. Solũ autẽ deũ & uerbum ac spiritũ eius q cælũ & terrã ac oĩa quæ in ipsis sunt creauit: & a nihilo simpliciter produxit: ut hebræorum doctrina occultius & euãgelica expressius præcepit colimus atqꝫ adoramus.

Vnc cōseqnens esse uidet̄ ut qualē hebræi de cōtraria uirtute doctrinā tradiderūt ꝓspiciamus. Virtutes igit̄ ministrantes & spūs q̄ ad ministeriū mittunt̄ ꝓpter eos q æternæ cōsecuturi uitæ sūt hæreditatē sāctos dico āgelos dei diuina luce frui ac iccirco luīaribus cæli cōferri docti a scriptura credidimus: a qbus puersi qdā spūs cū sua neqtia diuinā lucē suscipere nequerīt tenebræ factæ sūt. Quorū primū q̄ etiā aliis defectionis causa fuit quoniā penitus ꝓpter īpietatē suā in terrā decidit: qq; totius uenenosæ prauitatis auctor est sponte a luīe ad tenebras lapsū draconē serpentēq; lætiferi ueneni ꝓductorē atrocem bæluam & læonem humanis carnibus uiuentem ac denique basiliscū scriptura solet appellare. Causa uero q̄ lapsus ē furor mētis & arrogātia hoc pacto dicit̄ fuisse qūo decidit d̄ cælo lucifer q mane orit̄ contritus est in terrā: qui mittit ad omnes gentes: tu autē dixisti in mēte tua ī cælū ascendā: sup astra ponā sedē meā: & ero altissimo similis. Et rursus hæc dicit dnūs quoniā exaltatū ē cor tuū: & dixisti deus ego sum & domiciliū dei habito. Et iterum in mōte dei natus es īter igneos lapides īmaculatus ī diebus tuis: ex quo die creatus es donec iniustitiæ inuēte ī te sūt. Exaltatū ē cor tuū ī pulchritudine tua: corrupta ē scīa tua cū pulcritudine tua: ꝓpter multitudinē delictoꝶ tuoꝶ in terrā deieci te. His uerbis aptissime cū supioribus illū uirtutibus conuersatū fuisse docemur. Et quoniā ceruices extulit propter arrogātiā decidisse: sub quo īnūerabiles qdā sūt spūs simili īpietatis errore ꝓ lucida diuina regia beataq; habitatione ad cōueniētia sibi ac oībus īpiis loca tartari sētētia dei depulsi. Quæ loca abyssum diuina scriptura & tenebras non has: sed quas diuina uerba ītelligunt solet appellare: ex numero quoꝶ multi exercitatiōis hoīm gratia ī terra & regiōe quæ sublīa ē derelicti erroris hūāni & īpietatis gētiū cōcausa simul fuerūt: Quibus īterdū noīa īdit scriptura malignos spiritus & dæmonas ptātes & prīcipatus mūdi huius appellās īterdū symbolice quū piū atq; religiosū uirū ne multitudinē dæmonū formidet hortet̄ Sup aspidē enī ait ābulabis & cōculcabis leonē & draconē. Signū aūt ē deū ab ipsis odio haberi: eiusq; uoluntati repugnare: quoniā se ipsos deos putari cupiūt: & dei cultū in se trāsferre conant̄ diuinationibus atq; oraculis tanq̄ incētiuis stultos allicientes quos a deo rapientes ad ꝓfundū īpietatis detrudūt. Solis autē hebræis malitia illoꝶ a priscis fuit ītellecta tpībus apertissime dānātibus oēs deos gētiū dæmonas esse. Nunc aūt dei gr̄a p saluatoris nostri euāgelicā doctrinā uniuersis

orbis uinculis dæmonũ solutus deũ uerum glorificat.

Ed phœnicũ qdē ac ægyptiorũ theologia casu hoīm cæterorũq; aīaliũ pductionē factā e terra dicebat: nullũ inter rōnalē aīam & irrōnalē substātiā discrimē arbitrata: qbus abiectis hebræos laudamus: q pulcherrime ac sapiētissime ac ideo uerissime de prima hoīm pductione docuerunt duplici quadā natura cōstitutũ esse hominem asserentes: cuius altera pars quũ incorporea & īmortalis sit: uerus hō existit ad imaginē & similitudinē dei: nō fortũa & casu: sed a deo ipō creatus. Voluit enī suprema oīum causa nō carere rōnabilibus terrā aīalibus: ut nō solũ a cælestibus uerũ etiā a degētibus ī terra maiestas sua laudaretur. Itaq; dixisse deum scriptura testat̃: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā: & fecit deus hoīem ad imaginē & similitudinē suā fecit eũ: Et rursus Formauit igit̃ deus hoīem de limo terræ: & īspirauit in faciē eius spiraculũ uitæ: & factus homo in aīam uiuentē: quē textũ iudæus Philo exponēs his uerbis utit̃: Cæteri qdē ab ætherea natura mētē nr̃am cōstare dicētes ætheri affinē eē hominē uoluerũt. Moyses aũt ille nulli creaturarũ rōnalē aīam similē: sed nomisma dei uerbo suo insignitũ esse uoluit. Inspirauit enī deus inqt in faciem eius spiraculum uitæ: & factus est homo in animā uiuentē: Et quoniā necesse est mittēti missũ similē esse: iccirco ad imaginē dei homo: nō ad imaginē creaturarũ alicui factus esse asserit̃. Anima igit̃ hoīs uerbo dei designata: necesse fuit corpus quoq; ad fulgentissimas ptes mũdi uisũ erigere. Hæc Philo. Non ergo absq; cā cætera qdem aīalia nutu diuīo uel a terra uel aqs pruplisse: Solus aũt hō ad imaginē & similitudinē dei factus asserit̃. Quare solus oīum quæ sunt in terra rōnis participes prīcipari ac regere leges ferre artesq; īuenire potest Sola enī hoīs intellectualis aīa ac rōnalis est: reliqua omīa mortalia ad seruiendũ hōi facta sunt: præest enī uniuersis quasi dn̄s atq; dux hō rationis uiribus robustiora corpore domās: iccirco prudētiæ iustitiæ aliarũq; uirtutũ capax ē: & ad cælestia se ipsũ extollens stellarũ cursũ orbiũq; uolutiones ita quærit ut cælestē se esse argumentũ præbeat: Quod aũt sibi circũiacet terrenũ corpus opus & ipsũ dei est de terra sũptũ & in terrā reuertēs. Qua ppter oportet sicut pecoris cuiusdā ita corporis hoīem curā habere: alereq;: colere ipsũ ut seruũ ad huius uitæ misteriũ putilē: dn̄m uero īteriorē quasi dei affinē uehemētius amare ac honorare: quoniā & a prima causa honoratus est: hōi igit̃ sic

7

diuinitus ornato idoneum deus largitus domiciliũ fuit. Ipse autẽ sua ſpõte diuini cõtẽptu præcæpti ĩ domiciliũ mortale decidit: ꝓpterea pietatẽ eſſe adhibendã cenſemus: & uirtuti dandã operã: ut delictum noſtrũ deleamus: & ad primũ redeamus ſtatũ: Non enĩ in terris finẽ homĩ eſſe conſtitutũ: ſed illic unde reſiliit reſtitutiõe imaginis quam deprauauimus. huiuſmodi ſũt quæ de natura hoĩs hebræoꝝ doctrina antea quã græci omnino eſſent philoſophata eſt. Græci uero heri uel nudiuſtertius nati nõnulla e barbaris multa ab hebræis ut ꝓgrediẽtes monſtrabimus furati ſunt.

Erum quoniã hebræorũ ueritas unum creatorẽ omnium deum cognoſcit: ipſius quoq; ſubiectæ corpibus ſubſtãtiæ quã hylen appellare ſolẽt: Innumerabiles uero tã barbari q̃ græci cõtra opinãt: Alii malignitatis fontẽ eẽ hylen nec genitã nec corruptibilẽ dicẽtes alii natura ſui abſq; qualitate figuraq; aſſerẽtes uirtute diuina mũdũ ab ipſa formatũ aſſerũt: Rationibus demonſtrãdũ eſt ſolã hebreorũ opinionẽ nõ falſã eſſe. Vtar aũt ut ſoleo nõ meis ſed alienis. Dionyſius igitur in primo aduerſus Sabeliũ hæc de ꝓpoſita quæſtione reliquit. Non ſunt abſq; ſcelere illi q materiam primã ad fictionem totius deo ſubiecerũt: q̃ dicunt quũ paſſibilis mutabiliſq; natura ſit diuinitus ad generationẽ omnium alterari: ſed oſtẽdant nobis unde ſimilitudo ac diſſimilitudo materiæ primæ ad deũ ẽ: neceſſe enĩ eſt ſi poſitionẽ ſuã uolũt ſuſtentare ſupiorẽ quendã deo excogitare: quod nefandiſſimũ ẽ. Præterea quũ nõ genitũ eſſe ſimiliter de utroq; dicatˀ & aliud alteꝝ ab altero ſit: unde id ipſis aduenit? Nã ſi nõ genitus deus ꝑ ſe ẽ & ipſũ non genitũ eſſe ut quiſpiã diceret ſubſtantia ſua eſt nõ erit nõ genita hyle. Nõ enĩ idem eſt deus & hyle: quod ſi utriq; eſt quodcũq; eſt id eſt deus q̃dem deus: materia uero prima materia. Ineſt aũt utriſq; nõ genitũ eſſe: patet aliud eſſe ab utroq; & utriſq; prius atq; ſupius. Ad hæc cauſã reddi poſtulabimus: quã ob rem quũ utrũq; nõ genitum ſit deus q̃dẽ impaſſibilis ĩmutabilis ĩmobilis atq; actiuus ẽ: materia uero prima e contra paſſibilis mutabilis mobilis oĩs alterationis recæptiua Quomodo aũt etiã apte conuenerũt? utrũ ad materiæ primã naturã adaptauit ſe deus quũ ab ea mundũ fabricatus eſt an e cõtra? Sed hoc ultimũ ĩpoſſibile. Nõ enĩ põt res ĩſẽſibilis accõmodare ſe ad artificẽ: Primũ aũt peĩus nefãdũ ſi qs putet ſicut artificẽ ad materiæ aptitudinẽ primã cãm ſe accõmodaſſe. Relinqˀ ergo ut a dei ſapiẽtia uaria

& ut ita dicã multiformis formaꝝ scilicet oĩm receptiua hyle ꝓducta sit: Multa dici possunt sed modo nõ est nobis hæc quæstio proposita: meliores tamen sunt q hæc dicunt q̃ q ĩnumerabiles deos alium aliud creasse cõtẽdũt. Hæc a Dyonisio sũpta sufficiãt: nũc Origenẽ audias Si qs aũt putat nõ posse deũ absq; subiecta inqt materia qcq̃ efficere quoniã nec statuarius absq; lapide statuã nec lignarius faber siẽ lignis rogãdus est si arbitraẽ deũ posse qcquid uelit. Eo enĩ pacto quo sicuti uult ad totius ornatũ ĩeffabili uirtute absq; sapĩa qualitates nõ entes ꝓducit: quod omẽs q ꝓuidentiã fatenẽ cõcedũt: substantiã quoq; q̃q̃ uult ꝓducere potest: Mihi aũt uideẽ q hæc dicunt fortunã quoq; deo annectere: q nisi materiã primã forte repperisset nõ esset auctor nec pater nec creator & dñs uniuersi: præterea unde factũ ẽ ut sufficiẽs ad uniuersa fĩgẽda nec supfluẽs aut deficiẽs materia subiecta sit: seqẽ enĩ necessario a ꝓuidẽtia quadã deo supiore ne scilicet ars dei pdereẽ si nõ haberet materiã artificii suscæptibilẽ deo materiã esse subiectã Vnde aũt oĩm quæ deus uult recæptiua materia eẽt nisi eã deus talẽ qualẽ uoluit ꝓduxisset? Sed nõ genitã esse materiã supponẽtes sic aduersus eos ĩsurgemus: si nulla ꝓuidẽtia deo materiã nõ subiecit: quæ tamẽ ei subiecta est quasi p ꝓuidẽtiã esset subiecta. Quid præstãtius factũ est q̃ ea quæ casu fiũt? Quod si nõ est a deo ꝓducta materia cur mũdũ ab eo formatũ dicũt? an qa tãtã mũdi fabricã nisi a sapientissĩo artifice nõ potuisse fieri credũt? Sed materiã quoq; tantã atq; talẽ ut corporaliũ reꝝ formas oẽs possit suscipe nõ nisi ab oĩpotẽte sapiẽteq; artifice fuisse credendũ. Quum autẽ obiiciant neminẽ posse artificẽ absq; materia qcq̃ facere: sciant se multo dissimilia dicere. Prouidẽtia enĩ semper hoĩum artibus materiã subiicit. Hæc aduersus illos dicta sufficiãt: q quõiã ĩuisibilis terra ĩformisq; diciẽ: iccirco materiã primã nõ genitã existimarũt. Hæc Origenes. Philo aũt iudæus de hac quæstione sic scripsit. De q̃ntitate aũt substãtiæ utrũ facta sit dicendũ est ad formationẽ uniuersi tãtã materiã deũ creasse: ut nec superflueret nec deficeret: absurdũ enĩ ẽ hũc uel illũ artificẽ diligẽtissĩe de q̃titate materiæ suffiiciẽtis præcipue ĩ preciosa materia ꝓuidere: deũ uero q numeros & mensurã oĩum nouit mĩme de hoc ꝓuidisse. Ausim igiẽ exclamare nec pluri nec pauciori materia ad creationem mũdi opus fuisse. Nõ enĩ ĩteger ex omĩbus ptibus mũdus esset si nõ a sufficienti materia esset formatus: Sed quũ prudentis ꝓpriũ artificis sit antea q̃ ĩcœpit sufficiẽtiã materiæ ꝓspicere: hõ qdẽ mortalis errare põt: ut nõ

nūq̄ deficiēti materiæ additamēta quærat: nōnūq̄ ablationē a supflu-
ente. Deus uero cui nihil de ē: qꝗ oīa pōt ad unguē sufficiētē ꝓduxit
hylē: Sed q̄ cauillari uolūt argumēta multiplicāt: q̄ uero philosopha-
ri ueritate reꝝ cōtēti sūt. Hæc etiā Philo. Maximo uero īsigni apud
christianos uiro liber qdā de materia scriptus est: unde nōnulla mihi
sumēda eē uideo ad exqsitā quæstiōis decisionē: Credo inqt te quoqꝫ
ipsū uidere duo nō geīta simul esse nō posse: q̄uis illud addidisti alteꝝ
ex duobus necessariū uideri aut sepatū eē deū a materia aut cōiūctū
Si igit̄ cōiunctū eē q̄dā uoluerit dicere: unū nō genitū dicet. Nam si
cōiūcta simul sūt duo nō genita esse nō possunt: Sed sicut cōsequēter
dicimus unā rē genitā hoīem esse multis ptibus cōstitutū: sic necesse
ē si nō ē sepatus a materia deus: unū nō genitū dicere: sin uero sepatū
q̄s dicet: necesse erit aliquod īter eos esse discrimē quo disseparēt: nō
enī pōt aliud ab alio distare: nisi tertiū quoddā sit quo distare dicunt̄
Istud aūt ulterius ꝓgredit̄. Nā si tria dabunt̄ īgentia: similiter de ipīs
quærā: & si cōiuncta qs dicet: supiore referā rōnē: sin uero separata:
q̄rtū necessario ītroducet: quæ sepatio efficit̄. Sed illud forsan q̄spiā
cogitabit: nec separatū esse deū a materia: nec rursus cōiūctū: sed eē
in materia uelut ī loco & materiam in deo tanq̄ continēs: Erit ergo a
materia circūscriptus deus: quūqꝫ ipsa in stabilitate sua huc atqꝫ illuc
ferat̄ ipse quoqꝫ mutabilis erit. Præterea si materia īforīs fuit: ornata
uero formis ad melius a deo mutata: deus quoqꝫ erat ī re locoqꝫ īformi
Ad hæc īterrogādū ē utrū deus replebat materiā: an in parte aliqua
materiæ fuit: nā si in pte fuit minor multo q̄ materia ē: si totā reple-
bat qūo eā trāsmutādo formauit! necesse enim est aut cōtractū illud
formasse: qd' sui cōtractiōe uacuū fuit relictū: aut se quoqꝫ ipsum una
cū materia transformasse. Quod si materiā esse in deo quispiam dicat
similiter quærēdū ē utrū quasi sepata ut uolucres in aere an ut ī loco
Si enī sepatam ut uolucres in aere dixerit partibilis ergo deus: īmo re
ipsa scissus: scindi enī disseparariqꝫ necesse ē ad recæptionē alioꝝ: Sin
uero ut ī loco quū deformis materia per se sit nec a prauitate aliena:
erit deus deformitatis & prauitatis locus: quod cogitar̄ nefandissimū
ē. Ita quū hylen ingenitā putes ne malorum causa deus esse uideatur
malignitatis recæptaculum deum dicere cogeris.

I ergo materiā nō genitā prīcipaliter diceres multis rationibus
īpossibile id esse demōstrarē: uerū quoniā maloꝝ ipsā causā esse

opinaris: & ex hoc etiā īduceris ut nō genitā credas: ad hoc uertēda
mihi ōrō eſt. Si enī adaperiā quo pacto mala fiant oſtendamqꝫ nō eſſe
poſſibile quin maloꝝ auctor deus ſit ſi materia ei aliunde ad creandū
ſubiicit: opīo hæc fūditus euertit: Sine q̄litatibus ergo coæternā deo
fuiſſe materiā: unde mundū iſtū creauit opinaris: Sic prorſus. Si ergo
ſine qualitatibus materia fuit: ſūt autē in mūdo q̄litates: qa a materia
diuinitus factus ē: qualitatū ꝑfecto deus ꝓductor ē. Ita mihi uidetur.
Qualitates porro nō a ſubiectis q̄litatibus fcās eē: & aliud a ſubſtātiis
dicis. Ita opinor. Si ergo nec a ſubiectis q̄litatibus eductæ a deo qua-
litates: nec a ſubſtātiis quoniā ſubſtātiæ nō erāt: a nō ente ſimpliciter
creatas diuītus fateri neceſſe ē: falſo ergo abſ te ī ſupioribus dicebat
īpoſſibile eſſe a nō ente ſīpliciter fieri qcq̄ a deo: quod tāto abſurdius
uidebit: q̄nto ſi diligētius qſpiā cōſideret: uel hoīes q maxīe ex aliquo
facere uident a nō ēte quædā ꝓducere. Architectus enī urbē facit ex
nō urbe: & tēpla ex nō tēplis. Quod ſi qa ſubſtātia ſubiecta ē archite-
cto: iccirco ex ēte ipſū facere opīaris: nō paꝝ erras: nō ē enī ſubſtātia
quæ urbe facit aut tēpla: ſed ars quæ circa ſubſtātiam ē. hæc aūt q̄uis
ex arte fiat quæ in hoīe eſt: nō eſt tamē in lapidibus: ſed forſan dices
ideo nō eſſe ex nō ente artē qua urbs cōſtat: qa ſit ab artificio quod in
artifice eſt. Ego uero tibi reſpōdeo artē illā quæ ī homine ē nō ab alia
quadā arte ſed a nō ente in hoīe fieri. Accidētia enī oīa in ſubſtantiis
& fiūt & ſūt. Hō enī ſine ullo artificio exiſtit: ars uero nulla erit niſi
prius hoīem eſſe ītelligaūs. Quare ars a nō ēte ī hoīe facta neceſſario
eſt: ꝙ ſi hoībus hoc modo ſe habet: qūo nō oportebit deum nō ſolum
qualitates ueꝝ etiā ſubſtātias a nō ēte ſīpliciter arbitrari poſſe crear̄
Si enī aliqd ex nō ente ſimpliciter poſſe fieri a deo fateris: ſubſtantias
etiā a nō ēte ſīpliciter ab eo poſſe fieri cōcedas neceſſe ē. Veꝝ quoniā
apprime audire deſideras unde mala oriant: quæro abſ te utꝝ ſubſtā-
tias aut qualitates ſubſtantiaꝝ mala opinaris? Qualitates ſubſtantiarū
arbitror. Materiā aūt abſqꝫ q̄litate ac de formē fateris? Dictū memī.
Si ergo ſubſtantiaꝝ qualitates mala ſunt: & materia ſine qualitate ē:
deuſqꝫ oīm qualitatū creator cōcedit: erit malorū oīum auctor deus.
Quare ſi abſ te materia nō genita ponebat: ut maloꝝ cām deū dicere
nō cogereris: cogeris aūt hoc facer: multo magis materiā ei ad creādū
ſubiiciēs fruſtra id certe opinaris: hæc ſufficere mihi uident: niſi tu
aliqd hēas ego ſi cōtētiōis nō ueritatis cupiditate uerba hæc facereūs
nihil āplius quærerē: ueꝝ quoniā caritas ē quæ nos mouet & utilitatis

ꝓximi causa disputamus: altius de his differendũ arbitror: & quoniã nihil aliud q̃ ueritas quærit: quoquo mõ putas facilius atq; dillucidius id fieri posse: Sic orõne utaris: ut nõ tibi solũ uerũ etiam mihi magnũ cõferas fructũ. Sed quoniã qualitates esse mala superius diximus: nũc substãtias potius quasdã mala esse arbitror. Quid tu substantiã dicis? nõne illam quæ ita per se existit ut nullo modo ĩdigeat & existat? Sic omĩno. Malũ autẽ actũ alicuius esse opinaris? an quõ? Actũ profecto. Nõne igit̃ actus agẽtis est? Est prorsus. Quũ autẽ nihil agẽs sit: putas tu actũ eẽ posse? minĩe. Si ergo substãtia nulla re alia ĩdiget ut existat mala uero actus sũt: & oẽs actus quũ alicuius sint agẽte aliquo sũt: & nõ agẽte nõ sunt: nõ erũt ꝓfecto mala substãtiæ: quod si ea quæ agũt substantiã putas: uerũ id qdem est: ut homicida ea ratiõe qua homo ẽ substãtia est: Cædes aũt ipã nõ ẽ substãtia: sed substãtiæ opus ac ideo interdũ bonũ hoĩem ĩterdũ malũ uocitamus: dicunt́q; ãbo hæc noĩa de hoĩe ꝓpter bonos & malos actus: q sũt accidẽtia. Cædes enĩ nõ est substãtia: sed nec liberalitas: nã quẽadmodũ a grãmatica grãmaticus a medicina medicus dicit̃ quũ substãtia nec medicina nec grãmatica sit: sed ab his accidẽtibus apellationẽ accipiat: similiter a malis malus homo dicit̃: & a bonis bonus quũ neutrũ eoꝝ sit. Quare si quem aliũ præter hoĩes causã esse malorũ putas: simili modo inquantum hoĩbus suggerit mala ab actu suo ipẽ quoq; malus erit: Sic enĩ & homo malus dicit̃ qa mala agit. Quæ aũt agunt̃ mala nõ ẽ ipse q agit: sed actus eius a qbus apellationẽ accipit: Nã si agẽtẽ ea dicemus quæ agit: agit aũt cædẽ: erit homo cædes: Et sic quoniã quæ agũt quũ agunt̃ solũmodo sũt: facta uero esse desinũt: erũt hoĩes quũ agũt: & quũ nõ agunt nõ erũt: Quæ falsa atq; ĩpossibilia sũt. Sũt ergo mala hoĩs actus: appellaturq; homo malus nõ ex eo quod substãtia ẽ: sed ex eo quod mala agit Malũ enĩ dici ab accidẽtibus substãtiæ quæ nõ sũt substãtia iã cõcessimus: ut a grãmatica grãmaticus dicit̃. qđ si quæ agunt̃ tũc ĩcipiunt quãdo actus incipit̃: certe is etiã q male agit tũc ĩcoepit malus eẽ q̃do male agere coepit. Nõ ẽ ergo malũ absq; prĩcipio: nec nõ genita mala sunt: sed ab eo genita atq; profecta a quo aguntur. Recte o amice e præsuppositis enĩ ꝓbe ĩtulisti. Nã si absq; q̃litatibus materia prima ẽ: estq; qualitatũ auctor deus: mala uero qualitates sũt: mala essẽt a deo Sed cõtra rationẽ istam hæc quæ dixisti sufficiũt: mihi uero in mẽtẽ nunc uenit falso absq; q̃litatibus hylẽ affirmari. Nulla enĩ substantia uere absq; qualitatibus dicit̃: quũ enĩ absq; qualitatibus dicit̃ qualitas

eius ꝑfecto significať. q̃lis enĩ quædã materia certe prima diciť: quũ huiusmodi eẽ dicať: ut aliq̃d ĩ se nõ possideat: quæ res certe qualitatis quedã species est. Ad hãc igiť rõnẽ oro respõdeas. Nã quũ nõ genita hyle mihi uideať: qualitates esset ĩnatas hẽre uidetur: & sic ab ea defluere oĩa quæ mala sũt: Ita deus maloꝝ causa nõ erit. Magna te puto laude dignũ ꝙ absq; ulla ꝑtinacia ueritatẽ quæras: causãq; nobis præbeas: ut aut a uerbis tuis facilius tibi ꝑsuadeamus: aut rõnibus acquiescentes ueritatẽ discaũs. Sed si ĩnatas hẽt materia qualitates cuius rei auctor erit deus? quũ neq; substãtias nec q̃litates ꝓduxerit: quippe cũ tam substãtia q̃ accidẽs serui huiusmodi rõnis uim a prĩcipio fuerint. Dic igitur quæso quo pacto deũ creatorẽ appellas. Vtꝝ q̃a substãtias in alias substãtias mutauit: an q̃a substãtias q̃dẽ nõ mutauit: q̃litates aũt eaꝝ mutauit. Absurdũ mihi uidetur mutatã fuisse substãtiã diceř Qualitatũ igiť mutatiõe creatorẽ appellari deũ assero. Nã queãdmodũ quũ e lapidibus domus fit: nõ ẽ dicẽdũ lapides ĩ domũ eẽ mutatos: Sed quali quadã deoꝝ cõpositione domũ factam eẽ: quũ qualitas ista cõpositiõis lapidũ alia sit ab ea quã prius habebant. Sic mihi uidetur ꝑmanẽte substantia q̃litatũ mutatiõe hũc mũdũ factũ esse diuinitus. Quoniã ergo qualitates quodã modo quasdã a deo factas ais: respõdeř mihi nõ dedigneris mala substantiaꝝ ne qualitates sunt: & qualitates ĩhærẽt materiæ sẽp an ĩpressæ fuerũt: In se dico absq; principio: has igitur q̃litates a deo mutatas fuisse asseris? Ita ꝓrsus. utꝝ igiť ad melius aut ad peius? Ad melius scilicet. Si ergo q̃litates ĩ materia ĩhærẽt quæ ĩ melius mutate sũt: quærẽdũ adhuc restat ũde mala orta sũt: aut enĩ nõ ꝑmãserũt q̃litates illæ malæ natura ut erãt: aut si ꝑmãserũt malæ malignitatẽ eaꝝ ĩ melius deus nõ cõuertit: & sic maloꝝ causa ad deũ rursus referť: aut forsã malas qualitates materiæ mutatas esse nõ dicis. Eaꝝ uero mutatiõe quæ ĩdifferẽtes erãt uniuersa diuinitus cõstructa opinaris. hoc mõ certe. Cur igiť malas q̃litates reliq̃t utrũ q̃a euellere noluit? an q̃a nõ potuit? Nã si noluit & potuit: necesse tibi erit causã maloꝝ deo attribuere: q̃ mutatione mundũ creans non destuxit neq; mutauit in melius mala quũ potuerit. Nec poteris si ita opinaris deũ nõ culpař q̃ malignitatẽ materiæ nõ abstulit quũ posset: sed ad ꝑniciẽ creaturaꝝ reliq̃t. Præterea maxĩa quædã ĩiuria ipsi quoq; materiæ illata ẽ: peius enĩ mõ se hẽt q̃ anteq̃ formareť: tũc enĩ ĩsita sibi esse mala nequaq̃ sẽtiebat: nũc uero multæ ꝑtes eius acerrimum maloꝝ sensum ꝑcipiũt: quod exẽpli gr̃a ĩ hoĩe uideamus. Materia enĩ homĩs anteq̃

formaret & creatoris artificio ĩ aĩal cõmutaret:nihil pcipiebat:postea uero q̃ in hoĩem uersa ẽ:acutũ hẽt maloꝝ sẽsũ: ita ꝗ diuĩtus materiæ ad beneficiũ ipĩus eueĩsse asseris peius ille fuisse ĩueĩt: Sĩ uero nõ potuisse deũ ĩsita materiæ mala tollere cõtẽdis: ĩpotẽtẽ deũ eẽ asseris:q aũt ĩpotẽs ẽ aut natã inbecillus ẽ aut sũpioris cuiusdã terroris ac formidĩe premit. Si ĩbecillũ arbitraris & firmus ĩ hoc proposito cõsistis: actũ ẽ de salute tua. Sin aũt a maiore quodã præmitur:erũt mala deo efficaciora q̃ uires eius retũdũt:qđ dictu nefas de deo ẽ. Ad hæc q̃re malũ potius deus nõ ẽ:siqdẽ illũ eẽ deũ dicimus: cuius uires sup omĩa sũt? Sed respõde mihi quæso de materia ipã rursus quærẽti utꝝ sĩplex quædã erat an cõposita? Nã si ũica fuit atq; sĩplex quomõ mũdus q ex ea est cõpositus uere dicit? quũ illud compositũ sit qđ a multis uariisq; constitutũ ẽ? Quod si cõpositã fuisse respõdebis erãt ergo a sĩplicibus qbusdã cõposita:q̃re absq; prĩcipio nõ genita æternaq; materia eẽ nõ põt:nõ enĩ erat anteq̃ sĩplicia ex qbus cõponit cõuenissẽt: deinde nõ duo sed multa tibi erunt nõ genita. Simplicia enĩ ex quibus hyle tibi cõponitur multa ac uaria esse necesse est. Præterea uidetne tibi qcq̃ sibi ipsi repugnare atq; opponi? Nihil omnĩo. Quid porro aquæ ignẽ opponi negas? nullo modo:luci autem tenebras:frigido calidũ:sicco humidum? nonne similiter opponitur? Similiter non inficior. Si ergo nihil sibi ipsi opponit nõ erit materia una nec ex materia una: simile huic illud est:quod modo quæram:uidẽturne tibi alicuius totius ptes aliæ aliarum destructiuæ? Nequaq̃. Ignem autẽ aut aquam cæteraq; huiusmõi nõne materiæ ptes putas? Sũt certe materiæ ptes. Ignis porro nõne aquæ destructiuus: & e cõtra tibi uidet? Scilicet. Si ergo ptes totius aliæ aliarum destructiuæ nõ sunt:ignis autem & aqua cæteraq; huiusmodi alterum alterius destructiuum est: nõ erunt partes unius materiæ:nec ipsa erũt materia quoniã nihil sui ipsius destructiuũ est: nihil enim sibi ipsi opponitur aut repugnat: aliud certe alii opponit: ut albũ nõ opponit albo:sed nigro: & tenebræ nõ tenebris: sed luci. Si ergo una quædam esset materia nulla oppositio in rebus ĩueniret. Quum autẽ aliæ rerum aliis opponant nõ eadem esse uident materia omnium. Hæc Maximus. Sed huius uoluminis iam modus sit:in quo priscoꝝ sãctoꝝq; hebræoꝝ uitas q multo ante Moysẽ fuerãt breuiter pstrinxi:quos oẽs admirati diuinis laudibus psequmur & psequemur. Imitationẽ illoꝝ tãti nobis facimus: ut eã nobis recte concedi diuĩtus deprecemur.

VNC ordine ꝓgrediẽtes ad moysi disciplinã quæ secũdũ gradũ tenuit: & solis iudæis nõ aliis gẽtibus data ẽ trãsitũ faciã. qđ aũt nulli alii gẽti sed iudæis solũmodo Mosaica disciplĩa data ẽ: nec idonea uel possibilis aliis fuit tpr̃e suo ꝓbabiũs: sed quẽadmo/dũ ægyptiorũ doctrinã ipsorũ ægyptioꝝ uocibus exponebã cæteraꝝq̃ gẽtiũ theologiã suoꝝ testiõnio auctoꝝ explicabã ita nũc quoq̃ faciẽdũ ẽ a iudæis ipĩs & ab illis maxĩe ꝗ doctissĩ habẽt ante oculos oĩa ponã si prius quomõ in lĩguã græcã & quãta diligẽtia libri iudaici traducti sunt exposuero. Cõmodissimũ enim id mihi ad euãgelicã doctrinã cuius præpationẽ modo scribimus fore arbitror. Quũ enĩ saluatoris nr̃i tꝑa uiderẽt ꝓpriis adueĩre cõducebatq̃ maxĩe saluti oĩm gẽtiũ quæcũq̃ a ꝓphetis scripta fuerãt ĩtelligere ꝑ linguã græcã q̃ fere oẽs gẽtes ĩtelligũt iudaicã scripturã uniuersis ꝓposuit. Aut enĩ post Saluatoris nr̃i tꝑa nõ habuissẽus iudæis ex ĩuidia occul/tãtibus aut corruptiores nobis dedissẽt aut si recte haberi potuissẽt ĩ suspitionẽ traductores facile uocarẽt. Saluator ergo nr̃ ꝗ ut deus oĩa præuidebat optĩa dispositione usus Ptolemæo ægyptioꝝ regi tradu/cẽdorũ libroꝝ cupiditatẽ ĩiecit: Quã rẽ Aristæus uir doctus utpote ꝗ rebus aderat diligenter cõscripsit. Fuit aũt traductio facta tẽꝑibus secundi Ptolemæi ꝗ Philadelphus uocatus ẽ: Sed aristæi uerba opæ/preciũ ẽ audir̃. demetrius ĩqt Phalereus ĩ regia biblioteca cõstitutus grãdẽ a rege pecuniã accæpit ut ũdiq̃ ad bibliotecã regis uel emẽdo uel transcribẽdo libros cõgregaret: memĩq̃ interrogatũ me præsẽte a rege quotnã libri iã in bibliotecis essẽt dixisse plures q̃ ducẽta milia: sed breui tẽpore nõ erunt forsan pauciores ꝗngentis milibus si nõ ab uniuersa græcia solũ quod feci uerũ etiã ab aliis gẽtibus ac præcipue a iudæis quoꝝ doctrina ꝑutilis mihi eẽ dicit̃ q̃ plura possumus uolumĩa congregamus. Et quænã rex inqt causa detinuit ne iudæorum libros quæ regio nobis affinis ẽ aut emeris iã aut trãscripseris præsertĩ quũ ad hãc rẽ tãta tibi præstet̃ pecũia quãtã petieris. Tũ Demetrius tra/ductiõe opus ẽ ĩqt: ꝓpria enĩ lĩgua & diuersis utũt̃ q̃ ægyptii litteris. Multi eos syrica & lĩgua & lr̃is uti cẽsẽt: quod ita esse nõ ĩuenio. Post hæc rex præcæpit demetrio scriber̃ ad se đ iudaicoꝝ libroꝝ traducti one. Oĩa enĩ tãta diligẽtia faciebat ut uel res minimas petitiõibus atq̃

mãdatis exactissĩe scriptis ageret. Quare ipẽ quoq; cũcta ut gesta sũt
cõscripsi. Hanc igitur epistolã Demetrius Philadelpho misit. Regi
magno Demetrius. Quoniam praecepisti o rex ut undecunq; possim
ĩ bibliothecã tuã libros utiles congerã: maiestati tuae refero iudaeorũ
disciplinã & leges litteris & lĩgua sua cõscriptas ꝑutiles mihi uideri.
Feruntẽ enim abiecte nõnulla translata tãtae certe admirationis: ut &
ĩtegra & diuina sola legũ sãctio iudaica uideatẽ. Sic enĩ etiã Hecataeus
abderita propter sanctionem legis nec a poetis gentiũ tactã arbitratẽ:
nec diligẽter ab historicis expositã. Si ergo tibi uidetur o rex scribatẽ
ad pontificem iudaeorum ut de singulis tribubus seniores uiros legis
peritos & probos sex mittat: ut diligenti examine id eligamus in quo
plures cõueniẽt traductores. Ista quippe res digna mihi maiestate tua
uidetur: foelix sis perpetuo. Tunc rex ad Eleazarũ scribi iussit quod
captiuos iudaeoꝝ remiserit: & auri quĩquaginta talẽta: argenti centũ:
& lapides nõ paucos ad crateras: phialas & mensam caeteraq; uasa &
sacrificia faciunda deo iudaeorum optulit: cuius epistola haec ẽ. Rex
Ptolemaeus Eleazaro põtifici salutem. Nõ ignoras multos iudaeorum
ĩ regione habitare nostra q ab hierosolymis persarũ in tempore quo
illi regnabãt abstracti fuerũt: quoꝝ multi cũ patre nostro in aegyptũ
ingressi maiori mercede in legionibus cõscripti sunt: quumq; fideles
ĩuenisset in praesidiis collocauit: ut eorũ formidine animos aegyptioꝝ
cõprimeret. Nos etiã postq̃ regni habenas suscepimus humanius tuos
tractantes plures q̃ cẽtum milia captiuos redemimus ac liberauimus
conuenienti mercede dominis deposita: & si quid ĩpetu multitudinis
perperam gestum est totum correximus. Putauimus enim id maxĩo
deo gratum fore: q tantũ regnũ cũ pace ac gloria nobis cõmendauit
De tuis etiam florentes aetate uolentesq; militare cũ dignitate aliqua
in exercitu constituimus & apud nos nõnullos admisimus. Quia igitẽ
uolumus & tibi & iudaeis tam praesẽtibus q̃ futuris gratissimũ facere:
decreuimus ut lex uestra litteris graecis ab hebraica lingua traducatẽ
ut uestra quoq; uolumina cum aliis regiis libris in bibliotheca nostra
ĩueniantur: recte igitur facies & nostro studio cõdigne: si uiros ꝓbos
& seniores peritos legis lĩguae graecae nõ ignaros sex ab ũaquaq; tribu
elegeris. Oportet enim quoniam res q̃maxima est illud eligatẽ in quo
plures conueniant traductores: hac re gesta nõ paruam nos gloriam
consecuturos arbitramur. De his rebus latius tecũ loquentẽ Andreas
de intimis cubicularis: & Aristo qui & primitias ad uasa & sacrificia

in templũ portãt argenti atq auri pondus nõ contemnẽdum. Scribe tu quoq ad nos de quibuſcunq uolueris. Gratũ enim id nobis erit & amicitia noſtra dignũ & q̃primũ fieri curabimus quod petieris. Vale
Ad hæc Eleazarus ſic reſcripſit. Eleazarus põtifex aĩco uero Ptolemæo ſalutẽ. Si tu & Ariſnoe regina & ſoror & filii ueſtri ualetis bene ẽ: & ut uolumus fit: ipſi quoq ualemus. Magno gaudio affecti ſumus quũ ꝑ litteras tuas bonã erga iudæos uoluntatem tuã cognouerimus Itaq uocato populo publice tuam epiſtolã legimus ut ſcirẽt quãtam in deum noſtrum habes pietatem: oſtendimuſq uiginti aureas phialas quas miſiſti & argẽteas trigĩta: & crateras quĩque & menſã argẽteã ad ſacrificandum & ad alia faciunda quibus templum egeret argẽti talẽta centum: quæ Andreas & Ariſto uiri probi & docti & te digni abs te nobis tradiderũt qbus latius diximus quæ uiſa ſũt. Oĩa enĩ quæ tibi conferunt etiã ſi præter naturã eſſent tui petentis gratia efficere parati ſumus. Plurima enim ac maxima: & quæ obliuiſci nũq̃ poterimus noſtro generi beneficia cõtuliſti. Quare ilico pro te & regina & filiis & aĩcis tuis ſacrificia optuliũs deo: & ornauit uniuerſus populus ut cuncta tibi ſicuti uis ſuccedãt: regnumq tibi cum gloria dominus omnium deus conſeruet. Præterea ut diuinæ legis cõmode ac ſecure fiat traductio: ſex ab ũa quaq tribu ſeniores elegi quos ad te cũ libris deſtinaui. Recte igiť facies rex optĩe exqſitiſſime traducta ſcriptura curare ut ad nos uiri redeãt. Vale. Multis deĩde hac de re dictis poſt iam traductam ſcripturã hæc ſubiũgit. Lectitata igitur examinataq traductiõe ſeniores ĩterpretũ ac ſacerdotes & multi ægyptioꝝ prĩcipes corã rege cõgregati ꝓpoſitis in medio libris magna uoce dixerũt quoniã probe ac ſancte diuina ſcriptura traducta eſt: decens modo ẽ rex iuſtiſſime ut caueãt ne quis peruertere aliquid audeat: quod quũ omnes uoce approbaſſent iuſſit rex ſecundũ morem ſuũ maledicere. Maledixerũt ergo ut ſolẽt ſi quis addiderit aut ſubtraxerit aut mutauerit aliquid rectiſſime id agentes ut perpetuo inuiolata ſcriptura ſeruaretur. His ita geſtis mirabili rex fuit affectus gaudio. Lecta uero uniuerſa ſibi fuerãt & admiratus legis latoris prudẽtiam dixit Demetrio: qũo nemo poetaꝝ neq hiſtoricoꝝ de tot tãtiſq rebus geſtis nullã mẽtionẽ fecit! Cui Demetrius diuĩa hæc lex ẽ: & a deo data ut uides ac ideo ſi q tetigerũt a deo percuſſi reſilierunt: Affirmauitq audiſſe a Theopompo quod cœperant nonnulla a iudaica ſcriptura trãſlata græca orõne ornare: & illico turbatione quadã mentis & aĩ ꝑculſus

magno studio deũ orasse: cuius rei grã id sibi acciderat: Audiuisseq; ꝑ somniũ quia res diuinas lenocinio inquinatis homĩbus aderet. Ego quoq; ipse ĩquit a Theodoto tragoediarum poeta accepi: quod quum nõnulla e iudaica scriptura ad fabulã quãdã trãsferre uellet lumĩbus captus fuerit: qui quoniã credidit hac d' causa id sibi euenisse magno tempore poenitentiã egit: & tandem sibi uisus fuerat restitutus. Tũc rex magna cum diligentia sancte scripturam iudaicã iussit reseruari.

Vnc disciplinã Mosaycam ut doctissimi iudæorum scripserũt exponam. Philo igit̃ de iudæorum ab ægypto egressu in primo libro quos de hypotheticis ĩscripsit ubi ꝓ iudæis quasi aduersus eorũ accusatores his uerbis utitur. Populus inqt iste q a Chaldæo parente traxit originẽ a syria in ægyptũ translatus post multos annos: quoniã multitudinem eorũ ægyptus nõ capiebat & magnitudine animorũ: ac simul quia somniis ac uisionibus exitus ei diuinitus significabatur magnopere in eam terrã unde maiores sui in ægyptũ ꝓfecti fuerant redire cupierunt. Quo facto a deo creuerunt ut ad hæc usq; tempora iudæorũ genus durauerit. Et paulo post ducebat aũt eos uir unus quẽ si uis nihilo prestãtiorẽ cæteris putato. petũt enĩ multi eũ obprobriis arte quadam malefica & lenocinio uerborum omĩa illi cõfecta fuisse dicentes. Sit sane: sed artificiũ tamẽ illud maleficum & uersutia hoĩs nõ modo uniuersũ populũ a siti fame cæterisq; ꝑiculis quæ quottidie locorum asperitate & solitudine accidebãt liberauit ac uelut ĩ copia rerum omnium aluit: uerum etiam longe ab omni seditiõe & sibi obtemperantes obtinuit. Nec breui tẽpore ista sed tanto seruata sunt: quanto nec domus una in pace atq; concordia cõseruari facile potest Itaq; non sitis non fames non calamitas aliqua non futurorũ formido non ignoratio euentorum aduersus maleficum illum uirum seductos populos ĩcitauit. Quam igitur uis artem aut uerborum lenocinia aut prudentiam aduersus tot tantaq; accidẽtia quotidie mala suffecisse! Aut enim subditus illi populus natura obtemperãs: humilis: & ꝑitia futurorum munitus libenter eum sequebatur: aut si illi mala fuerãt deus dura omnia eis mitigabat: & tam præsentiũ q̃ futurorũ notitiã Moysi cõcedẽs effecit ut tãdem ab omĩ ꝑiculo populus suus euaserit. Vtrum enim istoꝝ cõcesseris magna laude Moysem certe affeceris. Posteaq̃ in terram istam uenerunt & si quo pacto eam consecuti sũt diuinæ litteræ significant: malo tamen ego probabili coniectura q̃

ueritate historica uti? Vtrũ enim quispiam uoluerit ipse cõcedã aut multitudĩe aut armorũ peritia syrios & phoenices patriæ ꝓpugnãtes uicisse: aut ui qdẽ nihil fecisse: sed a dãtibus sponte regionẽ accepisse: ac nõ multo post pie & sancte uiuendi omnẽ disciplinam cõstituisse. Alterum enim fortissimos eos uiros: alteꝝ a deo sic amatos significat: ut etiam inimicis suis uenerabiles uiderent: quippe hostes atq; inimici erant eoꝝ a quibus regionem ubi & ipsi & maiores sui nati educatiq; fuerant repente auferre uoluerunt. Quomodo igitur nõ est mirabile atq; diuinum: si quasi melioribus sine ulla ui sponte hostibus cessisse fatearis? post hæc nescio quid primo qd secundo collocabo: probitatẽ ne legis: an obedientiam sanctitatem iustitiam & pietatem illorum q uirum illum a quo legem acceperunt sic admirati sunt: ut quicquid ille uellet: hoc deum uelle putarent. Nam siue prudentia illius hæc agebant: siue a superiore quadam uirtute doctus faciebat: ad auctorẽ deum omnia reducuntur. Mirabile nempe mihi uidetur duobus annorum milibus immo maiore tempore iam fere transacto: nõ enim exquisitissime annorũ possum dicere numerũ nec uerbum unũ ĩ lege illius esse ĩmutatum: sed centies unusquisq; Iudæorum morieť: q̃ legi mosaicæ derogabit. His dictis cõpendio transcurrit disciplinã ciuilẽ: quam iudæi lege mosaica tenuerũt deinceps. Nihil inquit huiusmodi apud iudæos est nõ forum & iudicia: nõ postergationes & moræ: nõ lites & accusationes: sed oĩa uera simplicia & cõstãtia. Si adulteratus es: si uim intulisti: si fornicatus: si aliquid boꝝ feceris morte punieris: si seruum si liberum uituperaueris: si uinculis premis: si abductum uẽdideris: si priuata si sacra sublegeris: si ĩpietate usus fueris: nõ ope solum ueꝝ etiã uerbo: ꝓpicius aũt nobis sit deus q hæc cogitauimus si in patrem si in matrem aut in benefactorẽ tuũ morte morieris non cõmuni: sed lapibibus obrutus: præterea mulieres uiris seruire oportere nõ ad cõtumeliã sed ad obedientiã: parẽtes in filios ad salutẽ eoꝝ habere ĩperiũ: unũquẽq; suoꝝ esse dominũ: nisi deo ea obtulerit. Nã si uerbo solum deo dedicauerit: tangere amplius nõ licet dei oblata neminẽ rapere nec aliena omĩo furari: ueꝝ etiã si uerbũ emiserit quo sua omĩa deo oblata esse uideãtur: ac demũ poenitẽtia ductus tãgere audeat: aut ad aliũ sensũ ꝓlata sibi uerba interpreteť: animã amittat. Sed longum esset oĩa dicere. Innumerabilia præterea sũt moribus & consuetudine sine scripto seruata: quæ quis odit non faciat: quæ non locauit nõ tollat: nec a prato nec a torculari nec ab area magnum aut

Nota ãnos

puũ aliqd auferat: Ignem petẽti dare: aquarũ fluenta non includere: Inopibus & mãcis opẽ petentibus stipẽ propter deũ esse concedẽdã: mortuis sepulchri locum nõ esse negandum: mortuoꝶ sepulchra nõ mouere: nihil mali cuiquã inferre: nõ obtundere aut eiicere sperma: nulla ui foecunditatem mulierum retardare: nõ aliter uti animalibus q̃ deus & lex uoluit: semina non dispergere: iugum non imponere: iniuste nõ habere modum præter mẽsuram: nec numũ adulteratũ: amici arcana in inimicitias lapsus nõ patefacias: non seperes liberos a parentibus etiam si captiuos habeas: non uxorẽ a uiro etiam si argẽto tuo emeris. hæc maiora pulchrioraq; sũt: illa parua multis uident̃ nõ destruere domi nidum. Nullius animalis preces quũ ad te lamentãti simile refugiat contemnere uelis. Sed lex quæ ista iussit magna cura seruãda eẽ cõstituit: maledicũturq; q nõ seruant: & deus ipse q oĩa perspicit ultor inuocat̃. Et paulo post non semel sed sæpius ĩmo uero singulis diebus septimis propter malos hæc repetunt̃: maledicuntq; qui nõ seruant. Ita nõ solum ad agendum exercitatos: uerũ etiã legũ pitos legis lator singulos effecit: septimis enĩ diebus in idẽ cõgregari uoluit: ut considentes scripturã audiant: ne quis se ignoratione possit excusare. Ita cõueniũt semper: & sedẽtes magno cuncti utunt̃ silẽtio: nisi ad laudẽ dictoꝶ uerbum aliquod cõmuniter emiserint. Sacerdos autem aut de senioribus unus legẽ recitat & exponit: fitq; per totũ id diem septimum usq; ad uespertinum crepusculum: deinde abeunt & sacrarum legũ peritiores & pietate multo munitiores. Num ociosi septimũ peragere diem iudæi tibi uident̃: an hæc quæ faciũt cæteris omnibus necessaria magis ducis? hac enĩ re fitne a iureconsultis quid faciundũ sit quæritẽt: nec per ignorantiã fallant? Sed unusquisq; facile de legibus atq; moribus interrogatus respondeat: & uir uxori: pater liberis: dominus seruis legis præcepta tradat. Facile de septimo quoq; ãno q̃uis nõ similiter dicere possumus: nõ enim ipsi ab operibus sicut septĩs diebus cessãt: sed agros ipsos cessare patiũt̃: ut uires ad futura suscipiãt. Multo enĩ foecũdiores reddũt̃: si quũ cessauerint ĩ noualia rursus ꝓscindunt̃: quod etiã corporibus hominũ accidit: semper enĩ eũdem ferre laborem & ualitudini obest: & robur animi atq; corpis deiicit. Sed si quis iudæo polliceat̃ foecundiorẽ in septimo anno agrũ futurum: si eũ coluerit nequaq̃ id facere patietur: nam & ipsi a laboribus accipere se uolũt: & agros aliquãdo q̃escere: ut & ipsi lætiores & agri foecũdiores alio initio laborum sumpto efficiant̃. Magnæ aũt

humanitatis eorũ illud præcipue signum est: In septimo anno quoq; ipsi ab agriculturæ laboribus abstinent: si qd spõte agri protulerit nõ colligunt neq; deponunt: sed quia nullo suo labore productũ est: cõmuniter cuicũq; uolenti omittitur. Quare aũt septimum numerũ ita lex honorauit: nemo a me quæret: q a medicis atq; philosophis de uirtute quam ad oĩa maximeq; ad naturã humanã possidet audiuit. Hæc Philo. Similia uero ipsi & Iosephus in secundo de antiquitate iudaica hoc pacto conscripsit ab ipsis rebus. Si quis cæterarũ gentiũ leges nostris conferret: diligenter uideret: licet quisnam maxime tã iustissimas leges q̃ pietatem in deum ueram hostibus tradiderit. Nã quũ infiniti gubernãdarũ ciuitatum modi in hos paucos generaliter reducunt: ac alii prĩcipatu unius: alii paucorũ potẽtia: alii totius populi iudicio gubernẽtur: nostræ legis cõditor hæc oĩa despexit: & soli deo (dicã enim: etiã si durum uideatur) gubernationem iudæorum attribuit: ad illum enim tanq̃ omnium bonorum causam respiciendũ solũmodo censuit: quem nec factum ullum nec cogitatũ fugere põt: qui quũ ĩmortalis æternusq; sit: omĩa potest: nec alia nobis ratione q̃ creaturis suis cognoscitur. Hæc enim de deo opinari oportere sapiẽtissimi etiam græcorum principiis ab illo sumptis testantur. Nam & Pythagoras & Anaxagoras & Plato multique alii hæc ipsa sensisse uident. Sed paucis hac ueritate tradita in multos efferre ausi nõ sũt. Nostræ aũt legis lator quoniam opera legibus cõsona effecit: nõ solũ sui temporis iudæos sed omnes usq; ad hunc diem in ueram creatoris pietatẽ reduxit: atq; reducit: cuius rei causa est: quoniã & leges ipsas utilissimas omniũ tulit. Non enĩ uirtutis partem pietatẽ esse docuit: sed omnes uirtutes pietatis esse partes declarauit: & ipsas uirtutes: iustitiam dico: modestiã: fortitudinem: ciuiũ inter se concordiã altius omnibus impressit. Omnes enim operationes nostras omnia uerba & cogitationes ad eũ referẽdas esse uoluit: nec aliquid horũ incastigatũ reliquit: Duplex enim disciplina morum est. Nam quum & doctrina quid faciendum sit discimus: & exercitatione faciliores ad agendum simus: alii quidem legum latores altera solummodo ratione usi sunt. Nã Lacedæmonii atq; Cretenses nõ uerbis sed re atq; consuetudine instituebãt. Atheniẽses aũt & cæteri pene græci omnes quæ faciẽda essẽt uel nõ legibus iubebãt. Re aũt atq; opera ad cõsuetudinẽ bene uiuendi reducere homines neglexerunt. At uero Moyses diligenter hæc utraq; cõiunxit: nec rectã uiuẽdi cõsuetudinẽ doctrina priuauit:

nec doctrinam procul ab exercitatione iacere passus est: sed a primis
stati alimētis īcipiēs domesticū uiuēdi usū ita cōplexus ē: ut nihil adeo
puū sit quod uolūtati utentis prætermiserit: sed quæ comedenda sūt
& a quibus abstinēdū. ac de omībus quæ simul uiuunt: de diligentia
præterea in agendo: ac de requie a laboribus legē quasi regulā posuit
sub qua tanq̄ sub patre ac domino uiuentes nihil ex ignoratione pec/
camus. Non enim semel aut bis: sed singulis hebdomadibus ab omni
labore quiescentes ad audiendā legem conuenire iussit: ut præcæptis
eius maxime omniū cognitis nemo se posset per īprudētiam purgare
quod cæteri omnes legum conditores ita reliquerūt: ut plurimi uere
homines tunc tandem quicquam prohibitum esse discāt: quum iam
præuaricati sint: & q præcipuos maxīosq; gerūt magistratus ignorā/
tiā legū præ se ferunt: quū legiscōsultos secū semp habeāt assistētes.
Quencūq; uero iudæum de Moysi legibus īterrogaueris: facilius tibi
omnes percurret q̄ nomen suum proferre posset. Ita fit ut ab ineūte
nobis ætate leges īprimantur & raro quidē aliq̄s transgredit̄: & si qs
trāsgressus fuerit: nullo pacto poenā deprecari pōt. Qua ex re mira/
bilis generi nr̄o concordia inest. Nā & quia eadē oēs de deo sētimus
& quia in uiuēdi moribus nulla differentia est: summa omēs cōcordia
coniungimur. Non audies enim apud nos diuersas de deo sententias:
quod apud alios nō uulgares tantum uer℞ etiam philosophi factitant:
quo℞ alii nihil omnino deum esse cauillant̄: alii deum esse concedētes
gubernationē rerū ipsi concedere nolūt. Apud nos aūt a mulieribus
etiam & seruis audies omnia nostra studia ad deum referri oportere:
unde factum est ut nōnulli tanquam magos atq; inertes nos accusēt:
quia noua℞ rerum inuētores nō sumus: quod apud alios ita laudatur
ut qui patria consuetudine contempta innouare quicquā potuerunt
sapientes fuisse uideātur. Nos autē e contra id præcipuum prudētiæ
atque uirtutis munus existimamus: ut nihil omnino contra legē aut
facias aut cogites: quæ res maxīo argumento est leges Moysi optime
atq; diuinitus latas esse: nam quæ aliter se habēt expientia redargutæ
ciderunt: nostræ autē legis quidnam aliquis mutare queat? uel qd
melius aut inueniet aut ab aliis accipiet: num uniuersum disciplinæ
ciuilis modū reprehēdet? Sed qs iustior aut melior modus excogita/
bit̄ q̄ hic sit q deū principē proposuerit: & sacerdotibus cōmuniter
maximarum rerum gubernationem attribuerit: ac summo pontifici
sacerdotis tum omnium regimē cōmiserit: quos nō censu aut genere

sed uirtutis præstantia ad dei cultum assumpsit: & legis aliarũq; rerũ curam illis commisit: ut ipsi & dubia decidant & peccantes puniãt. Quis igitur prĩcipatus hoc melior? aut quis maior deo potest honor afferri? Tota quippe multitudo piissime deum colit: & sacerdotibus maximarũ rerũ cura cõmittit. Ita fit ut tota disciplina ciuilis quædã solemnitas esse uideatur. Nam quæ paucis diebus uix alii faciũt mysteria & dies festos appellantes: hæc nos toto añio firmaq; sententia multis sæculis & conseruauimus & cõseruamus. Vide autem q̃ ueræ sĩplices ĩtegræq; nr̃æ opiniones sũt. Primũ enĩ oĩum de deo opinaũr q ipse perfectissimus atq; beatissimus sit: sibi atq; cæteris sufficiens: omniũ ipse rerũ principiũ: ipse mediũ: ipse finis: operibus notissimus atq; manifestissimus: substãtia penitus ĩuisibilis: cui simile nec uidere nec excogitare quicquã possumus. Quare nec materia ulla ad ĩaginẽ eius suscipi nec ars imitari eum fingendo potest. Opera eius oculis cernimus: cælum terram solem lunam lucem fluuios mare animalia plantas quæ ipse fecit non manibus neq; labore nec alicuius auxilio: sed quum uoluerit omnia bene fieri omnia ilico bona facta sunt. Hic sequendus omnibus hominibus est atq; colẽdus: colit̃ aũt sanctissime opatione uirtutis. Vnũ est templum unius dei: amicum enĩ omĩbus quod simile est cõmune templum omnibus est: quia cõmunis deus ẽ. Hunc sacerdotes præcipue colant: quibus unus præest. huic qui nõ obtempat tanq̃ ĩpius punit̃. Sacrificia offerimus non ad repletionẽ ebrietatemq; nostram: quæ deo ac omnibus probis odio sunt: sed ad emẽdationẽ purgationẽq; nostrã: in quibus pro cõmuni prius salute oramus: deinde pro nostra. Gratissimus enim deo est qui communẽ salutem suæ anteponit. Petimus aũt a deo peccãtes nõ ut bona nobis concedat: quæ sponte iam præbuit: sed ut capaces eoꝝ bonoꝝ ita nos faciat: ut quũ cœperimus nõ efferamur. Sacrificãtes a luctu ab uxore aliisq; permultis abstinere lex iubet. Hæc de deo sẽtire mosaica lege didicimus. Lõgũ eẽt oĩa pcurrere quæ de nuptiis cõnexioneq; sexuũ cũ uxore ad procreandũ constituit: q̃q̃ seuerissime præter naturam agẽtes ulciscit̃: quæ de latrocinio atq; furto: quæ de rapina & ui: quæ de liberis educandis: quæ de parentationibus mortuoꝝ: ut nõ magno sũptu neq; magnificentia sepulcrorum caritateq; fiant: purgari autẽ a cadauere uenĩetes iubet quasi ĩmundos: ut hinc discamus q̃ magna ĩmundicies in cæde hoĩs sit. Parẽtes secũdo loco post deum honorari iussit: & ingratum aduersus parentes hoĩem lapidibus obruendũ esse

censet: seniores a iunioribus honorari præcæpit: nihil inter amicos occultũ esse uult: & si dissidiũ acciderit amici arcana efferri nõ sinit. Iudici muneribus corrupto mortẽ intulit: qui nõ auxiliatꝰ supplicanti quum possit reus secundũ legem est: non tollas quod non deposuisti: nõ tangas alienũ: nõ mutues foenore. Innumerabilia huiusmodi sunt: qbus societas nostra & disciplina ciuilis inter nos cõtinetur. Sed nõ ẽ prætermittendũ quomodo ergo alienigenas affectus nos esse uoluit: sic enim diuinitus hãc rem etiã curauit ut nec nostra corrũpi possẽt: nec inuidere his possemus qui legem nostram recipe uelint. Quicũqꝫ enĩ nostris legibus uiuere desiderant omnes humaniter suscipiendos iussit: quum non genere sed uiuendi disciplina coniunctionẽ hominũ distinguere uideatur: siqui autem nõ integre sed simulatione accedũt hos repellendos imperat: ne conuersatione sua corrũpamur. Cætera uero quorum usus necessarius est petẽtibus danda esse cõstituit ignẽ aquã alimentum cæteraqꝫ huius: ut uiã ignorãti ostendere: insepultũ hoĩem nõ negligere. Quam humaniter aũt gerẽda bella esse cẽsuerit inde patet: quoniã nec igne nec ferro agros hostiũ populari dimittit: nec eos spoliare qui ceciderũt ĩ proelio: nec captis ĩiuriã ĩferre maxĩe mulieribus: tantaqꝫ facilitate ac mansuetudine fuit ut uel brutorum aĩaliũ curã habuerit: nã usũ cõgruẽtẽ eoꝝ nobis concedẽs crudelius ea tractare prohibuit: nec ĩterficere sinit si quæ quasi supplicãtia ad nos refugiũt: parcendũ etiã in hostili regione: nec interficiẽdũ aĩalia illa uoluit quorũ labore homines iuuantur. Sic undiqꝫ cum dicendo tum puniendo a uitiis ad uirtutem reduxit. Mors enĩ ĩminet si adulteratus es: si puellam rapuisti: si marẽ tentasti: si tentatus concessisti. de aliisqꝫ omnibus punitiones rebus conuenientes absqꝫ deprecatione cõscripsit. Seruatoribus aũt legũ præmia ꝓposuit: nõ argentum neqꝫ aurũ nec oleastri aut hederæ serta & inane quoddã præconiũ: sed & ipse prædixit & deus miraculis cõfirmauit. Siquis etiam mortuus eẽt ꝓ lege: uiuet tamẽ & meliora maioraqꝫ præmia cõsequetꝰ. unde factũ ẽst (nõ enĩ uereor dicere quod res ipsa prædicat) ut multi magno aĩo sũmos cruciatus & mortẽ ipsam subire maluerĩt q̃ quicquam facere aut dicere præter legẽ. Et certe si gens nr̃a ignota cæteris hoĩbus eẽt nec legis nostræ sãctitas ullo modo cognosceretꝰ: & aliqs oĩa diligẽter scripta græcis nũc legeret: narraretqꝫ talem se aliqua in orbis parte uiuendi uidisse disciplinam: quam multis sæculis cum sũma in deum pietate seruatã diceret omẽs admirarentꝰ. Nullus enim uere sãctiores

leges excogitauit: nec tot sæculis leges suas animis hominum firmiter imprimere potuit. Prætermitto Platonẽ qui ueram opinionẽ de deo in multitudinẽ efferre nõ esse tutũ cõfitetur: & leges uerbis ĩanibus cõscripsit: ũde nulla utilitas nisi forsã eloquẽtiæ cõsecuta ẽ. Lycurgũ autem homines admirantur: & Sparten in cælum efferunt q̃a longo tempore leges illius inuiolatas Spartani cõseruarũt: quæ res certe nõ paruæ uirtutis ẽ: sed illi breui tempore id fecisse inueniunt̃ siquis eos cũ Iudæis compat: qui nõ minus fere q̃ duo annorum milia in legibus pmanẽt. Præterea Lacedæmonii liberi quidẽ leges seruabãt: q̃primũ aũt fortuna mutata fuit: totius uiuendi disciplinæ omniumq; suarum pene legum obliti: nos autem sæpius aduersa fortuna multo magis q̃ cæteri hoĩes uexati: nec etiã ĩ sũmis periculis legẽ nostrã tradidimus.

Aec Iosephus de Mosaica iudæorum disciplina. Multa uero dicere possẽ de occulta legũ uirtute & allegorica speculatiõe: sed tãgã pauca quæ ab Eleazaro atq; Aristobulo sũmis apud Iudæos uiris nobilissimisq; qui Ptolemæi tempore perfulserunt: quorũ alter Eleazarus põtificatus etiã dignitate ĩsignis fuit: ut paulo ãte scriptũ est quum de traductione scripturæ in liguam græcam diceremus: q regiis legatis uirtutẽ scripturæ occultã esse ostendens his uerbis usus est ut Aristæus alter ex legatis conscripsit. Dignum autẽ est inquit nõnulla eoꝝ quæ ab eo audiuimus breuiter ponere: præcipue quoniã temere quædã de puris atq; ĩpuris aĩalibus in lege scripta multi arbitrant̃. Interrogatus enĩ a nobis quãobrem si a deo uniuersa creata sũt impura nõnulla scriptura uocitat: a quibus abstinendũ esse iubet: ita disseruit. Vides quantã uim habet cõuersatio atq; consuetudo: malos enĩ hoĩes si cum improbis. laudabiles si cum probis conuersant̃ facile facit. Primũ igitur legum diuinaꝝ lator ita cũcta deo patere ostẽdit: ut nihil agi nihil excogitari possit quod eũ lateat: deinde cæteros oẽs hoĩes falso multitudinem deorum ĩtroducere docuit: quũ ipsi multo præstãtiores sint q̃ dii sui quos uenerant̃: quoꝝ simulacra lapidea uel lignea tanq̃ imagines eorum qui ad uitam sibi non nihil contulerunt adorant sensum ipsi habẽtes ea quæ insensata penitus sunt. Cur autẽ oĩo quasi dii a gentibus coluntur illi qui ad usum humanæ uitæ aliq̃d inuenerunt: quum nõ fecerint neq; produxerint ipsi quicquam: sed meliorem eorũ quæ sũt usum excogitarĩt: aut cur hodie quoq; multi nõ adorantur: quum antiquioribus ad inueniendum excogitandumq;

multa sagatiores acutioresq; sint! Nam de Aegyptiis quidē nescio qd dicere oporteat: bæluas enī & serpētes & uiuos & mortuos uenerant. Hæc igit̄ inspiciēs diuinus ille uir mœnibus ferreis & īuiolabili uallo a cæteris gētibus separe nos uoluit: quo pacto facilius corpe atq; anīo īmaculatos longeq; ab huiuscemodi falsis opinionibus remotos fore uidebat: ut solū uer deū præter cæteras gētes adorātes illi solūmodo inhæreamus. Vnde factum est ut a nōnullis ægyptiorū sacerdotibus qui disciplinam nostrā altius considerarunt dei homines gens nostra sit appellata: quod nemini nisi deū uer colat accidere potest. Nec id iniuria: reliquis enim cibo potui uestituiq; inhiantibus nostri omībus istis cōtemptis per totam uitam de omnipotentia dei cogitāt. Ne igit̄ conuersatione atq; consuetudine aliorum corrupti ad īpietatē eorū deferamur: cibi & potus tactus & auditus atq; uisionis purificatione legali nos a cæteris separauit. Cuncta enī ab una potentia oīpotentis dei gubernata naturali ratione similia sunt: q̄uis singula a qbus absti/nemus & quibus utimur profundam habeāt rationem: quorum unū aut alterum exempli gratia ponam: ne putes temere de rebus tā pxis a Moyse fuisse conscriptū: sed omnia uideas ad probitatē hominū & iustitiæ pfectionem sancte ptinere. Volucres enī omnes qbus utimur domesticæ mūdæq; sunt tritico aut legumībus cōnutritæ: ut colūbæ turtures perdices anseres cæteræq; huiusmodi: quæ uero prohibitæ sūt eas rapaces carnibusq; aliarū auiū nutriri comperies: a q̄bus agnis hædisq; raptis hoībus quoq; tam uiuis q̄ mortuis infertur iniuria: quæ oīa merito īmunda noīauit: ut uel hīc rapina & cæde nos deterreret: & ad iustitiam hortaretur: moneretq; iustissime atq; pacifice uiuere: sicut oēs uolucres mundæ quæ nulli auium nec omnino aliis īiuriant. Ita his quasi symbolis ad iustitiā intelligētes cōuertit. Nā si animalia huiusmodi tangenda nō sunt propter īmundiciē suam: quales erunt homines qui prauitate mor illis se similes reddūt! Omnia igitur hæc tropologice sancteq; intellecta plurimum cōferunt: consideratio enī ungulæ fissane an contra sit distinguendos esse singulos actus probe significat: quos qui nō distinguit omnes quasi pecora parentes simul & filiæ sorores & fratres: quodq; nec in pecudibus inuenit̄ mares īter se cōmiscentur: a quibus omnibus nos longe absumus. Vnde mirifice una & hunc distinguendi modum docuit: & uitæ cōstitutionisq; nr̄æ habendam esse memoriā monuit. Quum enī dixisset quācūq; ungulā scindunt: adiecit & ruminant. Nihil enim aliud per ruminationem

signat q̃ uitæ constitutionisque nostræ ut dixi memoriam habentem uiuere. hoc uita aliměto conseruat. Ita & alibi iubet dicẽs. Memoria recordaberis domini dei tui q fecit in te magna & mirabilia. Ingẽtia enim profecto sunt siquis diligenter cõsiderat formatio copis aliměti dispensatio: & ad singula membra mirabilis trãsitus: ac multo magis sensuum uis mentis agitatio & summa uelocitas: unde singulæ quoq; artes inuẽtæ sunt. Quare monet memoria tenendũ oĩa quæ diximus diuina uirtute & fieri & gubernari: loca deinde ac tempora omĩbus accõmodauit: ut semp & ubiq; dei memoriã habeamus & incipiẽtes quicq̃ agere & desinentes: & quom inter agẽdum sumus cõstituti: iã cibi & potus tã mũdiciæ q̃ ĩmundiciæ q̃ primitiis: q̃bus factis postea utimur ad deum nos cõuertit. Præterea per uestitũ etiã simile fecit. qd plura! In ipsis quoq; ianuis præcæpta dei scribere iussit: ut cõtinuã eius haberemus memoriã: & ĩ manibus ipsis circũferre ipsa uoluit: ut ostẽderet oĩa nobis iuste faciũda creatorẽ timẽtibus: & nr̃æ creatiõis memoriam firmam retinentibus. Iubet enim siue quis dormitũ eat: siue a lectulo recipiat: siue ãbulet: siue sedeat: dei opa sibi eẽ meditã-da: & ĩ sĩgulis dei potentiã qua sumus & possumus nõ uerbis tãtũmõ uerum etiam cogitatione atq; animo admirandã laudandã amandam Sed de cibo ac potu dicta sufficiant. De sensibus aũt ita iussit ut nihil audiendum nihilq; tangẽdum uelit quod ĩmundum sit: & hoc simili quadam rõne. Rapaces enĩ prauæq; bestiolæ sũt: a quaꝝ tactu nos ꝓhibuit sicuti catæ ac mures pestifera quædã aĩalia & omnino inutilia hoĩbus ita lex nr̃a nec uerbo nec ope ĩiuriose queq̃ dicere aut facere ꝑmittit: & tam expresse q̃ per signa & symbola omnibusq; modis nõ fabulose sed ueris rerum iudiciis ad iustiam & omĩpotentẽ nos deum conuertit: omnis enim mentio mundoꝝ atq; ĩmundoꝝ animalium ad hæc refertur. Videbaẗ igitur mihi Eleazarus recte ad oĩa respõdisse nam etiam uitulos arietes & iuuẽcos nõ siluestres: sed domesticos of-ferendos dicebat: ut q sacrificabãt hac re intelligerent mites se atq; humanos esse oportere: præsertĩ quom oblatũ affectus aĩ significet. Hæc Eleazarus ad legatos qui ad eum de interpretatione legum a Ptolemæo missi fuerunt: quibus aperte significauit profũdã quandã rationẽ ac allegoricã in lege diuina cõtineri: quã ĩuestigare deberent qui scripturã intelligere optarẽt. Aristobulus autẽ ille cuius secũdus Machabæoꝝ liber meminit quemq; Aristotelica peritũ fuisse philo-sophia constat: similiter manus & cætera mẽbra quãdo de deo dicũẗ

intelligēda eē in libro quē ad Ptolemæū scripsit his uerbis declarat. Veniamus nūc ad ea de quibus etiam tu o rex significari tibi uoluisti quid uelit dicere scriptura nostra quum manus & brachia facies & pedes iter & quietem deo attribuat. Quæ omnia cōueniēter ītellecta rectam de deo sententiā non fabulosam aut falsā confirmat. Magnæ nāq3 res quæ sensibus nō cadunt multis profecto modis a sensibilibus a scriptore legum exponuntur. Et ideo qui recte intelligunt sapiētiā illius & diuini spiritus gratiam quæ ꝓphetā eum effecit uehementer admirant̄: ex q̄bus prædicti philosophi fuerunt & poetæ etiā nōnulli qui propter illa quæ ab eo accæperunt maxime admirātur: Qui uero a sensu eius ꝓfundiore remoti litteræ tantūmō inhærēt: nihil magni eum scripsisse arbitrātur. Explanabo igit̄ singula breuiter atq3 clare quantum ī me situm est: ꝙ si longe a ueritate abfuero nō scriptori q recte ac profūde oīa edidit: sed mihi parū diuinas illas leges ītelligēti temeritatem attribuas. Manus igitur etiā nobis multis modis dici ap/tissimum est: nam quum magnū exercitū & legiones tuas aduersus hostes mittis magnam manū te habere dicere uulgo solemus: & oēs qui audiunt uires tuas p manum significari nō dubitant: quod etiam Moyses designauit dicens. In manu potēti eduxit te ab ægypto deus & alibi a ꝑsona dei. Mittam manū meā & ꝑcutiā ægyptios. & rursus ad ægyptioꝝ regē. Ecce manus domini inquit erit ī pecoribus tuis & ī omnibus agris mors magna: quibus potentia de iure significat̄. Vis enī hominū & actus omnis in manu eorū sita esse translatiue dicitur: Iccirco legis scriptor uocabulum manus ad potentiam dei transtulit. Quies aūt diuina nō iniuria ut puto dici potest stabilis creaturarum duratio atq3 īmobilitas: quā esse ꝑcipimus: qa deus cui oīa subiiciūtur ita constituit: nunq̄ enim cælum in terrā conuersum est: neq3 terra ī cælū mutata: nec sol luna nec luna sol facta est. Et ī aīalibus similiter nō est enim in naturam hoīs fera conuersa: nec homo in bæluam unq̄ ꝑtrāsiuit. Hæc igit̄ quies atq3 stabilitas diuina dici potest. Descēdisse in montem etiā tempore quo lex ferebatur scriptura deū ꝓhibet: ut omēs operationē dei conspicerent: quā descensū appellamus. Scribit̄ enim exarsisse montem igne quādo deus descendit: tubarumq3 uoces exauditas fuisse: quūq3 tota multitudo non pauciores q̄ decies cētena milia essent per quinq3 dies ī omni loco mōtis ardens ignis aspiciebat̄. Ita descensus ille nullum localem motum significat: ubiq3 enim deus est: sed uiribus ignis quæ mirabiles sūt quia uniuersa consumūt qnq3

dierũ ſpatio ſic ardentis ut nihil ibi conſumptũ fuerit: ſed ipſa quoq; herbarũ uiriditas intacta permanſerit: tubarumq; ſonitu intolerabili nullis edito inſtrumentis deſcenſus dei oĩbus ſignificat. Deſcẽdit enĩ quoniam uoluit diuinis Iudæorum genus legibus communire: Hæc Ariſtobulus.

Erum quoniã diuinarum legũ præcæpta pcurrimus: & formã allegorici ſenſus tetigimus: illud prætermittendum nõ eſt uniuerſam Iudæorum gentem in duas maxĩe partes fuiſſe diuiſam: unã quæ præcæpta legis certo quodã litteræ ſenſu ſequebat̃: alterã quæ maiore philoſophia firmata altius atq; ſubtilius oĩa ſpeculabat̃ qui & philoſophi Iudæorum eſſe putabantur: horum diſciplinam omẽs qui nouerunt uehementer admirati ſunt. Ioſephus uero atq; Philo Iudæi ppetuæ memoriæ uitã eorum cõmendarunt: itaq; ne tã ſublimes uiri neglecti eſſe uideant̃ a libro Philonis quẽ ꝓ iudæis cõpoſuit nonnulla ſumẽda mihi eſſe arbitror: Præter cæteros ĩquit quos pene ĩnumerabiles ſanctio moſaica ad bene uiuendum incitauit: Eſſei ſũmi omniũ atq; maxĩ ſunt ab hoſiotete ideſt græca lingua ſanctitate (ſicut mihi uidetur) appellati: quoꝝ ſecta nõ genere ſed uirtute atq; humanitate diſcernitur. Itaq; nemo puer nemo adoleſcens propter inſtabilitatẽ ætatis ſed uiri oẽs aut ſenes ſũt: q nullo corporis morbo nulla animi pturbatione feruntur: ſed uera ſoli hominũ libertate fruuntur: cuius rei uita ſua teſtimõiũ præbet. Nemo ꝓpriũ aliqd poſſidet: nõ domus non pecus nõ uas aliquod: ſed omnibus in medio poſitis communiter utuntur: habitant ſimul & conuiuunt quaſi ſodales: quumq; omĩa ꝓ communi utilitate faciant: alia aliorum negocia ſunt: quæ impigre ſubeuntes certãt nõ frigus nõ calorem nõ aliquam mutationem aeris formidantes: ſed ante ortum ſolis ad ſolitos labores uerſi crepuſculo ueſpertino cũ gaudio redeunt: nõ aliter q̃ q certaĩe gymnico exercẽt Meliora enĩ & iocundiora tã aĩo q̃ corpori ea certamĩa putant: quæ nõ ſeneſcũt cum corpore. Sunt aũt eorum alii agricolæ: alii paſtores: alii apium cultores: alii harum artium magiſtri: ita ut perfecte inter ſe uiuant aliis non indigentes: nihil facere recuſant: quod quum utile ſocietati ſit turpe nõ eſt. Quumq; a laboribus ſuis mercedẽ cæperĩt apud eũ deponũt qui quæſtor creatus eſt. Is omnia diligenter ꝓcurat quibus egent: egent aũt pauciſſimis: quum omnẽ luxum tanq̃ animæ atq; corporis morbum aſpernentur. Cõmunis eſt ipſis nõ menſa ſolũ

uerumetiã ueſtis tenuis quidem oĩs ſed grauior in hyeme: quæ in uno depoſita loco ẽ: unde unuſqſq; ĩdifferẽter aſſumit. Aegrotatio quoq; corpis ſi acciderit: ſtudio atq; cura oĩum & re cõmuni curat̃. Seniores ſi abſq; liberis naturæ cõcedunt fœliciſſimi omnium putant̃ honorati a cæteris nõ minus q̃ ſi eos genuiſſẽt: & quoniã acutiſſĩe matrimonio huiuſmodi ſocietatẽ facile diſſolui poſſe perſpexerunt: uxorẽ ducere omnĩo recuſant caſtimoniæ ſũmopere ſtudentes. Nimiũ enĩ mulier ſe ipſã amat & zelotypia maxĩe mordet̃: ac uiri mores artificio quodã atq; lenocinio facile poteſt ĩ peius puertere. Si uero etiam liberos uiro peperit: quæ prius aſtute faciebat ea iã audacter atq; apte aggredit̃: omniq; ui regere maritũ conat̃. Quare uxor huic ſocietati inimiciſſĩa iudicata eſt: nõ ſeruat enim mores: nec probus erga omẽs eſt qui aut uoluptate uictus aut liberorum amore ſuperatus ĩ ſeruitutem uxoris deductus eſt. Hac uita eorum fit ut nõ priuati ſolũ uerumetiã reges atq; principes eorum philoſophiam plurimum admirent̃. Hæc quidẽ ĩ apologetico Philo ſcripſit ut diximus. In eo uero libro quẽ ĩſcripſit omnes ſtudioſos liberos eſſe ita de Eſſæis narrat. Paleſtinã maxĩa gẽs Iudæorum habitant: inter quos qui dicuntur Eſſæi cõperiunt̃ plures numero ut ego opinor: q̃ quattuor milia: Eſſæi dicti quaſi ſãcti græce quoniam dei cultores præcipue ſunt: nõ aĩalia ſacrificãtes ſed mẽtes ſuas uirtute munitas offerẽdas deo putãtes: In ciuitatibus nõ habitãt exiſtimantes ut contagionẽ aeris corporibus: ſic conuerſationẽ uulgi animo nocere. Horũ alii agros colunt: alii pacificas artes ad utilitatẽ ſuam & proximorũ exercent: nec argentũ nec aurum reponunt: nec ingentes agros laudant: ſed tantum colunt quãtum neceſſitati poſſit ſufficere. Hi enim ex omnibus pene hoĩbus ſoli pecuniam & fundos negligentes uirtute ditiſſimi putantur: facilitatẽ uiuendi & paucoꝝ indigentiã recte magnas eſſe diuitias iudicãtes. Nemo eorũ tela enſes galeas ſcuta cæteraq; belli factitãt inſtrumẽta: ſed nec eas artes exercẽt quibus facile omẽs in improbitatẽ labunt̃: nulla mercatura nullus cauponatus nulla eis cognoſcitur nauigatio: omẽs rapinæ occaſiones depellũt. Nemo ſeruus eſt apud eos: ſed quũ uniuerſi liberi ſint alteri alteris ſeruiunt. Omnes qui ſeruis utuntur nõ ſolum quia æqualitatẽ contemnunt tanq̃ iniuſtos oderũt: uerũetiã quaſi naturæ leges trãſgreſſos omĩo deſpiciunt. Omẽs enim aiunt quaſi mater eadem natura genuit. q̃re q̃uis nõ uocemur ſumus tamẽ re ipſa f̃res: auariciæ crimĩe abalienati: rõnalem philoſophiæ partem nõ neceſſariã ad uiuẽdum:

naturalem maiorem q̃ humana natura consequi possêt putãtes alterã sophistis alterã leuioribus reliquerũt homĩbus: illam philosophiæ ꝑtẽ solummõ approbantes: qua de deo & de creatione omniũ scrutamur morali maxĩe inuigilant: ad quam absolute consequendam paternis legibus adiuuant: quas recte intelligere nemo sine diuino auxilio põt. Has semper quidem sed maxime septimis diebus docẽtur. Dedicata enim septima dies deputat: ĩ qua cæteris omnibus neglectis ad sacra loca concurrentes quæ synagogæ appellantur: ordine sub senioribus iuniores cõsidere solent: legũturq; scripturæ diligenter & exponunt a peritissimis: symbolis enim prisco more scripturam uti maxime arbitrant. Discunt igit pie sancte iusteq; uiuere triplici regula utẽtes: amore dei ardentissimo: uirtutis cultu diligentissĩo: caritate proximi feruentissima. Quod igit summe deũ diligant multa nobis argumẽto sunt: Castitas perpetua: Iurisiurandi nulla mentio: mẽdacii odium: & præcipue ꝙ bonoꝝ oĩum nullius mali causã esse deũ opinantur. ꝙ uirtuti studeant patet quia pecuniam negligunt gloriam spernunt uoluptatẽ oderũt: cõstãtes seueri magniq; aĩ sunt: cæteraq; huiusmõi innumerabilia. Caritatis autẽ argumenta sunt beniuolentia societas æqualitas. Nullus enĩ domũ habitat quæ omniũ cõmunis nõ sit: unũ ærarium unus sumptus omĩbus est. Præterea uestis cõmuniter oĩbus ꝓposita: cõmunis cibus & potus: cõmunis mensa: omnis uita cõmunis est: Quæ oĩa multo magis illi ope faciunt q̃ alii uerbis significãt. Nec mirũ: quæcunq; enim quottidie laborantes consequunt nõ ipsi seruãt sed in medium afferentes cõmuni utilitati attribuunt: nõ negligunt apud eos ægrotantes: sed a cõmunibus curãtur. Seniores nõ minus q̃ parẽtes liberi uenerãt: huiusmodi hoĩes sine græca doctrina mosaica philosophia effecit: quæ uirtutis opus hoĩbus ꝓposuit a qua libertas & oritur & cõfirmatur. Nam quũ multi atq; uarii diuersis tẽporibus alii crudelitate carnificũ more uniuersam Iudæam uexarĩt alii astuta simulatione adeo ad improbitatẽ cunctos ꝑuerterint: ac suæ ĩpietatis inhumanitatisq; calamitates hominũ ꝑpetua monumẽta reliquerint: nullus unq̃ ita efferatus fuit nullus ita ueterator ac malus ut Essæorũ aut potius sanctorũ uitã criminari uoluerit: sed omnes ꝓbitate illorũ supati quasi a natura liberos putãtes sũma ueneratione atq; laudibus prosecuti sunt. Hæc Philo.

Erum quoniam philosophorum disciplina iam patuit & totius etiam multitudinis mores diuinis legibus muniti expositi sunt:

Restare uidet̃ ut iuniorum theologiã pietati maiorum idoneam atq; cõsentaneã ostẽdamus. Sic enĩ ꝑdiscemus q̃les ĩ theologia & ĩ cæteris disciplinis hebræi fuerũt. Philonem igit̃ rursus primo libro sup legẽ audiamus. Nonnulli ait mundũ magis q̃ auctorẽ mundi admirati nõ ortum sed æternũ esse mundum putauerũt: male nullum pene opus deo attribuẽtes: quũ e cõtra oporteret dei q̃dem uirtutes quasi creatoris atq; patris admirari: mũdo autẽ nõ maiorẽ q̃ creaturæ cõueniat laudẽ attribuere. At uero Moyses q̃ & ad sũmũ philosophiæ ꝑuenit & dei respõsis secreta naturæ didicit optime cognouit necesse esse ut reꝝ aliud quidẽ agat: quũ sit integerrimus ĩtellectus atq; purissimus omni sciẽtia præstantior oĩ bono melior oĩ pulchritudine formosior aliud uero inanime per se atq; ĩmobile sed ab intellectu commotum atq; formatum perfectissimum opus hunc mundum effecerit. Quẽ qui fuisse ortum negant ꝓutilem atq; ad pietatẽ necessariã ꝓuidẽtiæ uirtutem radicitus sustulerũt. Patrem enim atq; auctorem operi suo ꝓuidere rõne ꝓbat̃: pater enĩ oĩs atq; auctor ea quæ genuit aut fecit diligẽter studet cõseruare: quæ oprimere possũt expellẽs: quæ utilia sunt suis acquirens: ad id uero quod nõ fecimus nulla cõiunctio nobis est. Perniciosa igitur res omĩo ẽ ut sine principatu ciuitatẽ sic mũdũ sine auctore ac iudice a quo uniuersa gubernẽt̃ cõsistere posse putare Mirabilis igit̃ ille Moyses quod sine prĩcipio est alienum a re uisibili omnino existimans. Quod enĩ sensibile est mutationi subiectũ nunq̃ idẽ est inuisibili q̃dẽ atq; ĩtelligibili ꝑpetuitatẽ attribuit: sensibili aũt aliud uocabulum accõmodauit. Nam quoniam uisibilis atq; sensibilis hic mundus est: necessario ipsum ortum habuisse affirmat. Vnde nõ ab re creationẽ etiã eius magna quõ theologica uenustate cõscrpsit. Hæc de origine uniuersi. Quod uero prouidentia mundus gubernet̃ in libro quẽ de prouidentia scripsit: contrariis primũ expositis deĩde confutatis magnifice probauit: quorum plura quoniam longiora sũt compendiosius ponam. Prouidẽtiam esse inquit arbitraris quũ tantã rerum perturbationem esse uideas. Quid enĩ humanoꝝ ordine certo gerit̃? An solus ignoras prauos atq; rapacissimos homines bonis oĩbus florere diuitiis gloria cultu multitudĩs magistratibus bona ualitudĩe q̃buscunq; dixeris uoluptatibus affluere? Virtutis aũt amicos oĩbus malis oppressos paupertate infamia humilitate duricie uiuẽdi affligi? His aliisq; compluribus ita dictis respõdet postea hoc pacto. Nõ tyrãnice neq; ui aliq̃ uel crudelitate: sed ut rex regũ iuste uniuersũ mũdũ

deus gubernat: rex aūt uerus & iā pater eſt: ut enī ſe habet pater ad liberos ita rex bonus ad ciuitatem & deus ad mundum: quippe qui naturæ ſtabili lege principatū & prouidentiā inſolubili cōiunctione una copulauit. Quare queādmodum nō negliguntur omnino uitioſi a parentibus liberi inimicoꝝ opus eſſe putātibus ſubmerſos inuadere ſed maiore interdum ope feruentur quum nullum in eis præſidiū eē uideatur: Similiter quoq; deus omnium curam gerit: nec minus eorū qui perperam uiuunt: tum ut occaſionem eis pœnitētiæ præbeat: tū ut natura ſe propiciū eſſe oſtendat. Ad hæc longe abſis a ueritate ſi malorum aliquē fœlicē arbitraris etiā ſi Crœſo ditior: acutior uiſu q̄ lynceus: maioribus corpis uiribus q̄ crotoniata ille Milo: Ganymede formoſior ſit: omībusq; aliis corporis & exterioribus bonis abundet. Qui enī mentē ſuam plurimorū dominatui ac peſſimorum ſubiecit cupidinis doloris timoris ſtultitiæ iuſtitiæ fœlix atq; beatus eſſe nullo modo poterit: etiam ſi uulgo beatus appelletur. Nam ſi animi oculos parūper uolueris eleuare: atq; ut poſſibile hoī eſt de uero bono cōſi-derare omīa quæ nunc admirari uideris magno riſu proſequeris. Sēp enim quum meliora lateant in locum eorū mala irrūpentia laudant: quum uero in medium adſunt bona tunc quæ cōtraria ſunt hac luce dilucidius turpitudinē ſuam oſtendunt. Si ergo diuinum illud bonū mente cōcæperis: nihil eorum quæ dixiſti facile apud uitioſos īueniri īter bona collocabis. Precioſiſſima nēpe illoꝝ argēti atq; auri metalla ſunt: quæ a peſſima terrarum parte ſolent prodire: permultum nāq; profecto intereſt inter metallorum ſterilitatem & fœcūditatē terræ nō metalloſæ. Longe quippe abeſt argēti atq; auri natura a bonitate frugum ſine quibus uiuere nequimus: quod maxime in annonæ patet caritate. Omnes enim theſauros pro modici temporis alimento recte ꝓpter neceſſitatē iudicantes libenter omnes proiicere ſolent: quādo aūt neceſſaria nobis cumulate affluūt naturæ bonis abūdātes cōtēti eſſe nō poſſumus: ſed argento atq; auro inhiātes & quaſi oculis capti terreno pondere huc atq; illuc propter auaritiam ferimur: cōtinuoq; pecuniæ gratia bello uexamur. Veſtes etiā magnificas cupimus: quæ nihil aliud ſunt q̄ textoriæ artis laudes & flos ouium ut nōnulli poetæ dixerūt. Qui uero gloriæ adeo cupidus ē ut uel a malis laudari cupiat hūc improbū eſſe neceſſe eſt. quippe unum quodq; ſuo ſimili gaudet bonam aūt ualitudinē aurum quæret ſi didicerit nō paruos aī morbos ab auditu oriri: qui uiribus corporis ceruicem eleuat atrociſſimas āte

oculos bæluas ponit. Ita enim intelliget turpissimũ esse ferarũ uiribus hominem gloriari: formositate corporis iactare mentis compos nemo poterit: quæ breui adeo extĩguit̃ tẽpore ut ãte q̃ florescat defloruisse uideatur: præsertĩ quum etiã inanimata artis opera picta ficta texta nõ parua uideat extare pulchritudine: Quorum oĩm nihil unq̃ apud deum inter bona enumeratum est: quid dico apud deum? quum neq; periti hoĩes qui recte philosophant̃ bona caducas has res aut arbitrẽt̃ aut appellent: qui uero falsam & nomine solum philosophiã sequunt̃ hi animi se medicos professi seruituti corporis inhærent: nec corporꝝ quidẽ medicos imitãtur: qui si rex ac princeps ægrotet oĩa trãsgressi intercolũnia porticus tabulas argẽtũ adrilicium aurũ lapides cubile ipsum ilico petunt: nec uestem auro insertam admirati nec lapidibus ornatũ considerantes lectulũ q̃ citius possunt cæteris oĩbus cõtẽptis manus ægroti tangũt: pulsũ examinãt: interdũ etiã uestibus sublatis qua duricie sit uenter quo calore pectus ardeat quo motu cor exiliat inquirũt. Ex quibus oĩbus aliisq; compluribus quãtitate & qualitate ægritudinis percæpta curã morbi tandẽ aggrediunt̃. Oporteret igit̃ etiã philosophos quũ medicinã animi tenere ꝓfiteãtur oĩa despicere quæ falsa hoĩes opinione maximi faciũt: ac mẽtis ipsius cubile ĩgredi diligentius: & considerare si propter iram inæqualiter pulsus moueẽ tactuq; ipso examĩare si aspera maledicendo lĩgua effecta ẽ: si cupiditate tumidus uẽter: & ut breuiter dicã qua intẽperie ĩteriora turbata sũt. Hoc enĩ pacto idonea poterũt adoptare remedia: nunc uero quũ nequeant lucem ueram aspicere exteriorum falso rerũ nitore ꝑculsi quasi cæci pererrant: reginã omnino mentẽ negligentes: & satellites eius diuitias gloriam sanitatem aliaq; huiusmodi ꝓsequẽtes. Et quẽadmodũ summa ĩsania ẽ aut cæcos de coloribus aut surdos de harmonia musica: sic & uitiosos uiros de bono & malo iudices cõstituere: mẽte capti nanq; sunt & ĩterioribus tenebris occæcati discernere nequeũt Merito igit̃ laudat̃ Socates & alii q̃ pauptatẽ amplexi nec quæstuosa ipsi artificia didicerunt: nec ab amicis aut regibus magna sibi oblata munera accæperũt. Nihil enĩ aliud q̃ uirtutẽ bonũ putabant. Quod mortali corpe circũducti & morti ut hoĩes subiecti ac cũ multitudĩe iniustorum hominũ maxima uiuẽtes iniuria perierunt: cur accusãda natura est quum crudelitas hominum culpanda sit? Non enim facile potest euadere q degit in regione pestifera. Et ueluti quũ magna uis pluuiæ descendat nisi sub tecto sis necesse est etiã si sapiens sis imbrẽ

perferre: quū q; frigidiſſimus perflat boreas frigore premi: & æſtatis ardore calefieri: Eodem profecto modo ſi cū iniuſtis uitā agis: neceſſe ē multa īde ꝑpeti mala. Verꝝ oēs qui uirtutē negligētes falsa corporis laudant bona a ſole ſe ungi: & a Ioue lauari putāt. Symbolica enī hæc priſcaq; prouerbia re ipſa uera eſſe oſtendūtur: nec enim poſt mortē ſolummodo: ſed etiam per totam uitam animo ſimul atq; corpore in/iuſti homines pendent. Cuius rei qui ſiculam conſcripſerunt hiſtoriā teſtes locupletiſſimi ſunt. Nam uel amantiſſimam uxorem ſuſpectā adeo fuiſſe tyranno dicunt ut tabulis cubiculum ſtrauerit quo maior ſonitus quū ad eum iret excitaret: nudumq; ita ut nihil occulte ferre poſſet: aditumq; ipſum fouea intercæpiſſe: ut uel ſaltibus uel longis gradibus uel aſcēſu deſcenſuq; pergendo nullū poſſet telū occultare. Quot quantiſq; igitur animus hominis qui uel uxorem ita ſuſpectam habebat malis refertus erat! Illis certe mihi ſimilimus uidetur fuiſſe: q̄ quū ad alta præcipitia ſcādant ante q̄ ad cacumē ꝑuenerīt timore perculſi nec altiora petunt iā feſſi: nec deſcēdere audēt quū ad hiatū & profunditatē deſpexerint. Tyrannidem nempe quaſi diuinam rē aggreſſus quū pericula eius cognouiſſet: & ſtanti ī ꝑpoſito īnumera/bilia uidebat in dies pericula: & abeūti mortē īminere nō dubitabat omnibus & ſi nō corporibus ſed animo tamen aduerſus eum armatis: quod ille ipſe dionyſius ita eſſe ſignificauit. Nam quum quidā uitā tyrannoꝝ apud eum quaſi beatam laudibus efferret uocaſſe ad coenā regio apparatu conſtructā hominē dicitur: ac ſuper caput illius ſedē/tis acutum gladium tenuiſſimo filo ſuſpēdiſſe: quem poſteaq̄ repente cōuiua ille reſpexit nec ſurgere inde auſus timore tyrāni nec bibere aut comedere potēs periculo perculſus ceruice ac oculis ad pendētē gladium directis mortē expectabat. Quod quum uidiſſet Dionyſius num īquit intelligis q̄ beata ſit uita noſtra! talis enim eſt niſi uelimus nobiſmetipſis adulari. Omnium enim rerū copiam habentes propter frequentiā periculoꝝ & impendentē formidinē nulla frui poſſumus. Illis ſimiles qui a deformibus ſæpe meretricibus decipiuntur: quæ ueſte atq; auro ualde ornatæ & fuco faciei deformitatem occultantes quaſi hamo piſces his inſidiis captos attrahunt adoleſcentes. Hac in/foelicitate nos premimur q multis foelices uidemur: & ſicut tormētis multi coguntur mentis ſuæ arcana pandere ſic interdum huius uitæ moleſtia uicti ueriſſimas uoces de miſeria noſtra emittimus. Illis enī certe ſimiles animalibus tyrāni ſumus quæ ſaginant: qbus comedēdi

bibendiq; nō ad aliud q̄ ad perniciem suam copia solet offerri. Multi aūt pecuniæ cupiditate uicti manifesta dederūt supplicia: Cuius rei exēpla & si quotidie uidemus: unū tamē ex priscis referre opæpreciū duximus: Dicūt igitur qui foetidos sacrum bellum cōscripserūt quū lex esset aut præcipites ex alto deiici: aut in mare submergi: aut igne cremari sacrilegos: quūq; Philomelus Onomarchus & Phaylus tres isti Delphicū spoliauerint templū: secundū legē diuinitus supplicia dedisse. Alterū enī quum p aspera scāderet loca præcipitē decidisse ac ita expirasse. Alterū quum eques per littora ferretur in profūdo lapsum una cū equo fuisse aquis demersum. Phaylum autē alii sacro morbo consumptū: alii quū templū Inabis incēderet una cōcrematū fuisse tradiderūt. Nemo pfecto hæc casu nisi amēs accidisse putabit Omnes enim hos tres eisdem temporibus propter idem delictum nō aliis suppliciis q̄ lex uolebat iure punitos nō a fortuna & casu sed diuinitus credere debemus: Quod si nōnulli rapaces & factiosi homines qui non alienos solūmodo populos sed patrias etiam suas subiecerunt impune id fecisse uidentur: mirandum non est. Primum enim non similiter deus atq; homines iudicant: homines enim de manifestis tātūmodo cognoscūt: deus uero in animū īgressus ipsū nudos uolūtatis perspicit motus. Quare nūq̄ humana iudicia diuino tanq̄ meliora & iustiora præponenda sunt. Multis enī hoīes fallunt sensibus corporis atq; turbationibus animi. Iudæo autē nihil est quod fallat: sed summa iustitia una cum ueritate cuncta gerūtur. Deinde recte illud īprimis fert id esse apud populū tyrānos quod sunt in lege supplicia. Quādo igitur in ciuitatibus adeo abundāt ut nulla legum reuerentia sit: tunc deus ut uitia repellat & ad uirtutē homines cōuertat crudelibus atq; tyrannicis uiris nō iniuriam potentia præbet: uitiorum enī cumulus sine crudelitate mūdari nō potest: & quēadmodū uindices publicarū rerum ab homicidas proditores & sacrilegos interficiendos publice aluntur: nō quia tale hominis exercitium laudetur: sed quia populo necessarium est: eodem profecto pacto huius mundi gubernator q̄si cōmunes uīdices tyrānos ī ciuitates exsuscitat: ut iniuriā atq; īpietatē aliaq; huiusmodi ui & crudelitate istorum puniat: qui quoniam non recto animi pposito sed crudelitate cōmoti diuinæ uolūtati subministrarunt: ut ignis consumpta materia demū extinguit: sic & ipsi quū ciuitates prauas inanes hominū fecerint: tūc demū in pniciē incidūt. Quid autem miramur si tyrānorum interdū ministerio effusas hoīm

iniurias deus cõpescit: quum etiã sæpius nõ aliorũ ope sed ꝑ se ipsum fame terræmotu peste aliisq; huiusmodi q̃bus multas urbes desolatas uidemus id factitet? Satis dictum esse puto neminem qui male uiuat esse fœlicem: unde maxime prouidentia esse probatur. Et post aliqua Ventorum inquit impetus & pluuiæ uis nõ ad ꝑniciem nauigantium aut agricolaꝝ: sed ad utilitatẽ humani generis diuinitus mittũt: Aquis enĩ terrã uentis uero regionẽ quæ sub luna ẽ ĩundare solet: & utrisq; anĩalia & plantas alit auget perficit. Quod si nauigãtes aut agricolas nõnunq̃ ꝑdit mirari nõ debes. Minima enĩ quædã isti particula sunt: cura uero totius humani generis deo est. Vt ergo in editione ludorũ atq; certamĩs ædiles ꝓpter aliquos reipub. usus die certamĩs mutato fecerũt nõnullos luctatoꝝ nõ affuisse: Sic & deus q̃si magnæ cuiusdã ciuitatis totius orbis curã gerẽs humidiorẽ æstatẽ & uernalẽ hyemẽ ad utilitatem totius effecit: q̃uis nonnulli hac temporum ĩæqualitate magna dãna patiantur. Elementorũ igitur inter se transmutationes ex q̃bus mũdus cõstat & q̃bus conseruat̃ tanq̃ necessarias ipse ĩstituit pruinæ aũt & niues cæteraq; huiusmodi ad frigitatẽ aeris consequũt̃ sicuti ad concussionẽ nubium fulgura & tonitrua: quorũ nihil forsan & prouidentia sit. Pluuiæ uero ac uenti quũ uitæ alimenti cremẽtiq; causa plantarum atq; animaliũ sint prouidẽtia certe fiunt & ex istis illa consequunt̃: ut si editoris munerum liberalitate atq; magnificẽtia magna unguẽtorũ copia proponatur: unde guttis quibusdã in terrã deflexis lubricus ualde locus effectus sit: nemo nõ insanus prouidẽtia editoris munerũ lubricitatem factã esse cõtenderet: sed ad magnificẽtiam abundantiãq; unguentoꝝ consecutã concederet. Iris similiter & alia huiusmodi nõ sũt naturæ opa prĩcipaliter sed nubibus naturali quadam ratione accidentia: & tamẽ etiã hæc prudẽtioribus cõferũt tranquillitatẽ enĩ aeris motus uẽtorũ hyemes & serenitatẽ his signis prædicere solẽt: fornices porticusq; nũ uides quoꝝ plurĩ ad meridiẽ respiciũt ut deãbulãtes in hyeme calefiãt & in æstate opaco frigore utantur? quã rem illud consequitur nõ ab ædificatoris sentẽtia factũ ꝙ umbris quæ a basi excidunt horæ significãt. Ignis similiter naturæ opus est necessarium: quem quasi accidens quoddam fumus cõsequit̃ Qui tamen est quando non paruam attulit utilitatem. Interdiu enim nõ igne sed fumo aduentum hostium significamus. Talis ratio etiam in Eclipsibus dici potest quæ solem atq; lunam consequuntur: & aut mortis regnũ aut urbiũ desolationes prudẽtibus signa solent afferre

Lacteus uero circulus ſtellas hēt eius ſubſtātiæ cuius cæteræ. Cuius rei cauſā ꝗ̄uis difficilis ſit nō tamē negligunt ſed diligenter quæritāt philoſophantes: putant enim & recte iucundiſſimam rem per ſe ipſā eſſe ſcientiam. Sicut igitur ſol & luna cæteræq; ſtellæ ꝑ prouidentiā factæ ſunt: ſic profecto cæleſtia omīa ꝗ̄uis nos naturam atq; uirtutē oīum īueſtigare nequeamus. Terræmotus aūt & peſtilētiæ fulminū ictus & ſimilia mala dicunt: & non ſunt. Nullius enī mali deus cauſa eſt: ſed elemētoꝝ mutatione generāt: neq; ſūt prīcipalia naturæ opa: ſed ad ea quæ neceſſaria & prīcipalia ſūt cōſequunt. Et ſi aliq damnū īde hūerūt nō ē accuſādus gubernator. Primū qa quos bonos eē ipſi putaūs bōi fortaſſis nō ſūt. deīde quēadmodū ī re militari ad ſedādā ſeditionē q forte primū oblatus eſt plectit: & ad extīguēdā tyrānidē cognatos etiam ſi in culpa nō ſint legis exterminant: eodem modo in peſtilentia ut reliqui moderatiores fiant interdum etiam innocentes cōmuni corruptiōe aeris pereūt. Sic & ī nauigio æq̄liter oēs ꝑiclitāt ꝗ̄uis nō æque peccauerint. De attrocibus autem beſtiis exercitatiōis bellicæ gratia ꝓductas diuinitus diceremus. Nihil enī magis corpus ad labores & animos ad reſiſtendū hoſti corroborat q̄ uenatio niſi tu huic defenſioni opponēdo detraxiſſes: ſed tamen & qui bellicoſi ſūt animoſiores beſtiis ſe opponentes facilius fiunt: & q pacē amāt domi atq; in urbibus uiuentes longe ab omni huiuſmodi periculo abſunt. Sues enim & leones ſimiliaq; anīalia ne inſidiis hoīum aliqd patiantur procul ab habitationibus hominū uerſantur. Si qui aūt ex negligētia inermes ſaltus peragrant ſe ipſos potius q̄ naturam accuſent: ſicut in equeſtri certamine qui uno loco ſedere ac ſpectare nō patiunt quum hinc illinc tranſeant curuum impetu plerunq; conterunt. Serpentes autem ueneno ſi non prouidentia ſed conſequentia quadam rerum ut in ſuperioribus diximus producti ſunt. Fiunt enī quū innata materiæ humiditas calidior facta ē. Sic & nōnullæ beſtiolæ corruptiōe naſcūt. ut corruptiōe alimēti uermes pediculi a ſudoribus. Quæ aūt ſꝑmate natura duce generant ea quoniā natura prīcipaliter intēdit ꝓuidētia naſci nō negamus: ꝗ̄uis etiam illa duabus rationibus ad utilitatem hominum audiui producta: quas cælare nullo modo decreui. Primū igit uenenoſa anīalia multos ad morbos & maxīe ꝑnitioſiſſimos remedia cōferre ſaluberrima medici ꝓhibent. Videbiſq; ſi diligēter attēdere uolueris in magnis theriacis nōnulla mēbra eorū accuratiſſime ſumi. Deinde deo iſta eſſe parata dicunt ī peccatores: ſicut eculeos & alia

tormēta ī iudiciis præpata uideūs. Quod aūt dixisti ī domibus hoīm maxime ista nasci falsum omnīo est: procul enim in desertis īueniunt locis hominem quasi dominum fugientia: quæ uero in habitationibus hominum nascuntur corruptione magis producūtur: q̄uis & carniū nidore animalia huiusmodi attrahant. Hirundines autē si nobiscum uersantur mirum nō est: nam quoniam eas hoīes nō uenantur iccirco plurimæ abundāt: nam e regione fugere illa uidebis qbus īsidiamur nō enim homībus solum ueꝝ etiam brutis ut se salua uelint innatum est. Syriæ maritima quædā ciuitas est noīe Ascalo quo tunc applicui quando oraturus atq; sacrificaturus Hierosolyma a patriū templum missus fui: eo quum applicuissem magnam columbaꝝ multitudinem uidens admirabar: interrogantiq; mihi quā ob rem hæ aues oīa pene loca illa occupassent responsū fuit: lege apud eos columbarum usum esse probitum. Apud ægyptios aūt mirabilius quiddam consideraui. Crocodillus enī omniū bæluarum atrocissimus in sacratissimo natus & enutritus nilo q̄uis sub aquis uiuat utilitatis tamē suæ nō ē ignarus. Magna enim copia apud eos crocodillorum inuenitur qui animal id tanq̄ sacrum uenerantur: minime autem reperiri apud eos potest q eum uenant: & nauigantes hic quidē nec digito aquam fluuii tāgere audent: crocodillis statim insultantibus. Id uero timidiores etiā hoīes uel ludo in nilum natātes prosiliunt. Barbaras regiones fœcunditate agrorum excellere uidemus: ubi magno īgenio homīes raro nascunt: Sic alimentis quidē abundant: hominibus aūt quorū gratia diuinitus alimēta producuntur carere uident. At cōtra accusanda Græcia est quia sine semīe atq; cultu nihil producit: sed sola hoīes generat uere cælestes atq; diuinos natura ad omnem scientiam natos: cuius causa ē subtilitas aeris. Non enim temere dixit Heraclitus. Aer siccior: aīa prudētior atq; melior: cuius signū ꝙ ieiunātes atq; uigilātes prudētiores illi sunt qui cibo & potu semper replent. Immergitur enī quodā modo motus mentis quā cogitationem appellamus. Veꝝ in barbaris regionibus propter maioꝝ alimentorū copiā agrorūq; robur nō solū animalia plura maioraq; uerū etiam arbores maximæ nasci solēt. Non est aūt culpa naturæ si tam marinis q̄ terrestribus aīalibus crudeliter uescimur. Non enī ab huiuscemodi uoluptates natura sed crudelitas nos atq; intemperantia incitat. Ad mundi enī totius cōsumationem necesse erat ubiq; uaria nasci animaliū genera. Nō fuit aūt necessariū ut homo q sapientiæ decore ornat ab humanitate ī feritatē cōuersus

cæde animalium uoluptatem sibi pararet. Vnde ad hæc usq; tēpora qui curā continētiæ gerunt ab omībus abstinēt carnibus suauissimo cibo herbaꝝ fructuūq; utentes. Qui uero carniū usū natura concedi arbitrāt magistris & legibus qbus curæ modestia ē ab esu īmoderato ꝓhibēt. Rosæ aūt & crocus uariiq; flores atq; aromata nō uoluptatis gratia sed bonæ ualitudinis producta sunt. Nam & odore ipso iuuāt interdum: & in cōpositione medicinarum (magnas enī uires habēt) a medicis adhibentur. Multa enī singula nihil ꝓsunt: coniuncta uero quēadmodum maris atq; foeminæ cōiunctio ad ꝓcreationē: sic uires suas ostendunt. His cæterisq; huiusmodi nisi cōtentiosus sis concedas oportet diuina uniuersum hunc mundū prouidētia gubernari. Hæc a Philone compēdiosius sumpsi: tum ut ostendā quales hebræi etiam iuniores uiros habuerunt: tū ut pia de deo sentētia iudæoꝝ appareat.

VNC Autem testimonia etiam exterioꝝ de ipsis diligēter citabimus. Illustrissimi enim etiā græcoꝝ nō imperiti omnino iudaicæ philosophiæ alii uitā eorū scriptis suis approbasse uidētur: alii theologiā quantū potuere secuti sūt. Sic enī disces nō temere sed absoluta exquisitaq; ratione iudaicā philosophiā gentilibus nugis præpositam a nobis fuisse. Primum igit ea ponā quæ de uita iudæorū præclarissimi græcorum testant. Theophrastum igitur audias cuius nōnullos textus Porphyrius in his libris posuit quos de abstinendo a carnibus cōscripsit: his uerbis iudæi ad hæc usq; tēpa Theophrastus ait animalia quomodo sacrificant: ut siquis nos ad imitationē illorum hortaretur audire nō pateremur. Non enim comedūt ex sacrificatis sed mel atq; uinum noctu infundūt holocausta facientes: nihilq; inde relinquētes: ut nec ille qui omnia perspicit rem tam prauā inspicere possit: quod faciūt interim ieiunantes: ac quoniam philosophi natura sunt de deo īter se colloquētes noctu aūt stellas aspiciētes oratiōībus deū inuocant. Primi enim isti omnium hominum & bruta & se ipsos offerre cœperūt: nulla necessitate aut cupiditate id facientes. Et in quarto eiusdē negocii hæc a se ipso scribit Porphyrius. Essæi iudæi genere sūt: hi alter alterum magis diligunt q̄ cæteri homīes faciāt: &

uoluptatē oēm quasi uiciosā aspernāt: cōtinētiā & ītegritatē aī ab oī perturbatione remotā præcipuā putantes uirtutē. Vxores nō ducūt alieēos aūt liberos teneros adhuc & ad oēm aptos doctrinā ad optātes pro suis educare ac moribus suis stabilire solent: quod faciunt nō quia matrimoniū abominentur: sed quia mulierum mores cauēdos putāt. Diuitias omnes adeo spernūt ut mirabilis quædā in eis cōmunitas sit. Nullus eorum præter cæteros aliquid possidet: oīa eis cōmunia sunt. Nemo alio ditior aut pauperior. Vna oībus quasi fratribus facultas est. Vngi oleo nō patiūtur: ꝙ siquis forte oleo tactus fuerit diligēter quasi a magna macula corpus illi abstergit: non enim molles sed aridi atq; duri esse corpore cupiūt. Alba semp induunt. Electione cōmuni quæstores & gubernatores sibi creant: & indiuisæ in omībus res sūt. Non habitāt urbē unā: sed hinc illo facile migrāt: sēperq; assequētes hæresim suam proficiscunt: a quibus ita suscipiunt ut una eos semp uixisse diceres: unde fit ut proficiscentes nihil impensæ secū ferant. Vestem & calceos ante q̄ omnīo tempore dirumpant nō mutāt: nec emunt aliquid nec uendunt: sed commutatione rerum utunt quum egeant. Nam inter eos singuli quæcunq; uolunt assumūt etiam nihil afferentes. Erga deum maxima pietate utuntur: nam ante q̄ sol oriat nihil eis prophanum dicitur: sed patria oratione utunt: qua solē oriri precāt: deīde a præfectis singuli ad artes opaq; sua mittūt: & posteaq̄ horis quinq; laborauerīt ad unum rursus locum congregant: & aqua frigida perloti in domum ueniunt: quo nemini nisi eiusdem sectæ in troire licet. Ita mundi quasi in templum ad cœnaculum ueniunt: ubi magna tranquillitate sedētibus ordine omnibus panis opponitur & ferculum unū unicuiq;. Primus autē omnium sacerdos facta oratiōe comedere incipit: nefasq; omnīo putāt ante orationē quicq̄ gustare: quumq; pransi fuerint multo diligentius orant. Ita & incipientes & desinentes laudes dei diligenter concinūt. Post hæc uestibus quibus prādētes q̄si sacris utunt de positis ad opa rursus exeunt: nocturnoq; reuersi crepusculo similiter cœnant. Hospitibus etiā cōsidētibus siq forte affuerīt clamor aut tumultus nunq̄ apud eos audit: sed ordine ita colloquūtur: ut tanto eos inter se uti ordine atq; silentio mirabile uideatur: cuius causa perpetua continentia est. Cibus & potus uitæ necessitate mensurat. Qui ad eā sectā ueniunt: nō statim: sed posteaq̄ foris anno integro eisdē moribus uixerint tunc suscipiunt: nō tamen omnino sed propinquius quidē accedunt. Vna uero cum illis uiuere

nō licet nisi duobus aliis annis patientiæ signa dederint: & ante q̄ cō/
muniter cū eis uescantur iureiurando confirmant primo pios se ergā
deos futuros: deinde iustitiæ ita fore cultores: ut nec spōte nec ĩperio
alicui homini sint nocituri: odioq; semper iniustos sibi futuros: puta/
turosq; semper se ipsos lædi si iusto uideāt iniuriam fieri: fideles fore
oībus ac maxime principibus. Non enī absq; dei uolūtate prĩcipatū
alicui cōmendari. Ad hæc si ipsi præessent nunq̄ se quicquā facturos
unde maculari præfectura uiderēt: nec ueste aut ornatu quodā me/
liore q̄ subditi se usuꝝ: ueritatis fore amicos & mēdaces accusaturos:
manus a furto aīmū ab ĩiusto lucro ꝓcul retēturos: nec occultaturos
aliquid sociis: nec eoꝝ secreta aliis se dicturos etiā si mortis periculū
ĩmineret: postremo nulli aliter hæreseos dogmata tradituros q̄ sicuti
ipsi accæperunt: procul se futuros a latrocinio: cōseruaturosq; sectæ
libros diligenter & nunciorū nomina. Hæc seruaturos se oīa iurant.
Qui autem nō seruant diligenter ilico expellūtur: & omēs fere quū
ad aliam dietam ac uitam ueniant moriuntur. Sed multos ipsi rursus
miserantes recipiunt: quum putauerint nō minores iam ipsos poenas
dedisse q̄ delicta eoꝝ postulabāt. Tāta uero tenuitate paucitateq; reꝝ
utūtur ut raro plus q̄ semel in septē diebus alui purgatione indigeāt.
Qua quidem ex continentia in tantā perueniunt patientiam animiq;
robur: ut nec eculeo nec igne nec alio quæstionū genere ĩpelli possit.
ut aut uerbis leges latorem uituperēt: aut illicitū quicquā comedāt:
quod maxime in bello quod sibi a romanis illatum fuit ostenderunt.
nulla enī adulatione ad torquētes unq̄ sūt usi: nullas lachrymas torti
emiserunt: sed suauiter in doloribus ridentes & eis illudentes a qbus
torquebant sic expirabant iucundissime ut ad patriā redire uiderent
Firma enī hæc opinio apud eos est corpora quidē morti esse subiecta
animas uero tanq̄ immortales semper uiuere: quumq; a subtilissimo
æthere demittantur naturali quodā delatos impetu corporibus con/
iungi: quum uero a uinculis corporū quasi a longa seruitute liberati
sint: tūc sūmo cum gaudio altiora petere. Qua quidē uita & pietate
facile fit ut multi apud eos futura præuideant: præcipue qui a sacris
uolumībus & uaria carnis castigatiōe & prophetarū dictis exercent.
Hæc Porphyrius de pietate ac philosophia Essæorum testatus est.

Ecatæus āutē Abderita uir & uerbo & re philosophus historiā
de iudæis conscripsit: a qua nonnulla sumere non erit alienum.

Multa inquit castella oppidaq iudæis sunt: una uero urbs munitissia quinguaginta pene stadiorum habens circumitum plures q̄ centū & uiginti milia homines habitant: quæ uocatur Hierosulyma: in medio cuius ædes lapidea est quinq iugerū lōgitudinis: latitudinis cubitorū centū cui portæ dupplices sūt: in eo ara q̄drata est ītegris lapidibus ac in ornatis composita: cuius singula latera uiginti: altitudo autem duodecim est cubitorum: apud quā domus magna est ubi altare atq candelabrum: utraq aurea sunt pōderum talētorum duum: ubi lux nocte atq die inextīguibilis ardet. Nullum ibi simulacrum est nulla omnino imago nec planta nec lucus aut aliquid huiusmodi: ubi nocte ac die sacerdotes caste uersantur nūquā in templo uinum bibentes. Deinde cum rege quoq Alexandro nōnullos ait Iudæorum militasse & successoribus eius fideles fuisse: seq cum uno eorū sermonē habuisse his uerbis narrat. Quum ad mare rubrum ꝓficiscerer: inter alios equites iudæus quidā uomine Mysonianus me sequebatur homo quē omnes tam græci q̄ barbari qui eum cognouerāt & animi maximi & robusti corporis prædicabāt. Erat aūt etiā arcu peritissimus. Is quū augur quidā omēs nos stare iussisset: īterrogauit quare fixi staremus augureq auem ostendēte atq dicente cōducere ita stare quousq quo auis tenderet perspexissent: ut si ad anteriora uolaret cœptum iter pagerent: sin autē posteriora uolatu peteret reuerterēt: silentio arcu tracto auem percussit ac interfecit. Tunc augur & nōnulli alii ualde cōmoti ei maledicebāt. Ipse uero qs est īquit iste furor o hoīes! quomō enī auis ista quæ nihil d' sapiētia præuiderat ueri aliq̄d de itinere nr̄o poterat nobis prædicer̄! quæ si futura præsciisset nūq̄ huc uenisset: ne a Mysoniano iudæo īterficeret̄. hæc ad Hecatæo sūpta mō sufficiāt.

Learchus aūt peripateticus ī primo libro de somno Aristoteli attribuens uerba hæc de iudæis scribit. Multa īqt Aristoteles possent de ipso dici: sed pauca modo referenda sunt: q̄uis non ignoro multos somnia fingere me putaturos. Tūc Hyperochides iccirco q̄a mirabilia dicturus es inqt audire magis gliscimus. Tunc Aristoteles ego īquit ut rhetorici solēt de genere ipsius primū si placet dicamus. Ita prorsus placet hyperochides īquit. Ille igit̄ subiunxit Aristoteles iudæus erat q sunt Calani ex india: Iudæi autē a loco quem habitant appellati sunt. Vrbs eorum asperrimo quodam nomine Hierusalem nūcupat̄. Hic ab altioribus asiæ locis ad maritimas ciuitates descēdes

& lingua & animo græcus fuit. Quumq; accidisset ut eo tempore nos quoque in maritimis asiæ locis uersaremur philosophiæ amore ad nos sponte uenit q multo plura nobis attulit q̃ accæpit. Hæc Clearchus. Clæmẽs autem noster Numam romanoꝝ regem pythagoricũ fuisse asserit: & mosaica nixum doctrina legem dedisse romanis nullam imaginem deo attribuere: unde annis centũ atq; septuaginta ab urbe condita nullam imaginem nec fictam nec pictã in templis romanoꝝ respici potuisse. Ita Numa occulte significauit nullo modo nisi mẽte ad similitudinem dei hominem peruenire posse. Megastenes autem qui cum Seleuco uixit uir historiæ peritissimus in tertio iudaicarum rerum hæc dicit. Omnia quæ de natura prisci Græci scripserũt alii etiã ante ipsos scripserũt. Nam & Brachmani apud Indos q & iudæi uocantur multo prius philosophati sũt. Aristobulus etiã in primo ad philometora his uerbis utitur. Legem nostrã in multis Plato secutus est. Aperte nanque in multis diligenter examinasse singula uidetur Mosaica enim uolumina ante Alexandrũ & ante Persarũ imperium traducta fuerãt: unde plurima sicut & Pythagoras philosophus ille accæpit. Numenius aũt pythagoricus aperte scribit nihil aliud esse Platonẽ q̃ Moysẽ attica lĩgua loquẽtẽ: & in primo uolumĩe de bono Plato ĩqt atq; Pythagoras quæ Brachmanes Magi Aegyptii Iudæiq; inuenerunt ea græce ipsi exposuerũt. Et in tertio Moysi meminit his uerbis. Iannes & Labores ægyptii erãt uiri magicis artibus adeo præpotentes: ut Musæo iudæoꝝ duci uiro deo cõiunctissimo soli resistere posse a cunctis ægyptiis iudicati sunt. Multas enim calamitates quas Musæus ægypto intulit soluere uisi sunt his uerbis. Numenius & miraculis a Moyse factis & ꝙ deo cõiunctissimus esset Moyses attestat̃. Sed iudaicæ gentis Chorilus etiam poeta priscus meminit: & multos eorũ cũ Xerxe ĩ græciã militasse affirmat. Porphyrius aũt in primo de philosophia responsorum apollinem ipsum inducit de iudæis hoc oraculum edidisse. Attendere inquit oportet quoniam omni diuina repletum sapientia est oraculum Apollinis quod dicturus sum.

Dura uia illa nimis æratis clausaq; portis
Quæ uitam nobis aperit donatq; beatam.
Nec uero uerbis facile enarrarier ullis
Exponiq; queat: illo quo semita ducit.
Quam primi ante omnes cæperunt tradere pulchras
Qui Nili epotant lymphas: phœnicibus inde

Proximaq; assyriis ea cura: sed inclyta longe
Gens hebræa illam nouit: notamq; recæpit.

Et subiicit exponens ita uiam ad deum a barbaris inuentam fuisse: didicimus ab ægyptiis scilicet atq; Chaldæis: hi enī Assyrii sunt & maxime a iudæis. Idem Apollo etiam quodam oraculo apertissime demonstrat his uerbis.

Chaldæis quæ uera esset sapientia tantum:
Hebræisq; ipsis concessum agnoscere pura:
Aeternum qui mente colunt regemq; deumq;.

Sed de Iudæorum pietate atq; philosophia hactenus dictum est.

E historia uero hebraica ueritate dicenda conscripta q̄ multi cōueniāt modo cōsideremus. quū igit̄ Moyses diluuiū diuinitus illatum conscribat: a quo Noe cum suis arca lignea euasit: Berosus chaldæus Hieronymus ægyptius & Nicolaus damascenus historici eadē de re ut Iosephus ī primo antiqtatis iudaicæ scribit meminerūt. Scribit enim Nicolaus in nonagesimo sexto libro: ait super niniada magnū montē esse in armenia Barin appellatū: quo multos tempibus diluuii confugisse: ac nōnullos arca uectos in cacumina montis appli- cuisse: lignaq; arcæ illius longo tēporis spatio postea pdurasse: unde bitumine ablato & expiationes ut Berosus ait hoīes uti solent. Hæc Iosephus. Ego autem ab Abideno historico nōnulla tibi transcribā. Sissithrus inquit principatum deinde accæpit: cui Saturnus magnā uī aquaꝝ futurā significauit. Quare saluare se cupiens ad armeniam nauigio cōfugiebat: sed aquæ ipsū in uia oppresserūt. Tertio aūt die postq̄ aquæ cessarūt aues emisit ut per eas sciret sicubi terra extaret: quæ quū oīa pelagi facie tegerent ad Sissithrū (nullibi enī consistere poterāt) reuersæ sūt. Post aliquod dies similiter factum fuit. Tertio emissæ reuersæ ad eū fuerūt limo pedes refertæ: & tūc dii ab hoībus Sissithrum rapuerunt. Nauis autē adhuc inuenitur ī Armenia: cuius ligna remediū hominibus aduersus multos mirabiliter morbos affe- runt. Rursus quum primos homines Moyses longis tēporibus uixisse asserat: huius rei testes græcorū historicos Iosephus citauit. Nullus inquit breuitatem uitæ nostræ considerans falso scribi opinetur tam magno annorū numero priscos uixisse: Illi enim deo amici & ab ipso immediatius producti: & integriore utentes alimēto quod longiore

tempore poterat permanere nō iniuria lōgioribus temporum ſpatiis uiuebāt. Præterea etiā uirtutis gratia & ut res poſteris putiles Aſtrologiam Geometriāq̃ inuenirent: longa ſibi diuinitus uita largita fuit quæ inuenire nō potuiſſent niſi ſaltem ſexcētis ſolaribus annis: qbus magnus annus reuoluitur uixiſſent. Cuius rei teſtes ſunt omēs ſimul græci atq̃ barbari qui de antiquitate diligētius conſcripſerūt. Nam & Manetus qui ægyptiorum & Beroſus qui Chaldæorum hiſtoriā collegit: molus præterea eſtieus: hieronymus ægyptius & q phœnicā hiſtoriā tradiderūt & ad hos Heſiodus Hecatæus Elanicus acuſilaus Ephorus: ac deniq̃ Nicolaus cōſona noſtris dicētes mille ānos priſcos illos uixiſſe affirmant. Hæc Ioſephus. De turris ædificatione ſcripſit Moyſes: & ab una lingua in multas tunc hominum genus confuſum fuiſſe aſſerit. Et Abydenus his uerbis illi atteſtatur. Primos homines ferūt e terra natos robore atq̃ magnitudine cōfiſos: diis ſpretis turrī eo in loco ubi nūc Barylon eſt ad ſolem uſq̃ tollere cōtendiſſe: quūq̃ iam fere ad cælum ædificādo perueniſſent uim uentorū diis affuiſſe: qua ſuper eos diruta turris cecidit: quumq̃ ad ea uſq̃ tempora unius linguæ fuiſſent multas in linguas diuiſos fuiſſe: bellūq̃ inter Saturnū & Titanum tunc incœptum: locumque Babylonis nomen habuiſſe propter confuſionem linguarū quam hebræi Babel uocant. De turri autē & confuſione linguarū etiam Sibylla meminit dicens. Quū oēs uno uterent̄ ſermone turrim ædificare conſtituerunt qua in cælum aſcenderēt eā dii uētis diruerūt: & lingua hominū mirabili uarietate cōfuſa effecit ut Babylon ea ciuitas uocaret̄. De campo aūt q Senaar appellabatur Eſtieus ſic memorat. Sacerdotes inqt q euaſerunt Ioui ſacra in Senaar Babyloniæ contulerunt: confuſaq̃ lingua hominum diuerſas orbis partes habitare cœperūt. Moyſes rurſus uitā Habraæ late cōſcripſit: cui multos exteriores hiſtoricos atteſtare Ioſephus his uerbis conſcribit. De patre autem noſtro Habraam q̄uis nō nominat ſcribit tamen Beroſus ita ut a rebus ipſis non de alio q̄ de ipſo dicere uideatur. Decima īquit poſt diluuium generatione præclarus quidā iuſtuſq̃ uir & ſingulari cæleſtium doctrina præditus apud Chaldæos fuit. Hecatæus uero librū de Habraā conſcriptū reliquit. Nicolaus etiā Damaſcenus in quarto hiſtoriarū hæc narrat. Damaſci Habraā regnabat cū exercitu a Chaldæa ꝑfectus: nec multo tēpore poſt etiā a Damaſco abiēs ad Cananeam quæ modo iudæa dicit̄ migrauit: cui nomē etiam nunc magnū apud damaſcenos eſt: nullaq̃ ibi demōſtrat̄

Habraam domus appellata. Verum quum fame Cananea premeret ægyptus uero magna copia reꝝ effluere diceretur: libēter illo ut etiā ægypti sacerdotes de diis dicentes audiret cum suis profectus ē. Aut enī aliquid ab illis discere aut meliora se traditurum ipsis arbitrabat. Et post pauca: quumq; una cum peritissimis ægyptiorum uersaret & uirtutem & gloriam suam multo clariorē effecit. Aegyptus enī diuersis uiuētibus moribus: & aliis alioꝝ mores obscenis ꝓsequētibus uerbis: ille semper quæ in absentes dicebantur falsa esse demonstrās respuebat. Vnde factum est ut tanquam grauem sapientemq; uirum admirati tam ad intelligendum q̄ ad persuadendum quod uellet paratissimū ducerent: Ipse uero arithmeticam & astrologiā eos docuit Nam ante aduentum eius nihil harum rerum sciebant ægyptii: sed a chaldæis in eos: unde in græcos quoq; disciplinæ istæ affluxerunt. Hæc Iosephus. Alexander autem historicus qui multarum rerum peritiā habuit ī uolumine de iudaica historia Eupolemon ait hæc de iudæis scripsisse. Ciuitas inquit babylon ab his condita primū fuerat qui a diluuio euaserunt: Quos omnes gigantes fuisse constat sparsos per uniuersā terram: postq̄ turris quam ædificabāt diuinitus cōcussa decidit. Decima uero generatione in Camirine Babonyæ urbe quā alii Vrien dicunt quod nomē latine Chaldæopolim significat natus est Habraā: qui sapiētia omībus excelluit: a quo astrologia fuit apud chaldæos inuēta: Is iustitia pietateq; sua sic deo gradus fuit ut diuino præcæpto ī phœnicem uenerit: ibiq; habitauerit: & rationem solaris motus atq; lunaris: aliaq; astrologica phœnices docuerit: ūde phœnicū regi gratissimus fuit. Sed quū Armenii tpibus suis bello phœnices uicissent forte factum est fratruelē etiam eius captiuum abduxerūt: Habraam uero uernas suos armauit: factoq; impetu fudit fugauitq; armenios: nec fratruelē solū liberauit: ueꝝ etiam magnā ab hostibus prædā habuit. Quā de re legati ad eū pro captiuis ab armeniis missi. Ille autem omnem oblatam recusauit pecuniam: sumptisq; solūmodo quæ ad uictū pertinebāt captiuos humanissime reddidit. Quū uero ab eo bello Habraam rediret in urbe Algariza idest latine in monte altissī a Melchisedec dei sacerdote ciuitatisq; illius rege hospitaliter suscæptus magnificis fuit donatus muneribus. Et post pauca. Annonæ autē caritate oppressus in ægyptum migrauit: ubi uxorē eius quā sororem & uiduam esse dicebat rex ægyptiorum abduxit: sed peste domū eius īgressa ab aruspicibus didicit id mali sibi acidisse quoniā

alienam uxorem abduxerit. Ita uiro suo intactam reddidit mulierẽ. Vixit autẽ Habraam in Heliopoli cũ sacerdotibus a quo Astrologiã sacerdotes didicerunt: qui tamen non inuenisse: sed ab Enoch per successionem sibi traditam fatebatur. Subiungit deinde primum secũdũ Babylonis Belum regnasse: quẽ latine Saturnum dicimus: a quo Belus secundus & Chanaam orti fuerũt: atq; a Chanaam patrẽ phoenicum natũ fuisse: qui genuit Chum. Hunc ait Chum Asbolũ appellari a græcis ac æthiopum patrem & fratrem Mestraim patris ægyptiorũ fuisse. Græci aũt inquit attlantẽ aiũt Astrologiã ĩuenisse: Sed Atlantem & Enoch eundem asserit fuisse. Enoch porro inquit genuit Mathusalẽ q ab angelis dei multa cognouit & cæteros docuit Artapanus uero historicus Hermuit Iudæos dicit appellatos fuisse: & Hebræos ab Habraamo dictos quẽ ait ad pharethatem ægyptioꝵ regem migrasse: & Astrologiam illi tradidisse: ac post uiginti annos in loca Syriæ rursus rediisse. Melo aũt in libris quos aduersus Iudæus cõscripsit post diluuium inquit ab Armeniis reliquias diluuii quæ ad eos peruenerunt pulsas montana Syriæ quia deserta erãt occupasse: & post tertiam generationem Habraamum natũ fuisse: quod nomẽ patris amicum significare asserit: eumque sapientissimum ait fuisse: duasq; uxores duxisse alterã ægyptiam alterã indigenã: suscæpisseq; ab ægyptia quæ ancilla erat filios duodecim: Arabiam obtinuerunt uniuersã: unde ad hæc usq; inquit tẽpora duodecim regibus Arabũ populi reguntur. Ab indigena uero inquit uxore unum habuit filiũ Isaac quẽ latine risum appellare possumus: a quo duodecim similiter filii nati sunt: quorũ ultimũ Ioseph appellauit: a quo tertius Moyses fuit. Ad hæc Alexãder historicus addit præcæpto dei ab Habraamo in montem quendam ductum Isaac fuisse ad sacrificium: diuinitusq; a tali sacrificio ereptum: arietẽq; q repente astitit pro eo sacrificatũ fuisse. Iosephus etiã ĩ primo de antiquitate iudaica ꝙ Afrẽ Habraæ filius libyã occupauerit: ac ab eius nomĩe illa regio Africa appellata sit. Alexander ĩquit in omni peritissimus historia his uerbis testatur. Cleodemus inquit propheta qui & Malchas dicitur non aliter fere q̃ Moyses de iudæis scripsit. Is Achetura multos Habraamo fuisse filios narrat: quorũ tres nominat Afer Assur Afran: & Assyriam ab Assur dictam contendit: ab Afran uero atq; Afer urbem Afran & regionẽ Africam appellatã. Sed de Habraã hactenus. De Iacob aũt idem Alexander dicit. Quum septuaginta quinq; annos natus esset ĩ

Mesopotamiam parentum iussu fugisse ut iram fratris Esau uitaret reliquisseq; parentem Isaac centũ & triginta septem annos natũ: Et postq̃ septem annis ĩ Mesopotamia fuit fratris materni filias Lian & Rachael duxisse: ac in aliis septem annis duodecim filios suscæpisse: quorum nõ modo nomina uerum etiam menses in quibus nati fuerũt memorat: quumq; redire ad parẽtes uellet rogatum a Laba alios sex annos permansisse. Ita uiginti annis illum in Mesopotamia uixisse: redeuntemq; ad Chanaam cum angelo dei fuisse colluctatum: unde nõ Iacob sed Israelem appellatum: habitasseque ipsum apud Hemor annos decem: & a Sichen filio Hemor dinam decennem quattuorq; mẽsium raptam fuisse. Quare Simeon uiginti & unũ annos ac mẽses quattuor natum & Leuin annos uiginti & menses sex: commotos Hemor & Sichen filios eius cæterosq; oẽs mares interfecisse. Multis deinde locis mutatis tandẽ in Ephratha quã etiã Bethleem appellãt uenisse: ubi Rachael postq̃ ei genuit Beniamin mortuam fuisse: quã cum Israele coniuxisse annos uigintitres: Inde ab Ephrata ĩ mambri ad parentem Isaacum rediisse. Tunc Ioseph decem & septem annis natum ægyptiis uenditũ fuisse asserit & carcerum uĩcula tresdecim annos perpessum: somnii regii declaratione liberatum septem annis ægyptum gubernasse. Isaacum uero ãno uno ante uenditionẽ Ioseph cẽtum & octuaginta natum annos diem suum obiisse: Ioseph deinde in ægypto Aseneth filiam Pethefri sacerdotis in uxorem duxisse: ac duos Manassem & Effrem natos ab ea suscæpisse: & post ãnos nouẽ postq̃ in magnũ ꝑuenit statũ patrẽ ac fratres ĩ se aduocasse: pastores enim omnes illos fuisse: quæ res ægyptiis turpissima uidebatᷣ: ac ideo tandem uocatos docuisse ne si a rege interrogarẽtur de artificio suo pastores se dicerẽt. Questionẽ etiã mouet quare in prãdio qnculpas Beniamin germano suo ꝑtes apponi Ioseph iusserat: quod ideo factũ affirmat quoniam septem filios Lya patri eius pepererat: Rachel autem mater sua duos: propterea Beniamin quinq; partes dedisse: & ipsum duas accæpisse: ut septem etiam ipsi partes quot & Lyæ filii haberent: ne domus matris suæ minor uideretur: habitasse autem eos in terra Chanaam ãnos ducentos & quindecim: Habraã uigintiqnq; Isaac sexaginta Iacob cẽtumtriginta: quumq; iam tertio anno fames omnes illas partes depopularetur: migrasse in ægyptum Iacob annos centum & triginta natum. Aetatem deĩde omnium filiorum Iacob quam transmigrantes habebãt cõscribit: fuisseq; affirmat ab Adam

usque in migrationem Iacob in ægyptum annos tria milia sexcentos uigintiquattuor: A diluuio uero annos mille trecentos quadraginta: mortuũq; fuisse Iacob in ægypto ãnos natũ centũ quadragĩtaseptẽ: Leuim autem centũ & trigintaseptem annorum naturæ concessisse: filiumq; reliquisse Elath nomine annorum quadraginta a quo natũ esse alterũ Habraam: in cuius ætatis anno quartodecimo Ioseph diẽ suum in ægypto obiisse natum annos centum & decem: Habraam deinde hunc pastorem duxisse uxorem Lochabeth auunculi sui filiã: & in septuagesimoseptimo ætatis suæ anno Aaron & Moysem ab ea suscæpisse: ĩter quos tres ãnos ĩterfuisse dicit: mortuũq; fuisse Habraã natũ ãnos centũ & trigintasex. Hæc ab Alexãdro sumpta sufficiãt. Theodotus autem elegantissimo carmine gentis iudæorum historiã cõscribẽs hæc eadẽ de Iacob & de filiis suis & de Ioseph conscripsit. Artapanus similiter & Philon non iudæos in. xiiii. de Hierosolimis ipse quoque carminibus similia de iudæorum maioribus testatus est. Aristæus autem in iudaica historia de Iob quoque conscripsit dicens Esau ipsum filium fuisse: habitasseq; in Idumeæ atque arabiæ finibus fuisseq; ipsum & iustitia & diuitiis præcipuum: tentatumq; diuinitus magnis calamitatibus fuisse: Primum enim armenta eius latrocinio sublata: deinde septem milia ouium una cum pastoribus periisse: & postremo filios eius domo super ipsos lapsa expirasse: atq; uno eodẽq; die corpus eius uniuersum ulceribus repletum fuisse: quumque male ita affectus esset Elipham Cemanitarũ regẽ & Valdad Saucheorũ Tyrannum & Sopham Mineorum regem & Elium zobitem ad consolandum ipsum accessisse: Quibus Iob respondisse sponte sua se paratum esse omnia ita sufferre ut a pietate in deum nunq̃ remoueatur Ita propter hanc magnanimitatem eius liberatũ a morbo & ditiorẽ quam prius factum diuinitus fuisse. Nunc Eupolemum de Moyse audiamus. Ait enim sapiẽtissimũ hominem Moysem fuisse & litteras iudæis primum tradidisse: & a iudæis Phœnices accæpisse: Græcos uero a phœnicibus. Artapanus autem Merin Chenephri ægyptiorum filiam regis ait puerum quoniam ipsa non pareret iudæum adoptasse quẽ iudæi Moysem inquit græci Musæum appellant: cuius doctrina multa Orpheus didicit. Hunc Moysẽ instrumenta bellica inuenisse affirmat: litteras quoq; quas sacerdotibus tradidit: ægyptiorumque urbem in sedecim partes diuisisse: ac singulis præfectos instituisse: quæ omnia uidelicet fecerat: ne populi ut solebãt cõspirantes modo

hunc modo illum regno expelleret. Vnde factũ esse ait ut quasi deus ab ægyptiis coleretur: & propter litterarum inuẽtionem Mercuriũ appellatum. Quibus rebus Chenephrin inuidia commotum causam interficiendi moysi quæsiuisse: & sic aduersus æthiopas in ægyptum irruentes cũ imperio ipsum misisse: exercitumq; sibi a iudæis maxime conscripsisse: ut propter imperitiam militum una cum eis periret. Quod bellum ut ab Heliopolitanis accæpisse asserit decẽnio gestum fuit: & propter diuturnitatem eius ciuitatem in eo loco conditã: ubi sedentes æthiopum impetum sustinebant: quam Hermopolim inqt idest Mercurii ciuitatẽ appellant. Ibi consecratam Ibin primo fuisse: quoniam nocentes interficeret serpentes. Aethiopas aũt admiratiõe uirtutis ita Moysem coluisse ut etiã circuncisionem ab eo didicerit. Ita peracto bello quum uictor rediisset uerbo quidem a rege bene suscæptum re autẽ quotidie mortem illi quæsitam ac insidias multis modis paratas maxime quum ad Merida matrem ultra ægyptum in æthiopiæ finibus sepultam ex præcæpto regis proficisceret: a nomĩe cuius urbem ubi sepulta fuit Meroen appellatam nec minus q̃ ibi cultam fuisse. Quæ quum Moyses percæpisset in Arabiam ilico profugisse: & Raguelis Arabiæ regis filiam ĩ uxorẽ duxisse: Interea Elephãtiæ morbo quoniã multis modis Iudæos premebat ægyptiorũ regẽ expirasse. Ad alia enim opera quæ ipsos construere iussit diuersã etiam q̃ ægyptii uestem indui uoluit: ut facilius cogniti ab omnibus tanq̃ impii punirentur. Moysem autem adeo quotidie liberationem populi petere & quodam die repente corã eo ignem e terra ubi nulla incendio apta materies erat subito erupisse: ac uocem editam fuisse liberandos sibi esse Iudæos: & in antiquam patriam conducendos. Hac re fretum priusq̃ exercitum comparasset ad regem ægyptiorũ soceri consilio descendisse: dixisseque orbis domini iussu liberandos esse Iudæos: Quo audito in carcerẽ ipsũ fuisse intrusum: unde nocte custodibus mortuis & repente portis patentibus: armisq; omnibus quæ ibi fuerãt fractis exiuisse: rectaque uia in regiam usque ad regis cubiculum ianuis apertis ad ipsum regem intrasse: interrogatumq; a stupente rege quodnam esset dei nomẽ a quo missus esset: quumq; a ceruicibus inclinatus Moyses in aure sibi dixisset audientem mutũ cecidisse: & a Moyse suscitatum fuisse: scripsisse quoq; ipsum nomen dei in tabula dicit: quas litteras quum nõnulli sacerdotũ deriderent legere nesciẽtes spasmo ait oẽs expirasse. Tũc etiã signũ rege petẽte

baculum a Moyse in serpentem cõuersum omnibusq; magno timore perculsis a cauda captum draconem in baculum rursus conuertisse. Deinde nilum baculo percussũ abundasse adeo ut uniuersa ægyptus summersionem timuerit: singulisque annis ex illo tempore similiter abundare: Postea quum aqua rursus baculo percussa in alueum suum rediisset animalibus in fluuio cunctis morte corruptis magno fetore aquam ita oluisse ut ægyptii siti & pestilentia simul laborarent: regẽ autem perteritum inclinatum iam fuisse ad dimittendum populum: sed memphiticos sacerdotes uocatos moriq; iussos nisi aliquod signũ ipsi etiam ederent: magicis artibus dracone producto & fluui colore mutato effecisse ut elatus rex atrociter iudæos tractaret. Tunc a Moyse terrã baculo percussã muscas uenenosas deĩde rursus pcussã ranas locustas aliaque huiusmodi monstra produxisse. Vnde apud ægyptios ubique in templo Isidis baculum deponitur atque colitur. Terram enim Isidem esse quæ baculo percussa monstra producebat. Tandem quum grãdine percuteret & terræmotu ægyptus uniuersa quateretur quo domus & templa multa ceciderũt perfractum calamitatibus regem iudæos liberasse: quos ab ægyptiis argentea aureaq; uasa uestem ac aliam gazam mutuo accæpisse: ac tertio die postquã recessisent in mare peruenisse. Duppliciter deinde rem ferri dicit: Mẽphitas enĩ dicere: quũ magnã locoꝶ Moyses hẽret peritiã refluxũ maris obseruasse ac ita cum populo transiuisse: Heliopolitas autem propter gazam quam iudæi mutuo abstulerunt regem commotum magna manu in iudæos profectum fuisse: Moysem uero percussisse baculo mare ut cælesti uoce ad mõitus fuit: & sic diuiso mari trãsiisse quumque post iudæos persequerentur ægyptii tum fulminibus tum refluentibus aqs periisse: iudæosq; liberatos annos trigĩta in heremo uixisse: quasi niuem deo quottidie illis pluente qua nutriebant. Moysem autem longum ait fuisse: flauum: canum: prolixiore capillo ac barba: & denique statura & facie dignitatis permagnæ: omnia uero ipsum absoluisse ait annos natum octuagintanouem. Ezechielus etiã poeta uniuersam iudæorũ historiam carmine moreq; tragico scripsit & in omnibus fere cum diuina scriptura conuenit: & Demetrius historicus similiter: q dicit Moysem ex ægypto ĩ Madiã profugisse: ac ibi Iothoris filiam Sophorem nomine in uxorem duxisse: quam coniectura a nominibus capta ex Habraam genus traxisse affirmat: Habraam enim ex Thetura Iessan genuisse: & ex Iessan natum fuisse

Adam: a quo Raguelē: ex Raguele uero Iothor & Bab: & Iothoris filiam Moysi nuptam fuisse: generationes quoq; ait ita conuenire ut uerisimile sit Semphoram & Moysē & Habraā descendentes eisdem tēporibus fuisse. Moysē enī septimū: Sēphorā aūt ab Habraā sextā fuisse: & Madiā urbē ab uno filior Habraæ noīatā fuisse. Eupolemus uero Moysē ait .lx. pphetasse ānos: Iosue aūt .xxx. & uixisse centū & .x. & tabernaculū ab eo in silo fixum fuisse: & post eum Samuelem prophetasse: a quo iussu dei Saulem ad regendum electum regnasse annis xxi. Post eum Dauid filium cis: a quo Syros & Phoenices usque ad Euphratem domitos fuisse Idumæos etiā Ammanitas Moabitas Itureos Nabatæos Nabdeos Suronemque Tyri ac Phoenices regem bello coactos tributa Iudæis cōtulisse: eiq; petēti locū fuisse diuinitus monstratum ubi templum esset ædificandum: Angelum enī uidisse in eo loco stantem ubi altare postea conditum fuit cui angelo nomen Dianathan fuisse: a quo nō fuisse permissū Dauid quoniam sanguine hominū propter bella quæ gessit cōtaminatus erat templū ædificare sed q̄magnam posset facere præparationem ut templum a filio eius facilius conderetur. Itaq; comparasse ipsum æris argenti auri talēta non pauca: lapides etiā & lingna cupressi atq; cedri: naues enim eum præparasse Melanis Arabiæ ciuitate: misisseque in insulam Vrphen in rubro mari positam auris metallis abundantissimā: unde in Iudæā innumerabilia pene pondo auri delata fuisse: regnasseq; Dauid annos quadraginta: ac ab eo regnum Salomoni filio duodecim annos agēti traditum fuisse: imperatumque ut templum ædificaret: a quo iam regnāte ad Vaphrē ægypti regē hoc exemplo litteras missas fuisse. Rex Salomon Vaphri ægyptio regi amico paterno salutē. Scias me a deo magno Dauid patris mei regnum accæpisse: quumque mihi pater præcæperit templū deo qui cælū & terram creauit cōdere. ut etiā ad te scriberē præcæpit. Scribo igitur & peto abs te ut artifices atq; fabros ad ædificādum templū dei mittere uelis. Ad hæc Vaphrē sic rescripsisse. Rex ægypti Vaphres regi Salomoni salutem. Lectis litteris tuis non paruo affectus gaudio sum q patri tuo optimo uiro & diuinitus probato in regnum successisti. Ad ædificandum autem templū dei inter fabros atq; ministros octuaginta milia hominum ad te destinaui. Dabis igitur operam ut ordine uiuāt & rebus necessariis non careēt: temploque dei condito incolumes ad nos redeant. Tyrio quoq; regi scriptū fuisse hoc mō. Rex Salomon Suron tyrii sydonis

atque phoenicięe regi amico paterno salutem. Scias me a deo magno Dauid patris mei regnum accæpisse quumq; mihi pater præcæperit templum deo qui cælum & terram creauit condere ut etiam ad te scriberē præcæpit. Scribo igit̃ & peto abs te ut artifices atq; fabros ad ædificandum templum dei mittere uelis. Ad hæc Suronem quoq; sic scripsisse. Suron tyri sydonis & phoeniciæ rex Salomōi regi salutē Lectis litteris tuis gratias ægi deo qui tibi regnum patris tradidit. Et quoniam scribis fabros ministrosque ad condendum templū dei esse tibi mittendos: misi ad te milia hominum octuaginta & architectum tyrium hominem ex matre iudæa: uirum ĩ rebus architecturæ mirabilem. Curabis igitur ut necessariis nō egeant: & templo dei condito ad nos redeant. Scripsit autem Salomon in galileam & samariam ad Moabitas inquit & Ammanitas & galacidas ut frumenta & uinum centū & sexaginta milibus hominū diligenter subministrarēt. Oleū aūt a iudæa eis prebebatur. Lingna igitur primū quæ a patre ipsius in mōte libani cæsa iacebant p mare in Iopen ac inde in Hierosolyma duxisse: incoepisseq; templum dei ædificare annos tredecim natum: populosque prædictos ĩ opere iugiter fuisse: & præter frumentū ac uinum cætera quæ necessaria sunt a iudæis p singulas tribus singulis mensibus ministrata: Fundatumq; templum longitudinis cubitorum sexaginta: & latitudinis similiter: fundamentorūq; latitudinē decem cubitorū fuisse: Sic enĩ Natham dei prophetam iussisse: ædificatūq; templum totum undique a pauimento usque ad tectum deauratum & tectum laquearibus factū aureis & tegulis æneis de foris contectū duasq; columnas æneas altitudini æquales templo decem cubitos in circumitu continentes auro deauratas soliditate unius digiti alteram a dextris alteram a sinistris templi statuisse: Candelabra quoq; aurea talentorū singula decem ad exemplar eoꝝ quæ a Moyse in tabernaculo facta erāt fecisse: & alia a dextris templi alia a sinistris posuisse. Lucernas autem aureas sexagintaseptem in uno quoque condelabro factas & fornicē maximū ad borealem templi partē ædificasse: quæ quadragintaocto æneis columnis sustentabatur: fecisse etiam labrū uiginti cubitorum longitudinis & latitudinis similiter: profunditas autem cubitorum quinque: gradusque circunductos construxisse ut sacerdotes adire ac pedes & manus lauare possēt: posuisseq; ad dextrā partem altaris: iuxta quem basim fecisse duorū altitudinis cubitorū: ĩ ea rex staret quo facilius ab uniuerso populo uideret: Altare quoq;

fecisse duodecim cubitorum altitudinis: & catenas tanq̃ retia super omnem templi altitudinem uiginti cubitis instrumentis quibusdam extendisse a quibus quadringẽta tintinabula ærea dependebant: hoc factum fuisse ne aues super templũ sederent neq; nidos ĩ laquearibus eius facerent ut templum ab omni foret ĩmunditia incõtaminatum Hierusalem quoque urbem muris turribus ac foueis ab eo fuisse circunductam: regiam quoque ibi ædificasse quæ Hieron Salomonis idest latine Salomonis ædes fuit appellata: unde corrupto postea uocabulo urbem Hierusalem uocatã fuisse & Hierosolyma græce appellari: Quibus factis sacrificiũ deo mille boum in Sylo fecisse: & tabernaculum altareque simul & uasa omnia a Moyse facta: Inde in Hierosolyma ad templũ dei transtulisse: Arcã similiter & cãdelabrũ & mẽsam: cæteraq; omnia ut propheta præcæpit: deoq; holocaustũ duo milia ouium & tria milia quinguagintaque uitulorum: Totum autem aurum quod in templo columnis cæterisque omnibus templi uasis fuit consumptũ quadragesies sexies centena milia fuisse: Argẽti uero ad clauos & alia instrumenta mille ducenta trigintaduo talenta Aeris uero in columnis fornicibus ac cæteris talenta decem & octo decem & octo milia & quinquaginta: misisseque omnes inregiones suas phoenices simul atq; ægyptios: Decem auri talenta singulis data. Talentum autem dico inquit quod Siclum appellant: Et ægyptiorũ quidem regi oleum & mel in magna quantitate misisse: Suroni autẽ columnam auream quæ Tyri in templo Iouis conspicitur: Vnde ille simulacrum filiæ fecit quod in aurea columna imposuit: mille quoq; scuta fuisse a Salomone aurea confirmat: Vixisseque ipsum ait annos quinquagintaduos & regnasse quadraginta. Timochares autem qui Antiochi res gestas conscripsit quadraginta stadiis circunduci Hierosolymam asserit abruptis uallibus undiq; natura munitam urbẽq; ipsam multis aquis adeo irrigari: ut hortos quoque multos extra urbẽ aquis inde defluentibus irrigari: Ab urbe autem usq; ad quadragĩta stadia magnam esse aquarum penuriam. Philo autem fontem fuisse in urbe asserit maximum: qui tempore hiemis deficiebat æstate uero copiosissime defluebat. Aristæus etiam in libro de interpretatione legis iudaicæ de aquis Hierosolymorum hoc modo scribit. Templũ inquit ad ortũ respicit: posteriora eius ad uesperã tendũt. Lapidibus aũt ornatissime pauimentum templi constratum est: & aqua sæpius in templum immittitur ut a sanguĩe detergat: Multa enim animaliũ

milia in solennitatibus offerũtur. Fons uero copiosissime atq; integer in templo ipso scaturit: ex quo magna uis aquaꝝ per cloacas plumbo consolidatas defluit. His ita dictis non est prætermittẽdum quod de Hieremia Polyhistor conscripsit Alexander. Temporibus inquit Ioachin Hieremias prophetauit qui missus a deo quum Iudæos aureo simulacro cui nomen erat Baal sacrificantes repperisset futuram eis propter hoc calamitatẽ prædixit: unde Ioachin uiuum iussit cremari Illum aũt dixisse foueas ipsos a rege assyriorum captos iuxta Tigridẽ atque Euphratem eisdem lignis facturos. Hæc Nabuchodonosorẽ babyloniorum regem audiuisse: ac a Stibare Medoꝝ rege in auxiliũ abducto centum & octuaginta peditum: equitum centum & uiginti milia ducentem: ac decem milia curruũ. Primo Samaritanas omnes: urbes Galilæam Scythopolim & Galatidem euertisse: Deinde Hierosolymam & Iudæorum regem Ioachin uiuum cæpisse: & aurum argentum æs cæteraque omnia quæ in templo fuerãt arca excæpta & tabulis in Babylonem asportasse. Arcam enim inquit Hieremias detinuit. Et rursus post aliqua Nabuchodonosor inquit prædicta mœnia ædificare cœpit: grauiter ægrotauit: mortuusque est post quadragesimum tertium annum regni sui: Cui Enilmalurchus filius successit. Hic propter iniquitatem & lasciuiam a Nerglisaro sororio suo insidiis excæptus in secundo anno regni periit. Deinde filius eius Labesoracus mensibus nouem: quo insidiis interfecto cõmuni cõsilio Nabonida insidiatorũ unus regnauit: qui Babyloniæ muros q iuxta fluuium sunt lateribus & bitumine condidit. In septimo autem & decimo anno regni eius Cyrus rex Persarũ magna manu Babylonios petiit. Nabonida uero regnum suum defẽsurus exercitum cõstruxit & uictus pugna in Borsippũ urbem confugit: quã Cyrus Babylone capta obsedit: Sed Nabonida diu ferre obsidionem non potuit: seq; Cyro tradidit: qui q̃humanissime ipsum tractauit: ac in Carmaniã cum dignitate ire iussit: ubi non multo post naturæ concessit. Hæc iudaicis libris immo uero nostris conuenire uidentur. Scribit enim in ipsis decimo atque octauo anno regni sui Nabuchodonosorem templum destruxisse: quod secundo anno regni Cyri restitui cœptũ decimo anno regni Darii tandem conditum fuit. Sed Alphœus etiã de Assyriis & Nabuchodonosore hoc modo scribit. Megasthenes inquit uir Priscus Nabuchodonosorem Hercule robustiorem dicit fuisse: uniuersamque Libyem cæteramq; Asiam usque ad Armenios

domuisse: quem Chaldæi dicunt quum in regnum suum rediisset furore diuinitus capto magna exclamasse uoce: Futurã o Babylonii uobis ego calamitatem prænuncio: quam nec Belus ille: nec ulla uis deorum auertet. Veniet persa semiasinus q uobis afferret seruitutẽ. His aliisq; huiusmodi dictis subito euanuit: Cui filius Milma rudocus successit: quem Iglisares interfecit ac loco eius regnauit: Cui Babaso Arascus filius successit: Quo insidiis interempto Nabinidochus regnauit: hunc Cyrus capta Babylone Carmaniæ principem fecit. De Babylone quoque Abydenus hæc scribit. Omnia inquit illa loca aqs contecta fuisse dicuntur. Belus autem regionem siccasse perhibetur & Babyloniam condidisse: quæ moenia aquarum illuuione deleta Nabuchodonosorus restituit: quæ remanent ad hæc Macedonum tempora. Et post pauca quum principatum ait Nabuchodonosorus accæpisset continuo Babylonem triplici muro quindecim diebus muniuit: & fluuios Armachalem atque Acrachanum ab Euphrate ortos obstruxit: paludẽ etiã effodit uiginti passuũ altitudinis parasãgæorumque quadraginta: portasque in ea fecit quas Riuotenentes appellabãt: quibus apertis Babyloniæ cãpos irrigabãt: rubriq; maris inundationẽ obstruxit: & Teredonem urbẽ ad sustinendos Arabum ĩpetus cõdidit: & ĩ regia pensiles hortos plãtauit. Hæc ab Abydeno sumere placuit. Quoniã legitur apud Danielem Nabuchodonosorẽ in templo suo ambulantem arrogantia motum dixisse. An nõ est ista Babylon magna quam ego in potentia mea ad laudem gloriæ meæ in domũ regni cõstruxi! Et ad huc ista loquentem uersum fuisse. Ad hæc oĩa illa placet afferre quæ Iosephus in libro de antiqtate iudaica dixit. Sufficiunt inquit ad ostendendã antiquitatẽ iudaicam Syriorũ simul & Chaldæorum & phoenicũ scripturæ: & græcorum ĩnumerabiles historici: maxime Theophilus Theodotus Manasses Aristophanes Hermogenes Euemerus Comon ac deniq; Zophyrus: qui omnes & alii forsan complures (nec enim omnia ipse legi) diligenter de nostris conscripserunt: quorum multi & si nõnullis aberrarint communiter tamen ab omnibus antiquitati nostræ testimonium perhibetur: quis Phalereus Demetrius & Pilon senior qui carmine conscripsit ac Eupolemus nõ longe absunt a ueritate: quibus uenia danda est: quoniam magnam nostrarum litterarum peritiam nõ habuere.

AEC. IOSEPHVS. Et alia huiusmodi multa quæ breuitati cõsulentes prætermisimus & ad alia trã-sire constituimus. Nam quoniã quibus rationibus gentilium fabulis cõtemptis scripturam hebræorũ suscepimus dictum est: ac ipsos græcos & uitam & doctrinã hebræorum admiratos fuisse auctoribus suis demonstratum. Age iam declaremus: multa quoque ab hebræis græcos sumpsisse. Quẽadmodum inquit Geometriam Arithmeticã Musicam Astronomiam Medicinam. Ipsa denique litterarum elemẽta artesque cæteras a barbaris ut postea ostendam accæperunt. Sic de pietate ĩ unum deum ac reliqua quæ ad utilitatem animæ pertinere uidentur dogmata non aliunde quam a iudæis ut paulopost patebit habuerunt. Quod si quis contẽdat naturali quadam ratione ipsos ea inuenisse: nec hoc qdem recusabimus. Nã si ea quæ a pphetis iudæi accæperunt & præclarissimi græcorum philosophi conscripserunt diligenter sequi uolumus non erimus certe accusandi.

On autẽ miretur quispiam si ab hebræis multa eos furatos esse asserimus: quom non modo disciplinas atque artes a barbaris abstulerint: uerum etiam ad hos usque dies ambitioni seruiẽtes alter alterius inuẽtionẽ furenť. Imo uero nõnulli uniuersa aliorum uolumina suis nominibus ascripserunt. Non sunt mea hæc uerba: sed eos ipsos audias quom alter alterum furti arguant: Quod primum ostendere aggrediamur ut mores eorum facilius cognoscas: Quõ enĩ ipsi alter ab altero furtĩ honorẽ sibi arripiat: quo mõ abstinere a nostris poterũt? Clemẽs igitur noster in sexto aduersus gẽtes poetarũ philosophorũ historicorum oratorũque furta præ oculis posuit. Textus enĩ ipsos orphei Homeri Hesiodi Heracliti Platonis Pytagoræ Herodoti Theopõpi Thucydide Demosthenis æschinis Isocratis aliorumque trãscripsit & contulit: reque ipsa ostendit multos nominibus suis aliorum edidisse uolumina ueluti Eugramon Cyrenæus Musæi de Thesprotis librũ integrũ sibi attribuit: nec solũ putilia a barbaris dogmata furatos eẽ: uerũ etiã quæ nobis per sanctos uiros miraculose tradita sunt imitatos fabulis implicuisse: percontaturque ab eis falsa ne sint quæ scribunt an ueritatis aliquid contineant. Si falsa inquit dicent ut mendaces contemnemus: Sin uera cur ea quæ a Moyse ac prophetis facta esse dicunť nõ credunt? Similia enim multa esse nemo ignorat: sicut illud

quod in primis fertur longo tēpore Ioue olim nō pluisse: Vniuersāq3 græciam aquarum penuria confectam Appollinem interrogasse: qd sibi esset faciundū: responsumq3 oratione ipsis Aeaci opus esse. Ascē/dit igit rogatus in montē Aeacus & mundis in cælū extēsis manibus cōmunem patrem omnium inuocauit: orauitq3 ut ab hac calamitate liberare græciam dignaret: quo adhuc orāte nubes excitate tonitrua facta: magnaque uis pluuiæ subito erumpens: uniuersam græciam irrigauit. Ita orationibus Aeaci foecūdissimus græcis ānus tūc fuerat Hoc inde sumptū esse quis non uiderit! Et inuocauit samuel dominū & dominus uoces & pluuiā in diebus messis. Innumerabilia huiusmōi Clemens conscribit: quibus furacitatem græcorum ostendit: quem si legeris: quanta sit eorum ambitio nō ignorabis: uerum quoniā iste noster est: ab ipsis græcoꝝ philosophis ut solemus latrocinia græcoꝝ ostendamus. Audias ergo quid de hac ipsa re scripsit Porphyrius in libro de studioso auditu. Apud Longinum īquit ad honorē Platonis ut singulis annis fieri solet multi simul philosophi coenabamus: & post coenam ut fit colloquebamur. Quom interim inter Caustrium & Maximum orta dissensio est. Maximus enim Ephorum Teopompo anteponebat. Caustrius uero furem fuisse: nihil a se ipso scripsisse ostendebat: ac a Demacho & Callisthene & Anaximene plura quā tria milia cōmatū sublata: & in concione trāsposita ostendebat. Tūc Appollonius grāmaticus: Ignoras inqt Caustri Teopompū etiā quē tu laudas furtis plenū esse. Nam in undecimo de Philippo ab Arco/pagetico Socratis ꝙ nihil aut boni aut mali aliunde q̄ a se ipsis hoībus accidat cæteraque huius ad uerbum transcripsit. Sed non orationes solūmodo ille furatur: uerū etiam aliorū gesta falso aliis tribuit. Nā quom Andro historiā diuinationū cōscripserit: dicatq3 de Pythagora ꝙ aquam a puteo haustam in metaponto sitiens postq̄ bibit in tertiū diem terræmotum fore prædixerit hæc omīa Theopompus ad alios trāstulit. Pherecidē enī syrum ita prædixisse asserit nec ī metapōto: sed in syria id fuisse dicit. Sibaris quoq3 urbis captiuitatē ad Mesenæ urbis casū transtulit Tum nicagoras ego quoq3 inquit quom historiā eius legerem: multa ipsum a Xenophonte accepisse mutasseque ad peius consideraui. Xenophon enim in quarto pharnabazi Agesilai collocutionem propter apollolophanē Cyziphenum factam ita cō/scripsit: ut & dignitas & mores utriusq3 quō legas cerni oculis uideāt hāc rem in undecimum historiæ græce Theopompus traduxit. Itaq3

dicit ut muta tardaq; uideantur. Vt enī furtū cælaret ea interposuit quæ cunctationem quandam colloquentium ostendunt: & animatā Xenophontis orationē corrūpunt. Tū Appollonius Cur theopōpū & Ephorum uiros in dicēdo tardos furti accusamus quom Menāder quoq; similiter fecisse inueniatur! Et ab aristophane grāmatico q eū ualde amabat admonitus fuisse dicat! Vnde latius sex libros edidit: quos de Menādri furtis inscripsit: ubi omīa quæ ab aliis accepit: unū in locum contulit: sicut philostratus alexandrinus de Sophocle fecit. Cecilius autem integram ad finem fabulam Antiphanis quæ Ionista dicit a Menandro in dissidemonem transcriptā ostendit. Sed quoniā in hanc rē nescio quo modo incidimus: ego quoq; accusare Hyperidē uolo multa fuisse a Demosthene furatum: uerum quoniam eisdem fuerunt temporibus uestræ puto coniecturæ relinquēdum quisnam ab alio furatus sit. Ego uero Hyperidē existimo: si aūt uos demosthenem ab illo accepisse contendetis laudo: quoniam quæ accæpit multo prestantiora reddidit. Vituperandum autem Hyperidem duco. Si elegantissimā Demosthenis orationē ad peius cōuertit. Et post pauca Belanicus etiam inquit quæ de moribus barbarorum conscripsit ab Erodoto & Damasco intercepit. Quid uero aut de Erodoto dicā qui in secūdo ab Hecateo milesio multa trāstulit ueluti de phœnice: aut de fluuiali equo: de uenatiōe crocodilorū: aut de Isocrate atq; Demosthene quoꝝ alter īnumularia oratiōe: alter ī orone aduersus Onetorē oīa quæ de quæstionibus Issæus ī orone de hereditate Chilonis dixit eisdē fere uerbis trāstulerint. Aut de Dinarcho q multa eisdē uerbis trāscripsit! Antimachus etiā poeta multa furatus ab homero parūq; immutata scripsisse inuenitur: uerum ne alios furti crimine accusādo ipse quasi fur reprehendi possim: Vnde hæc habui dicendū mihi eē uideo. Lysimachus igitur duos libros de furtis Ephori conscripsit. Polionis etiā ad Soteridam epistola extat de Crosii furtis. Liber etiā eiusdem legitur de simili herodoti crimīe: & in libro quē de uestigiis inscripsit furta Theopompi recitat. Tum prosenes alios quidē fures depræhēdistis. Platonem autem cuius solemnitatem tanquam herois celebrantes apud longinum cōuenimus hoc ipsum fecisse: uereor enī furti uocabulum dicere cū de Platone uerba facio nō depræhēdistis. Quid ais īquit galieta! Aio inqt quod rebus ipīs probabo. Et fortassis multo plura inuenirentur si eorum qui apud platonem philosophati sunt libri omēs reperirent. Nam cum forte his diebus protagoræ de

ente librū legerē aduerſus eos qui unū ens dicunt eſſe eadem omnīo inueni ſcripta quæ apud Platonē legunť. Quod ut ita eē cognoſcatis ipſum audiatis nouitate namq; rei cōmotus memoriter omnia tenere ſtudui his dictis uerba ipſorū philoſophorū cōſcribit qbus aptiſſime furem fuiſſe Platonem oſtendit. Sed ſatis iam dictum eſt ꝙ alter ab altero græci furentur & alter alterum ſtudioſe redarguat.

ON eſt autē ab hac præparatione euangelica alienū breuiter oſtēdere diſciplinas oēs & artes a barbaris græcos habuiſſe: ne quis accuſare nos audeat ſi ab hebræorum ſcriptura pietatē didiciſſe prædicemus. Quom qui ueri aliqudi apud eos dicere uideantur nec fabulis theologiam immiſcere hebræorum doctrinam plane imitari cognoſcanť. Iuniores enim omnes ſunt qui apud græcos recte aliqd philoſophati ſūt. Nō hebræis ſolū nec phœnicibus atq; ægyptiis: ſed priſcis etiam ipſis græcis. Primus enim omniū ex phœnicia Cadmus Agenoris filius myſteria & ſolēnitates deoꝝ græciæ tradidit ſimulacrorū conſecrationes etiā & hymnos. Deinde ex Thracia Orpheus. Linus etiā & Muſæus quos circa tempora troiana floruiſſe aſſerunt: a quibus nihil aliud quā ægyptiorum atq; phœnicum falſitas paucis commutata græciæ commēdata eſt. Quibus quidem in temporibus Pythius Clarius Dodonæus maxime colebantur: ſimulacraq; aliorū deorum atq; heroum & templa conſtituebanť. Et poſt multa ſæcula philoſophiæ data ita diligēter opa ē ut quō nihil ueri in traditiōibus maiorum philoſophantes inuenirent præclara illa maiorum oracula cū auctoribus ſuis contempſerint: quippe ab illis nullam ſe conſequi utilitatem uidentes aliena tanquam nudi atque pauperes ueritatis & diſciplinæ non temere ſcrutabantur: & ab aliis gentibus quæ utilia ueraq; cenſebant in omnibus artibus atq; diſciplinis non ſine labore mutuabantur. Nempe ipſi græci cōfitentur poſt Orphea Linum & Muſæum antiquiſſimos ut ipſi dicūt theologos & multorū auctores errorum ſeptem quoſdam uiros admirabiles adeo ſapientia fuiſſe ut ſapiētes uulgo appellati ſint: q omēs temporibus Cyrri perſarū regis floruerunt. Quo quidem tempore apud hebræos nouiſſimi omnium prophetæ fuerunt annis poſt troiana tempora pluribus ꝙ ſexcentis. A Moyſe autē nō paucioribus ꝙ mille & quingentis quod paulopoſt planius faciemus. Verum ab iſtis ſapientibus nihil aliud quā ſentētiæ quædam commodæ atque breuiter dictæ ad utilitatē humanæ uitæ

compertũ eſt. Magno deĩde ſpatio tẽporis interpoſito philoſophorũ genus ĩcepiſſe fert. pythagoras enĩ primus oĩm fuit quẽ philoſophiæ quoque nomen inueniſſe cõſtat. hunc multi ſamium: alii tyrrhenũ: alii ſyriũ aut tyrium fuiſſe cõtendunt. Ita nõ plane græcus maximus & primus philoſophorum ab omnibus dicitur. Nam Pherecidem doctorem Pythagore ſyrium omnes fuiſſe tradunt: quamuis nõ eum ſolummodo: ſed perſarum etiam magos & ægyptiorum diuinatores audiſſe Pythagoras aſſeratur: eo tẽpore quo iudæorũ alii in babilonẽ alii ĩ ægyptũ trãſmigrarũt. Audiuit aũt & Brachinanas iudæorum phõs: ſic ab aliis aſtrologiã: ab aliis geometriã: ab aliis muſicã: ab aliis arithmeticã: & aliud ab aliis habuiſſe. A græcis autẽ nihil eũ habuiſſe auſus quiſpiã eſt dicere: tanta doctrinæ & bonarũ artium penuria in græcia fuit ante q̃ Pythagoras oĩa quæ ab illis collegit ſũmo ſtudio docuit: & diuinos ꝓpterea meruit honores: a quo prima philoſophia proceſſit: quam italiam quoniam ibi maxime docuit appellare ſolent Secunda eſt quam Thales unus de ſeptem ſapientibus tradidit: quæ Ionica nomĩat. Tertia eleatica dicĩt: cuius Xenophanes colophonius auctor aſcribitur. Thalem aũt multi nõ græcũ ſed phœnicẽ dicunt: nonnulli mileſium fuiſſe arbitrantur: quem tradunt ab ægyptiorum diuinationibus pleraq; accepiſſe. Solonem uero unũ de ſeptẽ q leges athenienſiũ cõſcripſit tẽpore quo iudæi ægyptũ frequẽtes habitabãt illo perueniſſe Plato in Timæo teſtatur. Quo quidem in libro doceri eũ a barbaro uidemus his uerbis. O Solon Solon græci ſemper pueri eſtis: ſenex aũt nullus unquam græcorum fuit: ac ideo apud nos nulla diſciplina uetus inueniri poteſt. Plato quoque ipſe quom Italicam philoſophiam hauſerit: in ægyptũ abiiſſe traditur: nec breui tẽpore cõuerſatus ibi fuiſſe. Vnde grato aĩmo oĩa quæ optĩa ſunt a barbaris ſe conſecutũ profitetur. Dicit enĩ in epimenide cauſã fuiſſe barbarũ illum qui primus hæc inuenit. Vetuſta enim regio inquit eos aluit q primi hæc inuenerunt. Longam autem ætatem multi conſecuti ſunt propter æſtiui temporis ſerenitatẽ: quam ægyptus maxime atq; ſyria poſſidet. Quare ab initio uſq; ad hæc tẽpora innumerabilibus annis examinata uere nobis tradita ſunt. Deĩde ſubiicit. Fateri aũt oportet quicquid a barbaris græci accæperunt ad meliorẽ illud finẽ ꝑduxiſſe Hæc Plato. Democritus autẽ multo prius a barbaris ſe didiciſſe his uerbis gloriat̃. Ego uero inquit multo plures quã oẽs cæteri homines qui modo ſunt regiones peragraui: multas urbes uidi. Sapientes uero

audiui: nec quiſq̄ me in demonſtratione linearum ſup̱are potuit: nec ipſi quidem qui arſepedonaptæ apud ægyptios appellant. Octoginta enim annos longe a patria diſciplinarum amore abfui: Babilonē enī etiam iſte & p̱las ī ægyptū ut diſceret petiit. Quid de Heraclyto ac de aliis græcis dicā p̱ quos omēs illuminatā doctrinis græciā conſtat! Nam ante ſæcula eorum uatibus & oraculis dæmonum inhiabat: nec aliquid ſolidæ diſciplinæ ueſtigiū cōtinebat! Mirabilia uero apollinis illa reſponſa nihil penitus hominibus contulerunt: ſed errantes huc atq̧ illuc magno ſudore aliena ſibi homines congeſſerunt: geometriā enī ab ægyptiis: aſtrologiā a chaldæis: & alia ab aliis acceperūt. Sed nihil unquam tanti mutuati ſunt quanti hoc eſt quod ab hebræis habuerūt. Vnius enī dei cognitionē inde receperūt: & multitudinē dæmonum ſuorum ſpreuerunt. Cur ergo nos incuſant ſi hebræorū ſcripturam barbarā ut ipſi dicerēt græcæ philoſophiæ āte poſuimus quoniā omīa bona a barbaris ipſi furati ſint nec quicq̄ utilitatis a diis ſuis habuerint! Quos iure multi apud eos contēpſerunt: ut impii dici q̄ dæmonia uenerari maluerint. Cur igitur nos accuſāt aut nō magis laudant atq̧ admirant: qui falſitate contēpta eam theologiam ſecuti ſumus quæ ſola uera eſt ab omni falſitate remota. Nā neq̧ impietatē incidimus ut multi græcorum ſapientes nullum deum colentes: neq̧ rurſus ut mirabiles philoſophi ſūmum deū cognoſcentes multorum falſitatem deorum falſitati permiſcuimus. Sed de his alias. Nūc aūt nō philoſophicas ſolum doctrinas: ſed omnia inuenta hominum humanæ uitæ utilia a barbaris græcos accepiſſe comprobemus: Primus igit qui litterarū elemēta græcis tradidit Cadmus ex phoenicia erat: unde phoenicia litteraꝝ elementa priſci poetæ dixerunt. Multi ſyros litteras primos comperiſſe aſſerunt. Syrii autē etiā hebræi ſunt. Nā iudæa in ſyria ſemper a ſcriptoribus habita eſt & phoeniciā etiā apud priſcos appellari conſtat. Temporibus autē noſtris palæſtinē Syriæ appellant. Argumēto autē illud maximo eſt ab hebræis repertas eſſe litteras ipſarū litterarum apud græcos appellatio. Singula enī apud hebræos elementa appellatione ſignificatiua uocantur: quod apud græcos nullo modo fieri poteſt. Vnde nō eē ab illis inuēta ſed ab aliis accepta declaratur. Omēs aūt litteræ apud hebræos uigintiduæ ſūt quarū prima Aleph dicit: quod latinæ diſciplina dici poteſt. Secūda Beth: quod domus ſignificat. Tertia gimel: quod uocis plenitudinē ſignificat. Quarta delth: quod librorum dici poteſt. Quīta ita: quod

uocabulum ista significat: quæ omnes uoces talem sensum efficiunt Disciplina domus plenitudo librorũ hæc. Sextum elemẽtũ apud eos Va dicitur: quæ uox latine in ipsa dici potest. Deinde Cai: quod uocabulũ significat uiuit. Septimũ it quod significat uiuens: totum hoc simul ĩ ipsa uiuit uiuens. Nonum teth dicitur idest bonũ. Decimum ioth & interpretatur principium. Simul hæc duo bonum principiũ significant. Vndecimum Caph: latine tamẽ. Duodecimũ labd: quod & postea sanich quod interpretatur auxiliũ: totum hoc simul ex ipsis significat disce: totum simul tamẽ disce. Deinde sequitur elementũ quod men appellãt quod ĩterpretari potest ex ipsis. Deĩde Nun idẽ sempiternũ auxiliũ his accedit Ain: quod latine fontem aut oculum significat. Deinde phi quod os dici põt. Deinde sade quæ uox iustitia ĩterpretari potest: simul sẽsus ẽ fõs aut oculus & os iustitiæ. Elemẽtũ deinde accedit Cophi idest uocatio. Deĩde ris quod capud significat Deinde sen quod dentes dicere possumus. postremo thau quod signa dici potest. Omniũ igitur sensus elementorũ hic ẽ Disciplina domus plenitudo librorum hæc in ipsa uiuit uiuens bonum principiũ tamen disce ex ipsis sempiternum auxilium fons aut oculus atq; os iustitiæ: uocatio capitis & dentium signa: hæc est elementorꝝ hebraicorꝝ latine dicta sententia quæ disciplinæ litterarum sũmopere conuenit: quod apud alias gentes inueniri nequit. Vnde fateri necesse est nõ ab aliis q̃ ab hebræis litteras esse inuẽtas: græcos uero ab hebraicis accepisse ipsa litterarum appellatio significat hebræi enĩ Aleph: græci alpha dicunt. Illi bet græci uita: gama græci gimel illi: deinde delth illi: deltha isti: & alteri zai: alteri zeta: cætera quoq; similiter. unde patet ab hebræis litteras ĩuentas ad alios & ad græcos tandẽ peruenisse. hæc de lrĩs dicta sufficiãt. Clemẽs quoq; quom in similẽ inciderit materiã ægyptios ostẽdit medicinã ĩuenisse & æsculapiũ ãplificasse. Atlantẽ aũt ex lybia primũ nauĩ construxisse ac nauigasse. Astrologiã primos Chaldæos: ægyptios deinde edidisse. Phryges auium uolatus primos obseruasse: & tuscos aruspicium comperisse. Telmissinos somniorũ ĩterpretationẽ. Tyrrhenos tubã: phryges fistulã ex phrigya enĩ erat olympus & Marsyas qui fistulã inuenerũt. Lucernæ usũ ægyptios q̃ annũ in duodecim partes primi distinxerũt primiq; lege nõ cõuenire mulieribus in templis prohibuerunt: nec in trare in tẽpla quenquã a muliere nisi lotũ sanxere. Geometriã etiã ipsos ĩuenisse. Selmetẽ uero & damnameneum iudæos in cypro primos ferrũ inuenisse: ferri autẽ

tincturā ant temperiem qua robur accipit Delam iudæū comperisse quis Hesiodus delā ex scythia fuisse asserat. Falcē thraces cōperisse: ut primo peltis equestres usos quam illyri primo inuenerūt. Cadmū auri metalla primum in monte pangæo excogitasse. Quadriremem a carchidoniis primum factā fuisse cuius architectus Vosporus fuit: Medeā primā tincturā capillorū excogitasse: pānones qui noricum habitant quos noropes appellāt æris usū inuenisse. Olympū ex mysia lydiam harmoniam: Dicordum assyrios Sambucā instrumentū etiā id musicum est troglodytas. Marsyam phrygem tricordū diatanāq harmonyam & myxophrygiā atq mixolydiam. Thamyrim Thracā harmaniam doricam sydonios triremen. Siculos phormingem non ualde a cithara differentē: hæc clemēs nr̄ cæteraq huius a cydippo: Mātineo: Antiphane: Aristodemo: ac Aristotele collegisse ait: ope autē pretium est a Iosepho etiam iudæo nōnulla transcribere. Is enī uir quom de ātiquitate iudaica scribat multo iuniores fuisse græcos ostēdit: ac a barbaris oīa collegisse: diuersaq īter se ac uaria cōscripsisse. Verba igitur eius hæc sunt. Non possum inquit nō admirari eos qui putant de uetustissimis rebus solis esse græcis credendum: nobis autē cæterisq hominibus nullam esse fidem adhibendam. Nam si ab ipsis rebus ueritatem discere uoluerimus quæ a græcis facta inuētaq siue urbes conditas dixeris siue artes excogitatas siue legū sanctiones heri aut nudiustertius si eum nostris cōferas incœpisse putabis. Scribendæ uero historiæ curam omnium postremam ipsius fuisse cōstat. Vnde ipī quoq Chaldæos phoenices & ægyptios(nō enī libet modo nos quoq istis connumerare) aperte fatentur uetustissimam firmāq priscarum rerum traditionem tenere. Regiones enī habitant quæ minimas continentis regiones patiuntur: multaque opera ac magno studio semp incubuerunt omīa præclara facinora publicis scripturis ab eloquentissimis uiris posteritati commendari. Græciam uero nō ignoramus sæpius deuastatā rerum gestarum memoriā amisisse: Ita nouo genere uiuēdi sæpius īstituto a se originē rer̄ īcœpisse putarūt Litteras autem posteriores pene omnibus acceperūt: a Cadmo enim didicisse gloriāt: Nec tamē aut ex tēplis aut loco publico scripturā se habuisse dicere audent quæ id significet. Vnde magna quæstio ē Vtrum troiani belli tēporibus litteris uterēt & paulopost Cadmus uero milesius: & Argiuus acisilaus qui primi apud græcos historiam scribere aggressi fuerūt nō multo ante Xersis tēpora fuisse phibent

Præterea Pherecides syrius: Pythagoras & Thales qui de cælestibus atq; diuinis rebus primi græci pauca scripserũt ab ægyptiis & Chaldæis cuncta didicerũt: quos omẽs una uoce græci uetustissimos oĩum prædicant. Quomodo igitur supremæ arrogantiæ non est sibi solis antiquitatis memoriam attribuere! Aut quis ab ipsis scriptoribus nõ facile pcipiẽt nihil certũ sed oĩa cõiecturis græcos scripsisse! Pugnãt enim inter se omnes & alter alterius falsitatem redarguit: nõ est opus ut eos moneam qui melius me sciunt: quod Ellanicus contra quam Acusilaus de Genealogiis ediderit. Nec ut enumerẽ in quot quãtisq; Hesiodũ repræhendit. Nec dicã quomõ Ephorus Ellanicũ: Timæus Ephorum: Timæum posteriores: Herodotum omnes repræhendũt. Non est necesse de singulis atq; minoribus dicere: quom de psarũ in græciã impetu & de præclaris facinoribus tunc gestis inter se uehemẽter scriptores discrepent: quom etiã Thycydidẽ qui accuratissime suorum temporum conscripsisse historiam creditur quasi mendacẽ nõnulli accusẽt: huius discrepantiæ q̃uis multæ possint eẽ causæ: duæ tamen mihi precipue uidentur. Quarũ prima & maxima est q̃a nullã curã ut publice præclara facinora scriberẽt græci populi hũerũt: ac ideo magna ĩ scriptoribus mẽtiẽdi licẽtia fuit. Nã ipsi etiã atheniẽses quos & indigenas putãt & diligentiores fuisse constat: primas oĩum publicæ scripturæ leges draconis de cæde qui paulo ante Pisistratũ fuit cõmẽdatas fuisse asserũt: Nõ oportet de arcadibus dicere q q̃uis uetustissimos se omniũ prædicẽt: ultimi tamen omniũ lr̃as didicerũt. Quare quom nihil extaret publice quo & ignari docerẽt & mẽdaces redarguerent partim ignorãtia: partim affectione factũ ẽ ut magna inter scriptores discrepãtia inueniat. Altera causa est q̃a nõ ueritatis amore q̃uis ita profiteantur: sed eloquentiæ suæ ostentatione quoniã ueteres scriptores superaturos se facile credebãt scribendi laborem sumebant. Ita nõnulli fabulas: nõnulli ciuitatũ aut regum laudes aut uituperationes: nonnulli ueterum scriptorum ut ipsi eloquentiores uiderentur emendationem conscripserunt. Vnde fit quom historiã scribere profiteantur nõ id sed huius oppositũ faciant. Veritatis enĩ historiæ signum illud est ut de eisdem rebus eadem omẽs conscribãt Illi uero sic se ueraces uisum iri putarunt si unusquisq; aliter q̃ cæteri conscripsisset. hæc Iosephus. Sed non erit ab re quasi apicem diodori testimonium afferre. Is igitur ĩ primo his uerbis utit̃ Dicendũ modo de his est qui priscis tẽporibus prudentia doctrinaq; clari ad ægyptũ

usq; profecti sunt. Sacerdotes enim ægyptiorũ in sacris libris scriptũ inueniũt Orphea: Musæum: Melampoda: Dædalũ: Homerũ poetã: Lycurgum spartiatem: Solonem Atheniensẽ. Platonẽ philosophum: Pythagoram Samium: Eudoxũ mathematicũ: Democritũ abderitã: Enopidem chium ægyptum petiisse: quorum omnium uestigia: aliorũ imagines: aliorũ nomina locis aut instrumẽtis indita extant: asserũtq; uniuersa illos quibus apud græcos claruerunt ab ægyptiis accepisse. Orphea enim mysteria Dionysi & errores cereris sic cõscripsisse ut mysteria osiridos & errores isidos se hẽnt: noĩbus solũmodo ĩmutatis Supplicia uero impiorum apud inferos & amoenos piorũ campos ad imitationem eum fecisse earum rerum quæ in sepulchris ab ægyptiis gerunt: quã rem Orpheus primus apud græcos trãstulit: & homerus amplificauit. Melampodem autẽ aiũt ea quæ de saturno & de titanũ pugna dicũtur ac de aliis deorum calamitatibus ab ægypto ĩ græciã traduxisse. Dædalum autem affirmant uolutiones labyrinthi fuisse imitatum qui usq; ad hæc tempora in ægypto pmanet a mendote uel sicut quidã dicunt a rege maro multis annis ante Minoẽ cõstructus: cuius rei signũ ẽ statuarũ numerus quas dædalus apud græcos cõfixit neq; enim plures neque pauciores sũt q̃ apud ægyptios sint. Ita uero esse inde maxime patere aiunt q; in Memphyde propylæa uulcani dædalo architecto facta ostendũt: quo quidẽ opere a deo admirabilis ingenii uisus ut lignea eũ statua donauerit: quæ ĩ eodẽ uulcani tẽplo conspicitur: Adeo enim supauit ægyptios a quibus didicit ut ppter multa quæ adinuenit honores diuinos apud eos cõsecutus sit. Tẽplũ enim Dædali ad hæc usq; tempora ĩ insula quadam iuxta memphim sũmope colitur. Argumẽta quoq; nõnulla solẽt afferre quibus fuisse in ægypto Homerũ plane ostendunt: ac maxime q̃a Helenã scripsit potionẽ Thelemacho apud Menelaũ hospitanti præbuisse qua factũ est ut calamitatum suarum obliuisceretur: quam quidem potionẽ ab ægyptiis dicit poeta helenam a polymnesta quadam thanis uxore didicisse. Nam usq; ad nostra tẽpora solæ diospoliticæ mulieres irã atq; moestitiam potionibus sedare resciunt: Diospolis autem Thebæ sũt. Venerẽ quoq; aureã Homerus appellat quo noĩe uulgo ab ægyptiis nominatũ: & lucus ueneris aureæ apud eos adhuc inuenitur. Lycurgũ similiter Platonem atque Solonem multa in libris atque legibus suis cõscripsisse patet quæ ante illorũ tẽpa ægyptii habuerũt: Pythagoras quoq; geometriã & Arithmeticã ab eis didicisse: & animæ in cætera

animaliũ migrationẽ a dogmatibus ægyptiorũ ſumpſiſſe. Democritũ uero putant quinquẽnio in ægypto cõuerſatum multa inde didiciſſe. Enopidẽ quoq; ab ægyptiis aſtrologis & alia cõplura & obliquationẽ zodiaci percepiſſe. Eudoxum etiam ab ægypto in græciam multas aſtrologiæ rationes tranſtuliſſe. Teraculem ſimiliter atq; Theodorũ Rheti filios qui ſimulacrum Apollinis pythii fabricati ſunt: quique fingendo apud priſcos oẽs excelluerũt multis ãnis ĩ ægypto uerſatos contendunt. hæc a Diodoro ſumpta ſufficiant. Si ergo ab omnibus barbaris quicunq; clari apud græcos fuerunt nõ pauca neq; minima acceperunt: nec iccirco quiſpiam eos accuſauit: cur nos accuſant qui uera pietate commoti ſcripturam hebræorum complectimur?

Erũ ne forte quoniã cognitionẽ unius dei hebræos ſolũmodo uere habuiſſe diximus: ac ab eis cæteros ſi qd hac de re præter hebræos uere ſenſerũt accepiſſe cõtendimus: ne quis unq̃ aliter actũ putet. ac a græcis iudæos hoc habuiſſe dogma contẽdant declarãdũ eſt qbus tẽporibus Moyſes & ,ppbetæ fuerunt. Plurimi ergo (putilis namq; res eſt) de antiquitate Moyſi & propbetaꝝ ſcripſerũt: a qbus nõnulla tranſcribam q̃uis ipſe noua uia rationemq; uſus hoc modo rẽ diſponere ſtatui. Nemo inficias ibit imperatoris romanorũ Auguſti tẽporibus ſaluatoris noſtri natiuitatẽ fuiſſe: doctrinãq; quĩto decimo Tyberii cæſaris anno euangelicã incœpiſſe. Si qs ergo ab hoc tyberii anno ad ſuperiora ſcandens diligenter uſq; ad Darium pſarum regẽ & reſtitutionẽ tẽpli perueniet quingẽtos. xlviii. annos inter Tyberiũ & ſecundũ Darii annum interfuiſſe comperiet. Secundus enĩ Darii annus ſexageſimæ quintæ olympiadis primus fuit: Tyberii aũt qntus decimus ducentiſſimæ ac primæ olympiadis quartus ĩuenit. Ita cẽtũ ac triginta ſeptẽ olympiades ĩterfuiſſe manifeſte uident: q numerus quaternario auctus: quadrienniũ enĩ olympiadi attribuit qiungentos xlviii. annos effecit. In ſecundo autem anno Darii ſeptuageſimus hieroſolymoꝝ & templi deſtructionis fuit ut iudæoꝝ hiſtoria oſtẽdit Quod ſi a ſecundo Darii anno ad primam olympiadem percurras olympiades quidẽ. lxiiii. annos: cclvi. ĩterfuiſſe comperies. Quos qdẽ annos ſi ab ultimo deſolationis anno ac reſtaurationis principio aſcẽdendo auferas ad quinquageſimũ annum Oziæ iudæorum regis quo tempore Iſaias & Oſee prophetarunt omnino peruenies. Ita prima olympias Iſaiæ tẽporibus fuiſſe inuenit. Inde aũt a prima olympiade

usq; ad captiuitatem troiæ ut græcorũ ipsorum historiæ significant quadringenti ac quĩquaginta anni colligunt: quem annorũ numerũ a quinquagesimo Oziæ anno similiter auferendo ad tertium annum labdonis iudæorũ iudicis peuenies: Ita troianæ urbis destructio septẽ annis anteq̃ Sanson hebræos iudicasset fuisse ostẽdit: quem corporis robore inuictũ fuisse ut herculem græci scribũt hebræi testant. Inde a captiuitate troiana si quadrĩgẽtos ascẽdẽdo ãnos auferas ad Moysẽ & terrigenã cecropẽ deuenies. Oĩa uero quæ apud græcos mirabilia narrãtur post Cecropem fuisse constat. Nam Deucalionis diluuiũ: phætõtis ĩcendiũ: natiuitas Erichthonii: proserpinæ raptus: Cereris mysteria: Eleusiniorũ cõstitutio: Triptolemi satio: Europæ raptus a Ioue: Apollinis partus: Cadmi ad thebas aduẽtus: & ad hæc iuniores illi Dionysus: & Minos: æsculapius: perseus: dioscuri: hercules post Cecropẽ omẽs fuerunt. Quare omnibus his multo uetustior Moyses fuisse confirmatur. A Moyse uero usq; ad primũ annũ uitæ Habraã quingentos ac quinq; annos comperio: quos si a Cecropis regno ad supiora auferas ad assyriũ Ninũ tandem peruenies quẽ aiunt primũ totius asiæ india solũ excæpta regnasse: a cuius nomĩe ciuitas Ninus appellata est: quã iudæi niniuen dicũt. Eo tempore zoroastes magus apud bactrios regnabat. Nino autẽ uxor Semiramis successit. Nini ergo atq; Semiramidos zoroastisq; temporibus habraã fuisse constat Nam hæc omnia nobis certis rationibus in eo libro demonstrata sũt quẽ de temporibus inscripsimus. Vtar aũt impræsentiarũ porphyrii de uetustate moysi testimonio illius uidelicet qui hebræorum atque Christianorũ inimicissimus odii cumulo ipsum quoq; Moysem atque ꝓphetas ĩprobis petere uerbis ausus est. Sic enĩ inimicorũ testimonio uetustas moysi magis cõprobabit. In q̃rto ergo eorũ quos aduersus nos libros euomit his uerbis utitur. Narrat autem iudæorum historiam uerissime quoniã & locorũ & uirorũ nomina similiter atq; ipsi posuit Sachoniatho berutius qui earũ rerum oĩm monumẽta ab hierobalto dei leui sacerdote asserit habuisse. Quam quidẽ historiam a belbalo berutiorũ regi inscripsit: quorum uirorũ tẽpora multo ante troiana tempora fuisse cõperiuntur. Is Sachoniatho phoenicũ lingua ꝑtim a singularum urbiũ annalibus ꝑtim a libris sacris qui templis dedicari solebant collegit ingenio: quẽ nõ multo post Moysem semiramidos temporibus fuisse scriptũ est. hæc porphyrius. Si ergo semiramidos tẽporibus Sachoniatho fuit: ea uero multo ante troianã calamitatem

fuisse perhibetur erit Sachoniatho quoq3 troianis temporibus multo uetustior. Sachoniathonem uero ab aliis collegisse historiã ipse porphyrius testatur quos & ipsos iuniores Moyse fuisse concedendũ ẽ. Sed ponamus etiã eisdem temporibus Moysi Sachoniathonem fuisse quoniam tamen Moyses Semiramidos temporibus huius philosophi testimonio cõperit quãdo nos habraam fuisse contendimus. Antiqor est Moyses secũdum porphyriũ q̃ ipsi opinãtur. Fuit autẽ Semiramis octingentis annis ante troiana tẽpora. Quare Moyses quoq3 similiter Primus uero apud Argiuos Inachus regnauit: quãdo nec ciuitas nec nomen Atheniensium erat. Primus autẽ argiuorũ rex q̃nti assiryorũ regis temporibus fuit centum quinquaginta annis post Moysẽ atq3 Semiramidem in quibus nihil apud græcos illustre factum inuenitur Quadringentis autẽ annis & quinquaginta fere post Semiramidem. Primus apud Athenienses Cecrops ĩdigena ut ipsi dicunt regnauit. Triopa septimo post Inachũ regnãte apud argiuos: post Inachi autẽ tẽpore ogygiũ dicit diluuiũ fuisse. Et Apis apud Aegyptios primus deus apellatus ẽ & Inachi filia q̃ Isidẽ ægyptii noĩarunt Prometheus quoque & Atlas illis temporibus fuerunt. A Cecrope autem usq3 ad troianorum calamitatem paulo pauciores q̃ quadringenti anni colliguntur. in quibus diluuium deucalionis & incendiũ phaethotis fuisse non ignoramus. Cecrops autem primus deum Iouem appellasse fert & arã instituisse primus & simulacꝝ palladis erexisse. Post Cecropẽ autem dii græcorũ omẽs nati fuisse uidentur. Ita ad Troiana tẽpora a temporibus Moysi plures q̃ octingenti anni Porphyrii testimonio fuisse comperiuntur. Homerũ uero atque hesiodum multo iuniores troia fuisse manifestum est. Pythagoram uero & Democritũ in quinquagesima olympiade septingentis fere annis post troiã fuisse cõstat. Quare huius philosophi auctoritate mille quingentisque annis ante græcorũ philosophos Moyses fuit. Verũ quoniã multi præclari apud nos uiri atq3 doctissimi iudæorum antiqtatẽ certis uerisq3 argumẽtis ꝓbarunt: quoꝝ alii a græcis: alii a chaldæis atq3 ægyptiis: nõnulli etiã a phœnicibus atq3 hebræis propositum suũ approbarunt: immo uero cuncta simul conferentes mirabili ratione ac uia singularum gentiũ præclara facinora quæ in eisdẽ tẽporibus gesta sunt collegerũt: eoꝝ nõnullas uoces uerbaq3 transcribam ne laborũ suorũ fructu auctores priuentur: Vtar autem testimonio multorũ ut ex omnibus hebræoꝝ uetustas indubitata habeatur. Africanus igitur in tertio annaliũ his

uerbis utitur usq; ad olympiadas nihil exploratum in historia græco℞ inuenit: sed omĩa confusis cõscripta tẽporibus sunt. Post olympiadas uero quoniam quadriennio diligentissime omnia notabantur nulla penitus cõfusio tẽporũ fit. Quare præclara fabulosaq; facinora quæ ante primã olympiadem fuerunt sũmatim colligam: quæ uero post gesta sunt ita cũ hebraicis ꝑsicisq; historiis conferã ut ea quæ ĩ eodẽ tempore fuerĩt apte significem. hebræorũ igit̃ in babylonẽ migratio a Nabuchodonosore facta septuaginta durauit ãnos. Cyrus regnauit olympiade qnquagesima quinta a Diodori thalicostoris polybii phle/gõtisq; historiis patet quo ãno Iesus filius iosedech primã ꝑticularẽq; deductionem populi fecit ut apud Esdram iudæum conscriptum ẽ. Verum ista ut dixi propter olympiadum certitudinem eodẽ modo ab omnibus conscripta sunt: quom nullã omnino confusionẽ patiant̃ Ab ogyge autem indigena cuius temporibus primum & maximum diluuium in attica fuit: & phoroneus argiuus regnabat usq; ad primã olympiadẽ anni fuere mille atq; uiginti. Ita enim omnes asserunt q athenienſium annales conscripserũt ellanicus dico atq; philochorus. Castor etiam & Thalus in hoc cõueniunt qui syriã historiã diligẽter tractarunt. Diodorus quoq; qui orbis historiã in bibliothecis cõtulit aliiq; ꝑmulti: & post pauca. dicimus ergo ogygẽ a quo primũ diluuiũ nominatum ogygium est temporibus Moysi fuisse: quod hoc pacto ꝓbamus. Ab ogyge ut diximus mille uigintiq; anni usque ad primã olympiaddem fuerunt. a qua usque ad quinquagesimam quintam olympiadẽ idest usq; ad primum annũ Cyri ꝑsarum regis & iudaici populi reductionẽ ãni fuerũt. ccx. & vii. Quare ab Ogyge ad cyrũ mille ducenti. xxxvii. fuerunt: quos si auferes ascendẽdo ad annũ illũ ꝑuenies quo ab ægypto Moyses populum eduxit. Fuit ergo Moyses ogygii temporibus a quo Eleusis condita est. Atticos igit̃ ãnos ab ista sumamus: & post pauca. Ogygem uero ꝓpter uastationẽ diluuii cẽtũ nonagĩta nouẽ annis usq; ad cecropẽ attica sine rege & pene deserta fuisse ꝓhibetur. Actæum enĩ quẽ post ogygem fuisse nõnulli fingunt cæterosq; usq; ad cecropem nuda solũmodo esse nomĩa philochorus scribit: & post aliqua computatione annorum a iudaica scriptura diligentius facta. A Moyse igit̃ inquit usq; ad Cyrũ mille. ccxxxvii. ãni colligunt̃. Quod ab ogyge ad Cyrum etiam secundũ græcorum historicos colligi demõstrauimus: sed græcorũ etiã nonnulli hoc ipsũ testant̃. Polemon enĩ in primo græcarũ historiarũ temporibus ĩquit

apidos phoronei filii magna ps ægyptii exercitus ab ægypto expulsa ī palæstina syriæ nō lōge ab Arabia habitarūt. Apion etiā possidonii filius grāmaticoꝝ omniū diligētissimus historiæ ꝑscrutator ī quarto historiarum & in libro aduersus iudæos. Inacho inquit regnāte apud Argiuos & Amasi apud ægyptios iudæi duce Moyse ab ægyptiis de/fecerunt. Herodotus quoqꝫ Amasidos & defectionis huius in secūdo mentionē facit. Iudæoꝝ etiā quodāmodo meminit quom syrios dicat q palæstinā habitāt circuncidi solere. Ptolomæus præterea mēdesius qui ægyptiorū historiā ab initio conscripsit his ita conuenit cæteriqꝫ omnes ut minima quædam annorū differentia eē uideat. Ita notabilia gesta mirabiliaqꝫ græcorum siue uera siue ficta post Moysem fuisse comperiuntur. Visum ē aūt mihi a tempore regni attici res græcoꝝ hæbraicis conferre. Primo igitur ogygæ anno quousque ad primam olympiadē mille ac uiginti fuisse ostēdimus exitus iudeoꝝ ab ægypto factus est & in attica ogygium illud diluuium: neqꝫ id iniuria. Quom enim ira dei grandine ac tempestatibus percuterentur ægyptii non poterāt aliquæ ptes etiam orbis nō commoueri: attica precipue quia coloni ægyptiorū ut multi alii & Theopōpus in Tricarano affirmat athenienses fuerūt. Post quattuor aūt & nonagīta āнos Prometheus fuisse a nōnullis dicitur quē finxisse homines fabulātur atqꝫ formasse quoniā sapientia eloquētiaqꝫ sua a bestiarū uita ī ciuilē trāsformauit. hæc affricanus. Tacianus uero qui se ipsum in Asyria regione natū dicit uir lingua græca doctissimus: græcis omībus Moysem antiqtate anteponens de homero inquit: Stesimbrotus: Thasius: Callimachus: Colophonius: Reginus: Theagenes q̄ fuit Cambysæ tēporibus: & Herodotus halicarnasseus: aliiqꝫ cōplures scripserūt. sed quoniā aliter alii tradiderūt qbus fuerit tēporibus affirmare nō possumus. Grates enim ante reductionem herculidarū octuaginta post troiana tēpora ānos floruisse contendit. Eratosthenes post cētum annos Aristachus quando ionica colonia deducebatur centū & quadraginta ānos post destructionem troianam. Philochorus archippi atheniēsiū principis tempore centū & octuaginta annis post captiuitatē troianā. Apollo/dorus ducentis & quadraginta post troiana tempora: nōnulli ī prima olympiade quadringentis annis post illi euersionem: alii Archilochi æqualē fuisse contendūt: q fuit olympiade uigesima tertia tēporibus gygæ regis lydorum: Sed hæc relinquantur. Nam quando ita cōfuse de tēporibus scribit uniuersa historia titubat: Sed ponamus homerū

ipsius Agamemnonis tẽporibus fuisse. Moyses enim nõ modo multo ante illa tempora uerũ etiã ante Dardanũ fuit. Vtar aũt testimonio chaldæorum phoenicum & ægyptiorũ. Berosus enĩ uir Babylonius sacerdos multo antiquiorem troiano bello Moysem fuisse scripsit: Theodotus aũt Ipsicrates Mochus phoenices fuerunt: quorꝝ historiã in græcã linguã aditus uir disertus traduxit ubi scribit̃ troianũ bellũ paulo ante tempora Salomonis fuisse ægyptios omnes sciunt magnã temporum diligentiã semper habuisse: quorum annales Ptolomæus nõ rex: sed mendesius sacerdos a sacris libris collegit ac edidit. Is reg/nãte Amoside apud ægyptios Moyse duce iudæorũ exitũ ab ægypto fuisse affirmat: Amasimq́ fuisse tunc dicit quando Inachus in argis regnabat. Apion etiã grãmaticus Inachũ & Amasidẽ eisdẽ tẽpibus fuisse affirmat. Fuerunt aũt ab Inacho ad bellũ troianũ generationes uigĩti. Quare ãte Iliacũ bellũ quadrĩgentis ad minus ãnis ipsũ fuisse concedendum est. Si igitur post Inachum omnia Præclara facinora græcorũ fuerunt necessario etiã post Moysem fuerunt. Inachus enĩ primus argis ut diximus regnauit: deĩde phoroneus quando ogygiũ in attica diluuiũ fuit. Apis postea deinde argiuis Crassus phorbasq́ regnarunt: quo tẽpore Actæus fuit: a quo Actæa regio atheniensiũ apellata ẽ. Triopas deĩde argis regnauit q̃do ꝓmetheus: epimetheus: atlatas: Io: & biformis cecrops fuisse tradunt̃. Post Triopã Crotopus regnauit: tẽporibus cuius phætontis incendiũ & deucalionis diluuiũ fuit. Stenalo postea regnãte Danaus ĩ peloponesũ uenit & dardanus dardaniã cõdidit: & ex phoenicia europa rapta fuerat. Danaus postea regnauit: deinde lynceus quo regnãte proserpina rapitur. Cadmus thebas cõdidit: qui græcis litteras tradidisse una uoce ab oĩbus dicit̃ Minos in Creta regnat. Proetus postea rgnauit quando Eumolpus atheniensibus bellũ intulit. Deinde Acrisius cuius tẽpore a phrygia in græciam pelops transiuit. Ion Athenas petiit. Secundus Cecrops floruit. Perseus postea regnauit & præclara gessit facĩora. Euristhe/us Demũ Atreus atq́ agamenõ q decimo atq́ octauo sui regni anno urbem troianã expuguauit. Quare omnibus diis ac eroibus græcorũ multo uetustior Moyses inuenitur: & oportet seniori a quo Iuniores hauserunt multo magis credere. Non enim Homero solummodo Moyses superior: uerũ etiã omnibus qui aliqd apud græcos scripsere. Quippe Cadmus a quo lr̃as græci habuerũt multo posterior Moyse ĩuenit̃. Scripserũt aũt apud græcos ante Homerũ Linus: Philammõ:

Thamyris: Amphion: Orpheus: Musæus: Demodotus: Phemius: Sybilla: Epimenides cretēsis q spartā petiit: Aristæus: Preconeseus. Asbolus: Cētaurus: Isatis: Orimō: Euculus: Cyprius: Orius: Samius: & atheniensis pronetida. Linū igitur herculis magistrū fuisse cōstat. qui ante troianum bellū una fuit generatione. Tlepolemus enī filius eius cum Agamemnone in ilium militauit. Orpheus autem æqualis Herculi fuit: quē Musæus audiuit. Amphio duabus generationibus troianū bellū præcessit. Demodocus uero atq; Phenus alter ī Ithaca: alter apud pheacas troiani belli temporibus uiuebāt. Thamyris etiā: & Philamon non ante ipsos fuerunt. Sed de Poetis satis dictum est. Nunc de his scribamus: q apud græcos sapientes habiti sunt. Minos igiť qui sapientia & legum solercia cæteris omnibus excelluisse uideť Lyncei tēporibus: qui post danaū argis regnauit undecima generatione post Inachum fuit. Lycurgus autem cæntum annis āte primam olympiadē leges lacedæmoniis dedit. Dracon ī olympiade trigesima sexta leges atheniensibus tulit. Pythagoras in sexagesima & secunda floruit. Ostēdimus autē in superioribus quadringentis & septē annis post Ilii euersionē olympiadas incoepisse. Thales uetustissimus oīum: qui septē sapientes appellanť in quinquagesima uiuebat olympiade. Hæc tacianus: nunc Clementē audiamus. Apion inquit grāmaticus uir historiarum peritissimus: qui plistonices nomīatus fuit acerrimus iudæorum hostis adeo: ut etiam aduersus eos uolumen ediderit nec ī iuria: ægyptius enim erat. Ptolemæum Mendesiū sacerdotē: qui tria uolumina de rebus gestis ægyptiorū edidit testē adducit: ꝙ Amosis: qui auarin ægyptiorum urbem euertit: & Inachus argiuoꝝ rex eisdē tēporibus fuerunt. Quo quidē Amoside regnāte ab ægypto Moyse duce iudæos profugisse cōfirmat. Res autē argolicas: quæ ab Inacho coeperunt Dionysius Halicarnaseus in libro de temporibus omnium græcaꝝ rerū uetustissimas fuisse ostendit. Ab Inacho aūt ad troiana tēpora uiginti generationes cōnumeranť: anni ad minus quadrīgēti Assyriorum autem regnum antiquius cæteris omnibus fuisse cōstat: cuius quadrīgētesimo atq; secūdo āno trigesimo scilicet atq; secūdo Beluchi octaui Moyse ducente populus ab ægypto exiuit: Inacho argiuis & Amoside ī ægypto regnāte. Post Inachū Phoroneus argis regnauit quādo ogygiū fuit diluuiū: & Egialeus in sycione regnauit: a quo Sicyonum regnum incoepit: tunc etiam cretus primus ī creta regnauit: Acusilaus uero Phoroneum omnium hominum primū ait

fuisse: unde Phoronidos poeta mortaliũ patrẽ apellat. Sed ab Inacho ad Agamemnonẽ uigĩti generationes fuerũt. Decimo aũt & octauo anno Agamemnonii regni troia euertitur: Demophõte Thesei filio atheniẽsibus regnãte: fuit aũt Theseus imitator Herculis generatiõe una ante bellũ troianũ. Ita Moyses ante Dionysii iudæos translationẽ sexcentos & quattuor annos fuisse inuenitur. Perseo enim regnante trigesimo iã atq; secundo anno: ut Apollodorus ĩ libro de tẽporibus scribit. Dionysius hominẽ exiuit: a quo ad Herculẽ & Iasonẽ aliosq; græcorum heroas: qui in argo fuerunt sexaginta tres anni colligunt: quibus cum etiam Aesculapius: atq; Dioscuri ut rhodius Apollonius in argonautis testatur fuerunt. A regno autẽ herculis ĩ argis usq; ad translationẽ suã & Aesculapii iudæos triginta & octo anni fuerũt ut Apollodorus scribit: hinc autẽ ad Castoris & Pollucis assumptionẽ anni .liii. quando etiã troia euersa fuit. Verum quoniã ut Hesiodus cæteriq; poetæ dicũt Semele Cadmi filia Dionysiũ peperit. Cadmus autẽ Linceo regnãte Thebas petiit: & litteras græcis tradidit. Patet etiam testimonio poetarum qua ætate Dionysius fuit. Leo uero q de ægyptioꝝ diis conscripsit Isidem Cererem esse affirmat: quæ Linceo regnãte fuit undecima generatione post Moysẽ. Apis uero argiuorũ rex ut Aristippus in primo arcadicæ historiæ scribit memphim in ægypto cõdidit: quẽ Aristheus argiuus Serapidẽ apellatũ asserit: hũc ab ægyptiis diuinos honores cõsecutũ nõ ignoramus. Nymphodorus autem Amphipolitanus in tertio de asiaticis legibus Apin taurum mortuum in soro græce quod latine arcam dicere possumus positũ. Soroapim ac inde Serapim appellatũ fuisse contendit. Fuit aũt Apis tertius ab Inacho. Latona uero Tity temporibus fuit: quem Tantalo æqualem fuisse omnes testantur. Zetus uero atq; Amphion musicæ inuentores Cadmi temporibus fuere: Nam & si Phemonoe oracula cecinisse Acrisio dicat: tamẽ post phemonoem .xxvii. annis Orpheus musæus & Linus Herculis magistri floruerunt. Homerus autem ac Hesiodus multo iuniores bello troiano extitere. Lycurgus uero & Solon legũ apud græcos cõditores: & septẽ sapiẽtes: Pherecides etiã Syrius & Pythagoras circiter primæ olympiadis tẽpora ut diximus fuerunt. Non ergo solum poetis ac sapientibus: uerũ etiã dii græcoꝝ multo uetustior Moyses inuenitur: uerum quoniã non græci solum modo: sed iudæi quoq; de hac diligenter scripserunt: nõ erit ab re ab ipsis etiã aliqd sumere. Vtar aũt hoc loco Flauii Iosephi testimonio.

Incipiam inquit primo ab ægyptiorum auctoritate: uerum quoniam uoces illorũ ponere impossibile ẽ: Manethi ægyptii: q græce scripsit quiq; a sacris ægyptiorũ litteris ut dicit transtulit uerba transcribã. Hic igitur ĩ libro secundo hæc de iudæis scribit. Tutimei tẽporibus ĩquit ab orientali parte ignoti homines in ægyptũ irruperũt facileq; ipsam: ac sine bello ceperunt: quam gentem hycussos apellant quod significat reges: hyc enim lingua sacra rex dicitur: Vssos aũt pastor appellat̃: hos nonnulli arabes fuisse opinati sunt: q̃uis multi hycussos nõ reges ut diximus sed captiuos pastores significar̃ asserũt. Hyc enĩ cum aspiratione ægyptiorum lingua captiui dicuntur: quod mihi uerisimilius uideretur. Isti tenuerunt ægyptũ quingentis atq; undecim annis: deinde quom pellerentur locum occuparunt: cui nomẽ auaris: quo undiq; munito ægyptiorũ impetum euitabãt. Themosossis autẽ quom obsidendo nõ posset eos capere conuenit cum eis ut libere cũ suis quo uellent abirent: qui non pauciores ducentis quadragintaque milibus uirorũ nõ in Syriam: quam tunc assyrii quorum uires erant amplissimæ tenebant: sed in eam profecti regionem quæ nũc iudæa uocatur hierosolymam condiderunt. Hæc Manethus: qui secũdum ægyptias litteras & historiã duo nobis nõ parua testatus est: primum quod aliunde nr̃i maiores in ægyptũ migrarunt: deinde ꝙ ab ægyto mille fere ãnis ãte troiana tẽpa abierũt. Hæc Iosephus ab ægyptioꝝ historia. Phœnicum autem testimonio etiam usus ostẽdit centũ. xl. tribus annis ante a Salomone templum fuisse conditũ: q̃ a tyris Carthago cõderetur. Sed quid opus est pluribus uti testibus: quom una uoce ab omĩbus multo ante troiana tẽpora Moyses fuisse prædicet! Sed de illis etiam aliquid dicamus: qui post Moysem fuerũt. Post eũ igitur Iosue iudæorũ annis: ut nõnulli aiũt: trigĩta prĩcipatũ tenuit: deinde ut asserit scriptura annis octo alienigene dominati sũt: postea Gothoniel annis quinquagĩta: deinde Eglum rex Moab annis. xviii. post quem Aod annis. lxxx. Rursus alienigenæ annis. xx. Post quos Debora & barach annis. xl. Madinei. vii. Gedeon. xl. Abimelech tribus: Thola. xxiii. Iaher. xxix. Amãnite. xviii. Iephthæ. vi. Esbon. vii. Ealo. x. Labedõ. viii. Alienigenæ. xl. Sãpson. xx. Eli sacerdos. xl. q̃bus tẽporibus troia euersa ẽ. Samuel deinde populũ iudicauit: post quem Saul regnauit annis. xl. Dauid similiter. xl. Salomon etiã. xl. Roboã xvii. Abia. iii. Assa. xil. Iosaphat. xxv. Iorã. viii. Ochozias ãno. i. Gotolia ãnis. vii. Ioas. xl. Amassias. xxix. Ozias. lii. Tunc ꝓphetarũt Amos.

Ionas: Esaias: Deīde regnauit Iolathan ānis.xvi. Achar similiter.xvi. huius temporibus olympiades cœperunt: primusq; olympio stadio uictor argiuus corylus fuerat declaratus. Achar aūt successit. Ezechias ānis.xxix: tūc Roma cōdita fuit. Deinde Manasses ānis.lv: Amō duobus. Iosias.xxxi quando prophetarunt Hieremias: Baruch: Olda: aliiq; nōnulli. Deinde Ioachar tribus mensibus. Ioachim annis.xi.ac demum Ezechias annis.xii. Vrbe deinde ab assyriis euersa: temploq; cremato in babylonem populus abducitur: ubi Daniel: & Iezechiel prophetarunt: & post annos.lxx. Cyrus psarum regnauit: q iudæos libertate donauit: & tūc Iesus Iossedech filius & Zorobabel Salathielis ī pria deducti fūdamēta iiecerūt Angeo: Zacharia: & Malachia pphetātibus: post quos nō fuit āplius apud iudæos ppheta Cyri autē tēporibus.vii.græcorū sapiētes qbus nullus philosophophus antiqor traditur floruerunt: quorum Thales milesius apud græcos primus appellatus ē physicus: quē audiuit Anaximāder: Ipse quoq; Milesius & Anaximandrū Anaximenes milesius: & hunc Anaxagoras clazomenius: quē audiuerūt Pericles: Archelaus: & Euripides: de qbus Pericles opibus & potentia inter atheniēses excelluit. Euripides aūt poeticæ arti se tradidit: & scænicus a nōnullis philosophus apellatus est. Archelaus autē primum apud lampsacum Anaxagoræ scholam suscepit deīde Athenas pfectus: & multos alios: & Socratē auditores hūit. Anaxagoræ uero tēpibus Xenophanes & Pythagoras fuerūt. Pythagoræ successit theano uxor ac Telauges & Menaxarchus filii Telaugē uero Empedocles audiuit quādo etiā Eraclytus cognomine Scotinus idest latīe tenebrosus florebat. Xenophani uero Parmenides successit: Parmenidi Melissus: Melisso Zenon eleata: quē aiunt quom tyrānidē deponere conaretur: linguā dū a tyrāno ut conscios diceret torqueret: dentibus abscissā in faciē eius spuisse: hūc audiuit Leucippus: Leucippum democritus: Democritū Protagoras tpibus Socratis. Omnes igitur philosophi græcorum post Cyrum Persarū regem fuisse comperiuntur. Cyrus autem.lxx.annis post iudæorum captiuitatē idest post Moysē mille ac centū fere annis fuisse phibet: ita necesse est ut fatearis philosophiam græcorū ac maxīe platonicā multo posteriorem Moyse fuisse. Plato enim quom Socratē primo: deinde Pythagoricos audiuerit omēs qui ante ipsum fuerāt in philosophia: tū eloquētia: tū prudētia supauit: Floruit aūt plato circa finē regni persarum paulo ante Alexandrum macedonem.cccc.ānis uel

paululum plus ante Augustum Cæsarem.

Vare quom nõnulla ita dixisse Platonem ostẽdemus: ut apud hebræorum scriptores inuenitur collatione temporũ certior eris: nõ hebræos a græcis: sed græcos ab hebræis accepisse. qd' aliud principiũ facientes iam aggrediemur: ostẽdemusq̧ sapiẽtes græcorũ iudaicam fuisse imitatos doctrinã: ut nullus nos accusare iure possit: si quos ipsi nõ recte intelligẽtes imitati sunt eos nos Saluatoris nostri doctrina & gratia rectius iam intelligentes & admiramur & seqmur hoc enim facto nihil magni a græcis compertum præter eloquẽtiam comprobabit̃. Omnia uero a iudæis atq̧ barbaris furatos cõmodius dixisse nullus admirabit̃: qui & eloquẽtes & fures fuisse nõ ignoret. Quod ĩ superioribus nõ auctoritate nostra: sed suo ipsorũ testimonio confirmauimus. Non autem in omnibus sed in principalibus: neque omnes (longum enim id esset): sed principẽ omniũ Platonẽ id fecisse cõfirmabimus: facile nanq̧ unusquisq̧ postea per se ipsũ considerare poterit: si a Platone cæteri fere omẽs græcorũ philosophi acceperũt & plato ab hebræis fundamẽta omĩs bonæ philosophiæ a iudeis græcos accepisse: uerum quoniam apud ipsum nõnulla obscuriora sunt: expositorum eius testimonia etiã nõ recusabo. Illud uero ante omnia dictum sit: nonnulla Platonem nõ conuertisse: sed peruertisse: quod nõ accusãdi illius: sed excusationis nostræ causa dicimus ut nõ ĩiuria cæteris contemptis iudaicam amplecti scripturam uideamur.

Mnem philosophiam Plato in tris partis: physicam: ethicam: logicam partitus est. Physicã deinde insensibiliũ doctrinam: & in corporalium speculationem suppartitur: quam diuisionem etiam apud iudæos multo ante Platonem factã esse inuenies: sed primo quæ Platoni placuerunt ab Attico præclaro platonico sumã ex eo libro quẽ aduersus eos cõscripsit: q̃ aristotelicã habẽtes scientiã platonicã profiteri non audent. Quom igitur triptito inquit uera perfectaque philosophia diuidat̃ in moralẽ scilicet & naturalem & logicã: quomq̧ prima pars & singulos hominũ probos constituat: & domos ĩtegras ad rectam gubernationẽ reducat: ac populos deniq̧ diuersis regendi modis cõstruat: secunda ad diuinarũ rerum cognitionem perducat: ipsarum dico quæ primæ sunt causarum altissimarum: & aliorum oĩum quæ inde duce natura emanant: quomq̧ ad harum duarum partium

inuentionē atq; cognitionē tertia pars accedat manifestum omnibus est Platonem primum maxime omnes has philosophiæ partis usque ad ætatem suam sicut membra Penthei disiectas atq; cōfusas in unū corpus atq; animal ītegrum reduxisse. Thales enim Anaximenes atq; Anaxagoras de naturalibus solum rebus cōsiderarunt: Pittacus uero Periander: Solon: Lycurgus: cæterisque istis similes de gubernandis hominū coetibus solūmodo cōscripserūt. Zeno autē & ōnis eleatica disciplina logicæ solummodo studuerunt. Plato deinde post hos oēs natus: uir natura præstans: & uere diuinitus missus nullam partem philosophiæ imperfectā reliquit: sed omnes diligenter cōplexus nec ī necessariis defuit: nec ad īutilia delapsus est. Verum quoniā singulas philosophiæ has partes physicam scilicet ethicā atq; logicā Platonē diximus perfecisse. Age nūc ita esse ut diximus comprobemus. Hæc Atticus qbus attestat Aristocules pipateticus ī septimo eoꝝ librorū quos de philosophia edidit: his uerbis Plato proprie auq; pfecte præ cæteris omnibus philosophatus est: nam Thalē secuti naturales solū-modo fuerunt. Pythagorici uero cūcta cælabāt. Xenophanes quiq; ab eo profecti sunt ita cōtentiosas mouerunt rationes ut confusionē potius q̄ auxilium philosophantibus attulerint. Socrates ut & Plato scripsit: & prouerbio dicit ignem igni addebat. Quum enim natura ingeniosissimos esset: & de omni re dubitare pitus morales & ciuiles considerationes induxit: & de idæis primum dicere aggressus ē. Oēs autem alii partes philosophiæ tractarunt quidā medicinam: nonnulli mathematicas disciplinas: alii musicam & poeticam: complures autē orationis uim admirati sunt: quorum alii se rhetores: alii dialecticos pfitebāt. Socratis uero successores uarii atq; cōtrarii sibi ipsis fuerūt: alii enim humilitatem & turbationum sedationem laudabant: alii uoluptatem secuti sunt: ac nonnulli quidem omnium scientiam sibi arrogabant: nonnulli nihil se scire profitebantur: alii uel eum infimis conuersabantur: alii econtra difficiles & soli secum uiuebant: Plato autē primus & recte ītellexit: atq; diuisit: dixitq; primū eē de natura uniuersi negocium: alterū de hominibus: tertiū de oratiōe: putauitq; nō posse nos res humanas pspicere nisi prius diuinas intellexerimus: Nam quemadmodū medici quom membra quædā corporis curare uelint ad totū prius se corpus conuertūt: sic si quis uelit res humanas perspicere: naturam uniuersorum prius considerare debet) pars enī uniuersi homo est). Bonum etiā duplex esse dicebat: alterum nostris

aliorum uniuerſi: principalius autē eſſe bonum uniuerſi: ab illo enī hoc profluere: quam rationē Ariſtoxenes muſicus ab indis emanaſſe contendit. Indum enim quendam ait Athenas petiiſſe: Socratique colloquentē ab eo quæſiuiſſe quomodo: & quid faciēdo philoſophus eſſet: quomq; Socrates reſpondiſſet ſi quomodo uiuendū ſit homini conſideres riſiſſe indum: atq; dixiſſe neminē poſſe recte humanas res intelligere: qui diuinas ignoret. Vniuerſam igitur philoſophiā Plato in phyſicam: ciuilem: & logicam partitus eſt. Hæc Ariſtoteles.

Anc tripartitam partitionē ſi diligenter attenderis multo āte Platonem hebræos perſpexiſſe non ignorabis. In primis enim moralē partē ſūmo ſtudio req; magis q̄ uerbis amplexos fuiſſe iudæos conſtat. Finem enim bonorum beatæq; terminum uitæ pietatē erga deum arbitrātur: quem quidem finem præceptis dei cōſeruandis nō uoluptate corporum ſecundum epicurum conſequi putabant: neq; triptita ſecūdū Ariſtotelē bona corporis ſcilicet animæ: & exteriora æquali lance penſabant: nec ignorantiā omnium rerum: quā nōnulli honeſtiore uocabulo retinentiā appellarūt multi fecerūt: nec deniq; in ipſam animi uirtutē finem poſuerunt. Quid enim ipſa ſine diuina gratia & abſq; pietate ad quietam uitam conferre poteſt: ꝓpter quā a ſpe quam in deo habebant: quaſi a fine dependētes deo gratos ſolū modo beatos opinati ſunt. Quia profecto quom omnium bonorum largitor deus uitæ fons: & uirtutis origo ſit: ſolus ad beatam uitā eis ſufficit: qui uera pietate ad ipſum tendunt. Vnde ſapientiſſimus ille Moyſes: qui primus omniū hominū uetuſtiſſimorū uitas hebræorum conſcripſit ciuilē atq; actiuum uiuendi modum narratione hiſtorica docuit: quam quidem doctrinam ab uniuerſalioribus ita inſtituit: ut deum cauſam auctoremq; omnium quaſi fundamentum iniecerit: & mundi atq; hominis ortū præ oculis poſuerit. Deinde ab uniuerſalioribus ad ꝑticularia deſcendens priſcorum uiroꝝ uita ad imitationem uirtutis ac pietatis eorū lectorem hortatur: præterea quom legū etiā auctor ſumma cum pietate fuerit: certe patet q̄ magnum ſtudium ad corrigendum hominum mores habuerit. Longum eſſet ſi ꝓphetarū quoq;: qui poſt Moyſem fuerunt: uel exhortationes ad uirtutem: uel dehortationes a uitiis recenſere uellemus. Quid autē ſi ſapientiſſimi Salomonis ethicam uellem modo doctrinam traducere! Nā inter alia librum quoq; edidit quem parabolarum ſeu prouerbiorum propter

sententiarum breuitatem appellauit. Sed moralem quidem disciplinã uel anteq̃ prima elemẽta litterarum græci cognoscerẽt: sic absolute perfecteq; re potius q̃ uerbis iudæi retinebant.

Ationalem uero partẽ nõ ut græci cauillationibus & ficta orõe discebãt: sed ipsius ueritatis recte pceptione: quã qdẽ ueritatẽ diuinitus illuminati adinuenerunt. Hac rationali doctrina ab ineũte ætate sacrarum rerũ: & utilissimarum narratione historiaꝝ: cantuũ: odarumq; inertia compositione enigmatum quoq;: & speculationis allegoricæ diserta elegantiq; oratione suos erudiebat. Erant enĩ legũ sacrarum ac enigmatũ apud eos expositores: quos secũdarios solebãt nuncupare. Vnde sapiens quoq; Salomon in parabolarũ initio quasi causam libri hanc esse dixit: ut scirent sapientiam & disciplinã: intelligerẽtq; uerba prudẽtiæ: ac susciperẽt eruditionẽ doctrinæ iustitiã: & iudiciũ & æqtatẽ: ut det̃ puulis astutia: & adolescẽtibus ĩtellectus. Audiens sapiens sapientior erit: & intelligẽs gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam & obscura uerba dicta sapientiæ: tũ etiã enigmata eorũ. Ita negocium logicæ accommodatissime ad sapientiã linguãq; suam in omĩbus prophetarũ libris: si libros diligẽter legeris pfecto ĩuenies. Quod si qs linguæ suæ peritiã habebit eloquẽtissimos certe multos eorum oratores fuisse putabit. Sunt enim etiã apud eos artificiosissiã carmĩa: ut Moysi cãtus ille magnus: & cẽtesimus decimus octauus psalmus Dauid heroico metro: quod exametrũ dicitur cõponũt̃. Sũt alia quoq; trimetra & tetrametra: sed quæ ad dictionẽ ptinent elegantissime: grauissimeq;: iocundissimeq; composita sunt: quæ uero ad sensum nulli hominum scriptura comparanda. Dei enĩ ipsiusq; ueritatis uerba per eos prolata sunt: quibus pia doctrina rerũ cognitio: & salutaria dogmata cõtinent̃. Argumentũ autẽ exquisitæ illorum doctrinæ ab impositione nominũ capi potest: cuius rei Plato hebræis testimoniũ præbuit. Nã quom Moyses primus multo anteq̃ philosophiæ nomẽ græci cognoscerent innumerabilia de impositiõe nominũ dixerit: unde aut natura duce: aut dei iudicio nõia eẽ ĩposita ostendit. Plato quoq; nõ impositione nuda: sed natura duce cõmode rebus imposita eẽ nomĩa docet: idq; barbaroꝝ auctoritate cõfirmasse uidetur: hebræos meo quidem iudicio significãs. Non enĩ apud alios facile talem obseruationem inueneris. Sic igit̃ in Cratillo scribit: nõ est illud nomẽ quod aliqui (quoniam ita uelint) rei cupiã indiderint.

Sed rerum quædam conditio natura duce apud græcos & barbaros nominibus promit. Et progressus aliquãtulum: ergo ita dignũ ẽ inqt legis quoq; latorẽ rationalis partis ac nominũ impositionis scientiam habere. Lignarii certe fabri officiũ ẽ clauum cõmode ut gubernator iubet fabricari: aliter enim clauus inutilis erit: legis lator autẽ nomẽ ita est inq̃. Non ergo uile quidem est o Hermogenes recta nominis impositio: sed doctissimorum atq; præstantissimorum uirorum. Tum Cratillus recte ais inquit duce nomina rebus accõmodata putãs: nec quẽuis hoc facere posse: sed illũ solũmodo: qui ad naturã rei respiciẽs potest ad eam nomen accommodare: & post multo intelligo inquit plurima græcos a barbaris sumpsisse: quæ si quis quasi græca lingua essent deducta interpretari uelit nũq̃ rebus poterit adaptare. Hæc Plato.

Vnc autem consĩdera quomodo quæ ipse uerbo docuit multo ãte Moyses ueluti sapiẽtissimus ac eloquẽtissimus re ipsa præstitit. Et formauit inqt deus de humo oẽs feras agri: & omĩa uolatilia cæli: & adduxit ipsa ad Adam: ut uideret quid uocaret ea. Omẽ enĩ quod uocauit Adam animæ uiuentis ipsum est nomen eius: quum enĩ dicat ipsũ est nomẽ eius: nihil aliud certe uult dicere: nisi cõueniẽter ad naturam rei nomen inditum fuisse: Quod enim uocatũ est inquit hoc est in ipsa natura. Nam & nomen ipsum Adam terrigenam: aut terrenũ potest significar̃. Adam enĩ apud hebræos humus dicit̃: q̃uis per translationẽ rubeam corporeãq; naturã significet: ita terrigenã atq; terrenum aut corporalem hominẽ hac appellatiõe signauit. Sed hominem Enos quoq; appellant: quo uocabulo non terrenam: sed rationalem naturam significant. Proprie autẽ si uerbũ de uerbo latino exprimas obliuiscentem Enos denotare uidetur: qualis certe natura rationalis corpori alligata efficĩt. Quod enĩ uere ĩcorporeũ: diuinũ: rationaleq; est nõ solum transacta recordatur: sed futurorũ propter sublimitatem speculationis habet cognitionem. Quod autem carni cõiunctum est: quodq; magno corporis pondere premit̃ ignorantia: obliuioneq; inuolutum recte iudæorum sermo Enos idest obliuiscentem appellauit. Ita enim iacet apud quendã prophetam: quid est Enos q͛ memor es eius: aut filius Adam q͛ uisitas eum? quasi dicat: quid ẽ iste homo? iste dicam obliuiscens q͛ tu q̃ es deus memor es eius: quamuis obliuiscens sit: aut filius Adam idest terreni hominis. Ita carnalis hõ Adam nomine. Rationalis uero Enos appellatione significatur: sic

hebræorũ sermo exquisitissime nomina deducit. Plato autẽ hominẽ: hoc ẽ Anthropen græce: a uerbo Anathrin idest uidere atq; recogitare dici opinatur: ut sit anthropos: qui recogitat quæ uidit. Rursus hebræi uirũ heis uocant: quod quidem uocabulum ab hes quod ignẽ significat deducit: ut natura uirilis ignea & callida uerbo exprimatur: fœmina uero quoniã a uiro sumpta hessa. Rursus Moyses hebraica lingua cælum firmamentũ appellauit: primum enĩ post incorporalẽ intellectualemq; substantiam firmum sensibileq; corpus est. Nomen autem dei proprie ineffabile dicunt esse: nec ipsa mente hominis cõprehẽsibile. Quod uero nos deũ dicimus heloi uocãt apud eos robur: & potentiã significat: ut sit nomen dei quasi omnipotens. Plato uero deos idest græce theos a thein quod est currere dici opinatur. Stellas enim quæ semp̃ mouentur deos appellabant. Clarorũ quoq; hominũ appellationes non frustra esse positas Plato contendit. Ita Hectora a cratin q̃ solus troiã sustinebat. Agamemnona quia ualde menin: hoc est p̃seueranter constanterq; in rebus permansit: apellatos cõtendit. Orestem q̃a montanus atque siluester: immanis enim moribus fuit: cæteraq; similiter accommodare conatur. Nemo autem ita uiolenta mosayca dicere audebit: si didicerit Cayn apud hebræos ĩuidiã dici: (arsit enĩ certe ille ĩuidia fratris). Abel latĩe luctũ dicere possumus: nã quia primus omniũ hominũ parentibus luctum intulit: hoc noĩe ab eis diuina quadã prouidẽtia fuit appellatus. Quid de Abraã dicã: qui quom cælestium corporũ sciẽtia maxime præstaret Abraã idest latine pater superiorum corporũ uocabatur: quom deus ab his: quæ uidentur ad inuisibilia protrahens: non uocaberis inquit Abram: sed Abraam erit nomen tuũ: quia multarum te gẽtium patrẽ posui: sed longius modo esset extraq; p̃positũ diligẽtius hæc p̃censere. platonis autem testimonium non negligamus asserentis nonnulla nominum diuina quadam posita uirtute esse. Magno inquit studio in ponendis nominibus uigilandum est: q̃uis nõnulla eorum diuinore quadam q̃ hominum uirtute indita esse uideantur: uerũ quod ipse paucis uerbis dixit id hebræorũ scriptura: ac primus omniũ Moyses ipsius Abraã Isaach & Israhel nominibus re ipsa diuinitus factitatũ edocuit: risus enim Isaach ĩterpretatur ineffabilis scilicet gaudii: quod piis daturũ se deus pollicitus est: symbolũ gerens: huius quidẽ filius Iacob Israhel a deo appellatus est: ab actiua uita ad contẽplatiuã uidelicet trãslatus. Plantator enĩ Iacob interpretatur: quasi uirtutis certamina pagens

atq; pcurrẽs. Israhel uero uidens deũ dicit̃ qualis certe cõtemplatiui hominis mens atq; intellectus est. Non est opus longiorem esse omĩa pcurrentẽ. Cuncta enĩ apud eos nomĩa ad unguẽ rebus accõmodata sunt usq; ad ipsa prima litterarum elemẽta: quorum quidem nomina quid græce uelĩt nec ipse Plato adinuenire unq̃ poterit: quõ iudæoꝝ etiam pueri: si forte interrogarent̃: quid alpha quod ipsi alph dicunt significat: confestim disciplinã respondebunt. Betha uero quod ipsi beth uocant domum ut sensus sit domus disciplina: ac si quis diceret disciplina atq; doctrina quædã oeconomiæ ac dispensationis ĩ cæteris quoq; omnibus hoc ipsum inuenies ut in superioribus latius dictũ ẽ: quatuor quoq; uocales ad unũ collatæ ĩeffabile atq; arcanũ dei nomẽ illis uocabulis cõtineri uulgo apud eos fertur: quod græcorum etiam aliqs ab hebræis scilicet doctus hic carminibus significauit.

I nuictum magnumq; deum nil molis habentem
C orpore: cunctorum hominum rerumq; parentem
D ulcisona extollunt septem me carmina uocum:
E x septemq; meum constat uocalibus ipsum
C ompositum miro signorum foedere nomen.
A st æterna chelys ego sum: quæ montibus acta
C ælorum dulci resono modulamine cantus.

Quid plura? ipsum quoq; gentis nomen a nomine heber deductum est: quod transitum & transeuntem lingua eorum significat. Ita ipsa gentis appellatione a terrenis ad cælestia trãsire: & a uisibilibus istis ad ĩuisibilia cognitionẽq; creatoris migrare admonent̃. Vnde priscos illos qui creatori deo uera inhærebãt pietate hebræos appellarũt: qd oportet plura congerentem immorari: quom apud eos exquisitissimo accommodatissimeq; rebus nomina imposita sint? qua ex re maxime summam rationalis partis doctrinã habuisse demonstrat̃: quom etiã secundum Platonem non cuiusuis: sed sapientis summeq; dialectici uiri sit rerũ naturæ apte nomẽ accõmodare. Sequit̃ nũc ut quomodo in physicis sentiebant hebræi ostendamus.

Aec igitur pars etiã apud deos ĩtellectualiũ inde corporaliũq; rerũ cõtẽplatiõẽ: & sẽsibiliũ phisiologiã diuisa recte a pphetis nõ coniectura: nec mortaliũ aliquo: sed sancti spiritus gratia docente habebatur. Mirum enim immodum: quom opus sit nõnulla physica in libris suis scripsisse ipsos uidemus: hinc multa illis futura predicta:

multa de uniuersi constitutione: multa de animaliũ natura: multa de plantis naturaliter expressa. Moyses autem in uestiendo pontifice lapidibus quoꝝ scilicet uirtutes optime pceperat nõ absq; causa utit. Salomon etiã sũmus physiologus fuisse a scriptura phibet. Locutus est enĩ Salomon inqt tria milia parabolas: fuerũtq; odæ ipsius quinq; milia: locutusq; est de lignis a cedro: quæ est in lybano usq; ad isopũ: quæ a muris progredit: & locutus ẽ de pecoribus & uolatilibus cæli: & serpentibus & piscibus: & confluebant uniuersi audire sapientiã Salomonis. Hac ratiõe cõmotus q librũ sapiẽtiæ psonæ suæ ĩscripsit. Ipse enim mihi dedit horum quæ sunt scientiã ait ueram ut scientia dispositionem orbis terrarum: uirtutẽ elemẽtorum: initium: finem: & medietatem temporum: ipsorum temporum permutationes atq; uicissitudines: stellarum cursus: anni uolutiones: naturas animaliũ: & iras bestiarum: uim uentorum: & cogitationes hominum: differẽtias plantarã: & uirtutes radicũ: & quæcunq; sunt abscõdita & ĩuisibilia cognoui: omniũ enĩ artifex sapientia docuit me. Idem rursus fluentẽ corporum substantiã ostendens in ecclesiaste ait. Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo quo laborat sub sole! & subiicit. Quid est quod fuit! ipsũ quod futuꝝ est. Quid est quod factũ est! ipsum quod faciendũ est. Nihil nouum sub sole: cæteros quoq; si diligenter percurres nõ expertes naturalis doctrinæ cõperies: nec de plantis oĩumq; animãtiũ natura solũmodo: uerum etiã de cælo ac stellis magnam peritiam habuerunt. Nõ enim paruam in libris eorum inuentionem de ursa & pliade: de orione atq; arcturo: quẽ græci booten appellãt fieri uidemus. Ad hæc de origine mundi: de omni mutatione alterationeq; rerũ: de animæ substantia: de rationalium omnium natura: de inuisibili atq; uisibili creatura: de uniuersali prouidẽtia ac precipue prima rerũ oĩm causa: de cæterisq; omnibus: quæ sola mentis inspectione comprehendunt ita tractarũt: ut si græci uoluissent: ac potuissent tanq̃ iuniores uetustissimã eorum doctrinam in omnibus sequi: nulla profecto in re fundamẽtis eorum iactis errassent. Sed physiologiam duplicem esse ut diximus nõ ignorantes eam quidẽ partẽ: quæ de sensibilibus est nõ omnino offerendã arbitrabantur: præter necessarias quasdã eius partes utputa nõ casu factũ esse uniuersũ: nec temere circũferri: sed deo auctore uirtuteq; illius ineffabili gubernari.

E intellectualibus autem quia sũt: & quæ sũt: quo ordine: qua uirtute: quo discrimine dissepararentur: quãtum scire oporteat ad bene uiuendum: pieq; sentiendũ per sacratissimã scripturã oĩbus qui audire uolunt traditum est. Profundũ autem atq; occultũ rerũ istarum sensũ in arcanis reliquerunt: ut hi uidelicet quærant: q hæc perspicere atq; discere digni sunt. Plato autẽ in intellectualibus etiã atq; in corporalibus: siue ab illis didicerit quando in ægypto fuit ubi multi hebræorum pſis regnantibus iterum a patria expulsi exulabãt siue a se ipso intellexerit: siue a deo talẽ cognitionẽ habuerit Moysẽ hebræorũq; poetas secutus uidetur. Deus enĩ inqt ipsis manifestauit cuius inuisibilia a creatione mundi creaturis intellecta conspiciunt: æternaq; ipsius uirtus: atq; diuinitas ut excusari nõ possint. Quod ita esse uerbis ipsius Platonis probatur: nam quũ ex persona dei Moyses scripserit. Ego sum q sum sic dices filiis Israel. Qui ẽ misit me ad uos: quibus uerbis aperte soli deo esse attribuit. Quumq; ut diximus Salomon futurũ esse quod fuit: & faciundum quod factũ est: nec nouum aliquid esse sub sole: unde dupppliciter ens partiri uidetur. Nã aliud immortale incorruptibile stabileq; natura intellectuale ĩcorporaleq; aliud in fluxu mutatiõe sẽp esse determinat: & ut breuiter colligã quum ad unum cuncta iudæi principiũ referant: unumq; esse absque ortu: quod uere atq; proprie appellant ens corporalium omniũ atq; incorporalium causam: uide quomodo nõ solum sensum: uerũ etiam uerba ipsa Plato expressit. Quid est inquit quod semper est ortũ nõ habens? & quid quod semper fit: est autem nunq̃? Illud certe mente ac ratione pcipitur eodẽ semper ens modo: hoc uero irrationali sensu comprehendit: & ortum occidit: uereq; & stabiliter nũq̃ ens est. Ita quod a Moyse breuiter dicitur pcunctatiõibus latius explicauit. Sibi enim ipsi respondet dicens mente ac ratione comprehẽdi. Illud uero Salomonis quod fuit scilicet quodq; futurũ est per ortum & occasũ expresse: quibus subiicit: hæc enim õnia erat scilicet ac erit temporis partes sunt: quæ nõ recte ad æternam substãtiam transferimus: cui est solũmodo uere accõmodatur. Erat autem & erit fluentibus solũ uere adaptatur. Nam quod semper eodẽ se habet modo quom incorruptibile sit atq; ĩmobile: nec senescit tẽpe: nec fuisse aut fore uere dicitur: nec aliquid eorum quæ sensibilibus accommodãtur recte illi adaptatũ. Species enĩ istæ sub tẽpore sunt: quod æternitatẽ circulari ac ordinato motu imitari uidetur. Verũ ne qs male me forsã Platonis

uerba intelligere suspicet a praeclaro pythagoreorũ Numenio huius rei probationẽ assumã: qui sic i secundo uolumine de bono scriptum reliquit: Age igitur inquit quantũ possumus proxime ad ipsum ens accedamus: dicamusq; ipsũ ens nec unq̃ nõ fuisse: nec unq̃ nõ futurũ: sed esse in determinato praesenti tempore solũ. Quod quidẽ praesens sic intellectũ aeternitatẽ appellamus. Praeteritũ enim tẽpus praeteriit iam & nõ est: futurũ uero nondũ est: sed uenturum uidetur. Quare si praeteritum atq; futurũ ipsi enti accõmodabit' ĩpossibile quoddam euenit idem esse uidelicet: & nõ esse. Transiit enĩ quod fuit: & nõdũ puenit quod futurum est. Ipsum autem ens est: erit ergo & non erit. Ipsum aũt ens uere est nec localiter unq̃ mouebitur: nec enĩ sursum aut deorsum: nec ãte: aut retro: nec ad dextrã: aut sinistrã: nec circa medium mouebitur: Status ergo ipsi conuenit quoniã eodem modo sẽp se habet. Et post pauca dicã nec me quispiã derideat incorporeae rei nomen scire cõtendentẽ. Est enĩ nomẽ eius essentia & ens: nec enĩ factũ est: neq; corrũpetur: nec motũ ullũ suscipit: Simplex praeterea est atq; incommutabile in una eadẽq; simplicissima idaea cõstitutum: nec uoluntate sua: nec ab alio cogi potest ut ab idẽtitate sua recedat. Plato quoq; in Cratillo ait similitudine rerũ nomina esse imponenda. Sit ergo nomen intellectualis incorporeae aeternaeq; substantiae ipsũ ens. Haec maioris cuiusdã inuenta fuisse puto potẽtioris uiri: q̃ Plato fuit ut puta Pythagorae. Plato quoq; dicit. Quid est quod semp est & ortum non habet? & quid quod semper fit: est autẽ nunq̃? illud certe mente ac ratione percipitur hoc irrationali sensu & aestimatione cõprehẽdit': factũq; trãsiit & uere stabiliterq; nunq̃ ens ẽ. Percũctatus igitur quid sit ipsum ens absq; origine ipsum esse respondet mutatur enim quod oritur quod autẽ mutatur aeternum esse nõ potest: deĩde ꝓgressus aliquãtulũ subiicit. Si ergo ipsũ ens aeternũ atq; ĩmutabile est: nec exit ũq̃ a se ipso: sed eodẽ modo semp se habet: hoc profecto est quod mente atq; ratione percipitur. Corpus autem fluit: quumq; transierit nõ est: Quare hoc est quod sensu atq; aestimatione ꝑcipitur utq; populo dicit ortum occidit: uereq; nunq̃ ens est. Haec Numenius non iniuria ergo dixisse ipsum fertur: quis enim est Plato q̃ Moyses attice loquens?

Plato moises attice loquens

V antẽ: considera quomodo & mosaicae theologiae & aliis etiã uerbis: q̃bus deus a scriptura dicere ĩtroducit'. Ego sũ dominus

deus uester & nō sum mutatus: & prophetæ illi qui dicit. Tu autem idem ipse es & anni tui nō deficient. Considera igitur si Plutarchus in libro in quo sensū Ei uerbi græci: quod in delphici tēpli propylæis scriptum erat: quodq; aut si aut es latine significare potest his quae diximus conueniēter exponat his uerbis nō numerū: neq; ordinē: nec coniunctionem aliquam: nec aliud aliquid imperfectum ea dictione significari existimo. Sed perfecta quædam ad salutātem deum mihi responsio uidet una cū uoce ad diuinæ uirtutis memoriā respōdentē cōuertens: In eodem enim loco scriptū est. Cognosce te ipsum: quod deus ad accedētes salutādo cōclamat: ac ideo uicissim nos respōdētes dicimus ei quod ē es: per quā uocē quasi uerā & soli deo accōmodatā salutanti deo respondemus. Nobis enim uere esse accommodari non potest. Natura enī nostra inter ortum & mortem consistens īstabilis quædam: & quasi phantastica est: nam si mentem collegeris: ac ipsā cōprehendere omnino uolueris: quēadmodum aqua manibus hausta quanto magis premitur tanto citius defluit. Sic mutabilia cūcta q̄to magis ratio persequitur: tanto magis amittit. Quom enī oīa sēsibilia in fluxu sint cōtinue fiunt atq; corrūpunt: nec eadē unq̄ permanere possunt. Fluuiū aūt eundē bis intrare secundū Heraclitū īpossibile est: quare nec mortalē substantiā si iterato consideres eandē habitu esse dices. Sed mirabili cōmutationis uelocitate modo dissipat: modo cōtrahitur. Immo uero nō recte dixi modo & modo: quō simul aliud asciscat: aliud perdat: & aliud ei eueniat: aliud abeat ab ea. Ita nunq̄ adeē puenir pōt: nūq̄ enī generatio eius stat: sed embryo a spermate deīde infās: puer: adolescēs: uir: senex: decrepitus: ac q̄buslibet primis corruptis ætatibus ad nouas ueniēs tandē omnino morit. Ridiculosi ergo sumus homines unā timentes mortē: qui multociens iā mortui sumus: & sæpius moriemur. Nō enim extinctio ignis aeris solūmodo generatio est ut Heraclytus dicebat: sed apertius hoc ipsum in nobis quoq; uidetur. Corrumpitur enim iuuenis in uirum: uir ī senē: puer in iuuenē: infans in puerum: & qui heri fuit in eū qui est hodie: quiq; hodie est in crastinum: manet autem nullus idem. Nullus enī ē idem: sed in uno momento circa fantasmata unū & communem materiam influentem ac refluentem omni momento commutamur. Quomodo enim si sumus idem aliis nūc q̄ antea gaudemus? Alia modo amamus atq; odimus: alia laudamus atq; uituperamus: aliis uerbis utimur: aliis passionibus mouemur: non eandem figuram non eandem de rebus

pulcherrimum de morte

sētentiā habentes! Non enim possibile est sine cōmutatione aliis nūc q̄ antea commoueri: nec qui aliis atq; aliis mutatur idem profecto est q̄ si idem non est nec est: sed fluit continua mutatione. Sensus autem ignorātiæ ipsius entis fallitur: & esse putat quod nō est. Quid igitur uere ens est! quod æternū est: quod ortū nō habet quod īcorruptibile est: quod nullo tempore mutatur. Mobile nanq; tēpus est: & mobili materia coniunctū fluit semp & quasi corruptionis atq; generationis uas nihil retinet. Vnde prius atq; posterius & fuit & erit nihil omīo sunt. Quod uero ex tempore esse uidet: quod adesse dicimus & nūc dicimus hoc ipsum tanq̄ fulgur uelociter trāsiit. Quare quom tēpus mensura sensibilium sit: quomq; ipsum nunquā sit apte dicemus ipsa sensibilia nūq̄ pmanere: nec entia esse: sed gigni atq; corrūpi secūdū mēsurantis naturā. Erat igitur & erit ipsi enti accōmodari nō possūt Transitum enim hæc & mutationem rei significāt. Deus autē si fas est dicere nec est in tempore aliquo: sed in æternitate īmobili: cuius nihil prius: nihil posterius: nihil futurū: nihil præteritū est: sed quō unus sit ens in uno nunc illud quod est semper repleuit. Solum igitur ipse est uere ens: qd' nec fuit: nec futuꝝ est: nec incepit: nec cessabit & sic ipsum colere ac salutare oportet: aut certe ita intelligendū est quemadmodum nōnulli priscorum dicebant el pro es accipientes: & unum supplentes ut sit tu solus unum es. Non enim multa deus est ut singuli nostrum ex innumerabilibus fere compositi: sed unum est uere ens. Diuersitas enim quom differentiam in ente faciat in ortum non entis peruenit.

R æterea quom Moyses oēsq; ꝓphetæ īeffabilē rē intellectuq; solū pceptibilē deū esse doceant huiusq; rei symbolū scriptum apud eos quattuor uocalibus nomē dei ferāt quod ꝓferre nō possūt. Consona his etiā Plato ī magna epistola dicit. Fabile īqt nullo modo est: sed ex multa inhæsione inhærentiaq; ut ita dixerim circa rē ipsā & uitæ & integritate repente quasi ab igne accensum lumen animo innascitur quod se ipsum alit: hoc quidem lucis exemplū multo prius ante Platonē hebræorū propheta protulit dicens. Signatū est super nos lumen uultus tui: domine dedisti lætitiam in corde meo: & rursus & in lumine tuo uidebimus lumen.

Oyses unũ esse solummodo deum docuit. Audi enĩ dicit Israel Dominus deus tuus unus ẽ. Plato quoq; ĩ Timæo cælũ unũ & deum unum esse dicit his uerbis: Vtrum igitur recte unum cælũ eẽ dicimus: & deum unũ esse dicimus: an multos ĩnumerabilesq; dicere rectius erat? Vnũ inquit certe siquidem ad exemplar creatũ ẽ. Quod enim intellectiua continet animalia duplicatum esse nõ potest. Qui & si secundum aliorũ consuetudinem plures nõnunq̃ esse deos dicere uideatur: ab epistola tamen ad Dionysium ubi deorum nomen earũ epistolarũ facere principiũ dicit: quas negligẽter: & ad gratiã aliorũ non ex animi sui sententia scripserit: ab unius uero dei nomine illas incipere quas studio suis edidit aperte patet unũ deum putasse. De signo inquit epistolarum quas cum studio mitto: & quas non recte arbitror te meminisse. Aduertendũ autẽ est tibi diligenter q̃a multi a nobis litteras petũt: quos repellerẽ nõ possumus. Quom ergo studio & ex sentẽtia scribimus animi deus principiũ epistolæ præbet. Quũ autem non: nõ deus: sed dii. In legibus uero a priscis id se didicisse his uerbis ostendit. Deus igitur ut a priscorum sermone accepimus quõ principium finem & medium rerum omnium cõtineat recte omnia natura perfectus determinat: cui semp adhæret iustitia seuera ultrix eorũ qui diuinam legem cõtemnunt: quam qui ad beatitudinẽ erigitẽ humiliter seruat. Si q̃s aũt arrogãtia elatus pecuniis aut dignitatibus effertur uel fortuna corporis: & iuuentæ amentia incensus animum deturpat: & quasi nullo principe ac duce indigens ipse aliis posse se præeẽ arbitrat̃: is derelictus a deo uniuersa cũ sodalibus suis p̃turbat & multis magnus quidẽ uidet̃: breui autẽ diuinitus deiectus se ipsum domum patriamq; suã simul euertit. Hæc Plato. Tu aũt quod dixit principium finem & medium rerum a deo contineri: illi prophetico conferas. Ego deus primus. Ego etiam post hæc. Quod uero natura p̃fectus determinat dixerit illi simile rectitudines sciuit facies eius. Qui aũt dicit iustitiã deo adhærere ultricẽ eoꝝ qui diuinã negligũt: legem illi consentaneum iustus dominus & iustitiam dilexit: & mihi uĩdictã: & ego ulciscar dicit dominus. Quod humiliter deo adhæret: qui ad beatitudinẽ erigitur illi compar est: post dominũ deum tuum ambulabis: & deniq; q̃ a deo derelinquatur: qui arrogantia effert̃ illi omnino quadrat. Deus superbis resistit: humilibus autem gratiam præbet: & lætitia impiorum casus singularis. Sed hæc quidẽ de uno deo dicta sufficiant.

Vnc de unigenito filio dei: quẽ uerbũ dominũ & deum ex deo hebræoꝝ scriptura eẽ denotat dicẽdũ ẽ. Moyses igit̃ aptissime domini appellatione bis posuit dicens. Et pluit dñs a domino ignem & sulphur: ubi bis quattuor uocaliũ ineffabilẽ cõcursũ quo ĩeffabile nomẽ dei significatur conscripsit. Et Dauid quoq̃ & propheta & rex iudeoꝝ in psalmis scripsit. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Quomodo enim a dextris domini dñs sedet nisi duas personas intelligamus. Quam quidẽ rem alibi apertius dicit. Deũ oĩpotentem & creatorẽ omniũ esse dextris assidẽtẽ patris declarãs. Verbo inq̃t dñĩ cæli firmati sunt. Saluatorẽ quoq̃ ipsum omniũ: qui eũ suscipiũt his uerbis ostendit. Misit uerbum eius & sanauit eos: filius etiam eius Salomon uocabulo sapientiæ pro uocabulo uerbi usus hæc ex ꝑsona ipsius sapientiæ dicit. Ego sapiẽtia consiliũ atq̃ cognitionẽ fabricata sum. Et post pauca dominus possedit me in initio uiarum suarũ ante q̃ quicq̃ faceret: a principio ab æterno ordinata sũ: & ex antiquo ãte q̃ terra fieret: nec dũ montes graui mole cõstiterãt. Ante colles ego ꝑturiebar: quando præparabat cælos aderã: & alibi. Est ĩ illa spiritus intelligentiæ: sanctus: unicus: multiplex: subtilis: mobilis: discretus: incoinquinatus: omnẽ habens uirtutẽ oĩa prospiciens: ꝑ ĩtellectuales omnes spiritus mundos atq̃ subtiles ĩgrediens: omĩbus enĩ mobilibus mobilior est sapientia: transit autem ingrediturq̃ per omĩa propter munditiam. Vapor enim uirtutis dei: & emanatio gloriæ omĩpotẽtis sincera: & ideo nihil inquinatũ ĩ illa ĩcidit. Fulgor enĩ ẽ lucis æterne: & speculũ ĩmaculatũ dei maiestatis: & imago bonitatis illius Attigit autem a fine usq̃ ad finem fortiter: & disponit omnia suauiter. Hæc a priscis iudeorũ auctoribus modo sufficiãt. Philonem etiam audias: q̃uis non recte in omnibus: dilucidius tamen hæc ita exponentem ut iure quis credere possit non alium esse scripturæ sensum q̃ ecclesia prædicat. In libro enĩ quẽ ĩscripsit ꝙ peiora soleãt melioribus ĩsultarẽ his uerbis usus est. Decet omnes qui scientiã quærunt ad deũ patrem mentẽ erigere. Si uero nequeunt ad imaginẽ saltẽ eius scilicet uerbũ sacratissimum. Item in eodẽ: & si nondum aliquis filius dei appellari dignus est: studeat tamen ad primogenitum eius uerbũ angelis oĩbus antiquis: & quasi principem angelorum in ultionem sequi. Origo enĩ & deus & uerbũ & imago ad quã homo creatus est & israhel iudæus appellatur. Quare paulo ante profusior ad laudes eorũ fui: dicũt oẽs

filius quomo sit expressus a moise et pro phetis

nos unius hominis filios esse. Nam & si nondũ digni sumus existimari dei filii: sumus tamẽ ꝑpetuæ imaginis eius uerbi uidelicet sacratissĩ. Dei enim imago est uerbum antiquissimũ. Percepimus etiã a quodã Moysi sodalium dictum esse. Ecce homo cui nomen est oriens: noua inauditaq; apellatio: nec rei cõueniẽs si ex anima & corpore hominẽ dici putabis. Sin uero ĩcorporalem illum qui diuinam habet formam intelliges cõmodissime orientis nec nomine appellatus est. Hunc enĩ primum filium pater omnium oriri fecit: quem alibi primogenitum nominauit. Filius quoq; patris uias imitatus: & ad primitiua illius exẽplaria respiciens species rerum formauit. Nunc Platonem audiamus qui huiusmodi uerbis in epimenide usus est. Laudẽ autẽ nõ quidẽ alii anno: alii mense: alii nullo in tempore in quo polum suum trãscurrit mundum. Vna efficiens: quem uerbum illius ordinauit: quod rerum omniũ est diuinissimũ. Et ĩ epistola ad tres sibi amicissimos Hemiam dico: Horastum: & Coriscam: his uerbis cautissime sacratissimũ hoc dogma illis commendauit: Hanc inquit epistolam omnes tres una legetis: uel adminus duo cõmuniter totiens quotiẽs poteritis. Oportet enĩ uos uti ac lege iureiurãdo confirmata diligẽtia eleganti: & studio eiusq; sorore doctrina: ut per deum principem omnium præsentium & futurorũ: & per patrẽ & causã principis & dominũ iuretis. Quæ si recte philosophantur clare quãtum homini cõtingere potest cognoscemus. Nonne tibi uidetur Plato hebræorum scripturis ĩsudasse? Vnde nanq; ipse q̃ ab hebræis discere posset patrẽ & dominum deũ appellare: ac deum principis & domini patrẽ nominare. Aut q̃s unq̃ apud græcos a diuinissimo uerbo mundũ dixit esse ordinatũ? Quod si platonicorum testimonio philosophi sententiam confirmari cupis Plotinum audi quid in eo libro dicat: quem de tribus hypostatibus a quibus omnia principium habent inscripsit: mundum inquit hunc sensibilẽ si quis admiratur magnitudinẽ: pulchritudinem: & ꝑpetui motus ordinem considerans: & deos qui sunt ĩ eo alios uisibiles: alios inuisibiles: dæmonas etiã: animalia: plantas: cæteraq; oĩa ad primitiuũ exemplar mente ascendant: & ibi cuncta intellectualia contemplẽt: eorumq; omniũ æternam mentẽ atq; sapiẽtiam præsidentẽ: & paulo post subiungit dicens. Quis igitur hunc genuit? Ille simplex scilicet q̃ ante hunc est: qui causa est ut ille sit: & tãtus sit qui numerũ facit. Non enĩ numerus primus ẽ. Ante dualitatẽ enĩ unũ ẽ: deĩde dualitas est ab uno nata: & progressus aliquantulum addit: quomodo igiẽ &

quid intelligendum est circa illud quod stabile manet? Splendorem scilicet ex illo: ex illo autem manente sicut splendentem lucẽ ex sole Ita ex eo semper profluentem: ex manẽte autem uniuersa etiam quæ sunt ab ipso inq̃ manẽte ꝓgrediũtur: & ab eius uirtute substãtia eoꝝ necessario dependet. Imago igitur primitiui est unde nata ẽ. Sic ignis caliditatem suam & nix frigiditatem non in se solummodo continet: sed extra etiam producit: maxime autẽ: quæ odorem emittũt isti rei testantur: quæ donec sunt emittunt quidẽ circa se: quo qui ꝓpinqui sunt pfruuntur: omnia etiam quæ perfecta sunt generãt: quare quod semp est & semp perfectũ est semper generat: & quod ex eo generat ppetuũ est q̃uis & minora etiã: q̃ ipse sit generat. Quid igit oportet de perfectissimo dicere: aut de maximo post illud: maximũ autem & secundum post illud intellectus est: intellectus enĩ intelligit: & eget illo solũmodo. Illud autẽ hoc nõ eget: & quod a sũmo intellectu natũ est: intellectus est. Melior autẽ omnibus intellectus est: quoniã omnia post ipsum: & post pauca: amat autem omne quod genuit: & maxime quando sola sunt generans & generatum. Quando autẽ etiã optimũ est illud quod genuit necessario cũ illo simul est: ut in eo solummodo quod alius est separetur. Imaginem enĩ illius intellectũ esse dicimus & progressus subiicit iccirco etiam Plato terna omĩa esse circa regẽ dicit: primum circa prima: deinde circa secũda: & tertio esse tertia: ipsã quoq3 causã rerum patrẽ habere dicit causam rerũ intellectum appellans. Creatorem enim ĩtellectum esse censet: & ab hoc animã esse creatã ĩ illo cratere. Quom igitur causa intellectus sit ipsũ bonũ quod ultra intellectũ & ultra substãtiã ẽ patrẽ eius appellat. Multis autẽ in locis ipsũ ens: & intellectũ ipsum idæam nomĩat. Cognouit igitur Plato ex ipso bonum intellectũ esse: ex intellectu uero animã: & sermones hos nõ esse inanes: nec modo: sed a priscis tẽporibus non ita explanate dictos: posteriores autẽ sermones expositionis pacto eẽ factos. Testibus uero ꝙ hæc opinio prisca sit scriptis ipsius Platonis utemur. Hæc Plotinus. Numenius etiam in libro de bono his uerbis utitur. Qui de primo atq3 secũdo deo quicq̃ intelligere gliscit singula prius ordine distinguere debet: aliter enĩ sui studii thesaurũ effũdit: quod ne patiamur deo huius orationis duce ĩuocato ut cogitationis nostræ thesaurum eliceat incipiemus. Orandum autem prius ẽ: deĩde distinguendũ. Deus primus quidẽ quom in semetipso sit indiuisibilis ac simplex est. Deus autẽ secũdus & tertius unus est: & materiæ quæ

qualitas est inhærens unit eā: q̄uis dissparet ab ipsa: quæ tota cupit & fluit. Et post pauca. Nec enim oportet inquit deum primū creare sed creantis dei patrem esse. Et progressus aliquantulum primū inqt deū regem omniū ab omni ope cessare oportet. Creatorē uero deum omnia gubernare dicimus a quo interiora mens mittit ad omnia quæ ad cōmunicationē illius ordinata sūt. Quom igitur ad nos conuersus deus respiciat nos tū ipsius radiis fit ut uiuamus: corpora quoq; alant ac uiuant. Quom uero in altitudinem suam deus se ipsum conuertat: tūc corpora quidem extinguunt: mens uero uiuit uita beatiore. Ista illis psalmistæ similia sunt. Quā magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapiētia fecisti: impleta est terra possessione tua: omnia a te expectant ut des illi escam in tempore: dante te illi colligēt: apiente te manum tuā omnia implebuntur bonitate. Auertente aūt te faciē turbabuntur: auferes spiritū eorum: & deficient: & in puluerē suū reuertent. Emitte spiritū tuū: & creabunt: & renouabis faciē terræ Quid enī hæc ab illis differūt: quō philosophus asserat respiciēte deo uiuunt ipsius radiis animalia: cōuerso aūt ī suā altitudinē extinguūt: quom rursus salutari doctrina saluator noster prædicet. Ego sū uitis: pater meus agricola est: uos palmites. Audi quomodo Numenius cō-sentanea istis scripsit. Quēadmodum inquit agricolæ ratio quædā est ad plātas relata: hoc modo se habet primus deus ad creatorē. Primus enī quom semē omnis uitare sit res oēs seminat. Creator uero plātat & distribuit: trāsfertq; ad singulos nos quæ inde iacta sūt. Et aliq̄tulū progressus ut ostendat quomodo secundus deus a primo ē: res quidē humanæ inquit ab eo qui dat ad accipientem transeunt: diuinæ uero a deo dantur: & ab eo nō absunt: quale quid sciētia est: quā q accipit melior factus ē: q aūt dedit nihil amisit. Lucerna etiā ab alia lucerna sic accenditur ut prima nō extinguatur. Materia enī alterius ab igne alterius accendit. Sic & sciētia nō recedit a dāte: & tamē ī accipiētē transciuit: cuius causa humana non est. Substantia uero quæ scientiā habet idem est apud deum dantē & apud accipiētem. Iccirco Plato quoq; a Prometheo in homines magno quodā splēdore ignis sapiētiā uenisse affirmat: & post pauca: alia īquit primi dei uita ē: alia secūdi: primus enim stat: secundus aūt mouet: & primus in intellectualibus Secūdus in intellectualibus & sensibilibus. Nec mireris de his uerbis Mirabilius enim illud est quod modo dicam. Nam statū etiam primi motus assero esse innatum: a quo uniuersi ordo statusq; sempiternus:

& salus in res omnes transfunditur. Idem in sexto. Nam quoniam non ignorabat Plato creatorem ab hominibus solū cognosci. Primū autē intellectum: quem ens ipsum appellat omnibus esse ignotum: iccirco his utitur uerbis: quasi magna uoce clamet. Quem putatis intellectū o homines: nō est primus: sed alius ante ipsum est maior atq; diuinior Et aliqntulū progressus: gubernator inquit quom in pelago feratur clauo inhærens gubernaculo sedēdo dirigit nauem: oculi uero eius & mens in altum ad æthera tendunt: sic uia nauiganti p maria p cælū dirigitur. Non alio modo creator ne materia repellatur: aut diffluat harmonice ipsam ligauit: & tanq̄ naui in ipsa insidet: & harmonice dirigit per idæas quasi per clauum gubernans respicitq; nō in cælum sed in deū superiorē: quem speculando discernendi uim accipit: quē desiderando motionem recipit. Hæc illis similia sūt: nihil potest filius a se ipso facere nisi uideat patrem facientem. Ita platonici omnes: & ante platonicos ipse Plato ab hebræis ea nomina uidentur habuisse: quibus excelluerūt. Nam & si nō recte intellexerit: uerbis tamē suis manifesti sūt cūcta ab hebræis accepisse. unde amelius quoq; illustris inter iuniores platonicos q̄uis Ioannis euangelistæ nomen cælauerit: barbarum ipsum quoniam iudæus fuit appellando uerbis tamē eisdē fere utit̄ dicens. Hoc profecto erat uerbū: quo ea quæ sūt facta sunt ut Heraclitus etiam diceret: quid etiam ipse barbarus putat ī ordine principii atq; dignitate constitutum apud deum esse: & deū esse per quod uniuersa simpliciter esse pducta: in quo quæ uiuunt uitā habēt & in corporea ipsum cadere: & carnem indutum hominē ita uideri ut naturæ dignitas non lateat: quare rursus resolutum in deū redire & deum talem esse qualis fuit ante q̄ in corpus carnem & hominem deduceretur. Hæc enī nō occulte sed aperte ac nudo capite ut dicit a barbari iudæi theologia transposita sunt. Barbarum enim neminē alium certe hic q̄ Saluatoris nostri euangelistam Ioannem appellauit qui euangelium sic incipit. In principio erat uerbum: & uerbū erat apud deum: & deus erat uerbū. Hoc erat in principio apud deū: oīa p ipsū facta sunt: & sine ipso factū est nihil. Quod factum est in ipso uita erat: & uita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet: & uerbū caro factum est: & habitauit in nobis: & uidimus gloriā eius. Sed aliū etiam ab hebræis theologum audias: qui est inquit imago inuisibilis dei: totius creaturæ primogenitus: ī quo creata sūt omīa: quæ ī cælis & quæ in terra sunt: siue uisibilia: siue inuisibilia. Sed quæ de filio dei

dicta a platonicis sunt ad hoc usq; procedāt. Quom autem scriptura hebræo℞ cū patre ac filio spiritū numeret: ac beatissimā sāctissimāq; trinitatem unū deū esse significet: quod expressius ecclesia & sentit & predicat: operæpreciū est audire quo enigmate Plato ad Dyonsiū scribēs usus est. Dicendū inquit tibi enigmatice censeo ut si epistola excidat qui legant nō intelligant: sic enī res se habet omīa circa regē uniuersi sunt: illius gratia cuncta sunt. Ille causa bonorum omnium est. Secundo circa secunda: & tertio in tertiis. Hominis igitur anima discere gliscit quænā ista sunt. Traditur enī ad comparia eius. Hæc qui Platonem exponūt ad primum deum: & ad secundam causā atq; tertiam: quam mundi animā esse dicunt pertinere arbitrant̄. Tertiū enim deum mundi animam esse dicunt. Diuina uero scriptura patrē & filium & spiritum sanctum unum rerum omnium principium eē confirmat.

Vnc de bono qd scriptura: quid platonici dicāt pscrutemur. Scriptura igitur ipsum bonū nihil aliud esse docet q̄ ipsū deū. Bonus enim inquit dominus omnibus sustinentibus eū: & cōfitemini domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. Et Saluator Cur me inquit dicis bonum? Nemo bonus nisi unus deus. Plato autem in timæo. Dicamus īquit qua de causa uniuersum hoc a creatore productū est: & cōfestim subiungit. Bonus erat: bono uero nulla unq̄ inest īuidia: quare omnia q̄ maxīe similia sibi facere uoluit: & in libris de republica. Sol quoque inquit uisus quidem non est: causa uero ipsius sic ē ut ab eo ipso uideatur. Sic puta me dicere boni emanationē. Genuit enī similē sibi: quodq; ipsum in intellectualibus est ad intellectum & intellecta: hoc inuisibilibus ad uisum & uisa. Et post pauca. Quod igit̄ ueritatē rebus cognitis præbet: & cognoscēti cognoscendi uirtutem idæam esse boni credendū est: & rursus. Non enim rebus quæ oculis cernuntur uim qua uideantur solūmodo a sole præberi concedes: uerum etiam generationem crementū alimentū: quom sol ipse generatio nō sit. Sic igitur etiā rebus cognitis nō solum ut cognoscantur sibi a bono inest: uerum etiam esse & substantiā ab illo habent: quom tamen ipsum bonum substantia non sit: sed omnē substantiam uirtute sua excedat: his uerbis Plato sententiam suam manifestissime aperit: q; ītellectuales etiā substātiæ a bono idest a deo habent ut sint: & substantiæ sint. Bonum autē ipsum ultra omnem

[sub]stantiam censet: quare nõ sunt deo consubstantiales intelligẽtiæ: & quom esse atq substantiam a deo acceperint creatæ profecto sũt. Quæ autẽ creatæ sunt nefas erit deos putare: quom etiã natura ipsũ bonum nõ sint: quod uni soli uere atque per se bono attribuitur. Sed Numeniũ rursus Platonis sẽsum de bono latius exponẽtẽ audiamus. Corporalia inqt a signis & similibus quibusdã cõprehendere possumus. Ipsum uero bonũ a nullo insito signo: nec a similitudine sensibili comprehendi ullo modo potest. Quare necesse est queadmodũ si qs in specula sedens paruã nauiculã solam in magno pelago inter nudas acucie uisus uno intuitu perspexerit: sic longe a sensibilibus iumentis quasi specula sedentẽ solum ita ut nihil penitus magnum aut paruum pturbet. Sed diuina quædã omnium desolatio sit ipsũ bonũ profũda tranquillitate ac pace quærere. Inuehit enĩ & inhæret substãtiæ qsi nauiculæ. Si quis autem sensibilibus detentus ipsius boni quasi phantasmatibus mouet: ac ideo putet bonũ ipsũ prospexisse uehementer peccat. Nullũ enĩ phantasma ipsius ẽ. Via igit atq ratio intelligẽdi boni optima est ut primũ sensibilia omnia negligantur: deinde ut in disciplinis numeri ipsi inspiciant ac inde ad intelligendum ipsum ens eleuari. Hæc ĩ primo libro de bono. In quinto uero si ẽ inqt substãtia & idæa intellectuale quid: cuius causam intellectum esse concessũ ẽ: sequitur ut intellectus iste solus sit ipsum bonũ. Nam si creator deus generationis est: satis est ut ipsum bonum substantiæ principium sit cui quidẽ bono creator deus proportionalis ẽ quom sit imitator eius. substãtiæ aũt generatio proportionalis. Imago enĩ ẽ eius & imitatio qp si creator generationis bonus est erit substantiæ creator bonũ ipsũ substantiæ consitum. Quum enĩ duplex secundus sit ipse & mundũ & idæã eius facit quom sit creator. Quattuor ergo sunt primus deos qui est ipsũ bonũ. Imitator eius: qui omniũ creator est qui est bonus Essentia uero altera quidẽ primi: altera uero secũdi: cuius imitatione ẽ pulcher mundus boni participatiõe ornatus. Sic Plato bonũ primo deo solũmodo tribuit. Nam si bonus secundus deus ẽ: a primo tamẽ bonus est. Separata uero: & in diuersis hæc libris posuit. Seorsũ enĩ circulare creatorẽ apellauit: dixitq ĩ Timæo bonus erat. In libris aũt de republica ipsum bonũ boni esse idæam cẽset: ut sit creatoris idæa ipsũ bonum: qui participatione solius primi bonus esse probat. Sicud enim homines dicuntur hominis idæa ut ita dicam impressa & boues bouis: sic quom creator sit bonus in pticipatione primi boni. Primus

intellectus idæa eius eſt: qui eſt ipſũ bonũ: quæ quom ita ſe habeant hunc mundũ neceſſe eſt imaginẽ nõ eſſe alicuius. Intelligentias enim omnes illud in ſe ipſo continet: ſicut hic mundus nos. Hæc Plato in Timæo: quorum ſenſum ab eo libro didymi ſumam: quẽ inſcripſit de placentibus Platoni. Determinata inquit ſenſibiliũ exemplaria idæas oppellat: ex quibus ſciẽtiam & diffinitiones fieri cenſet. Præter enĩ itmnes homines hominẽ quẽdã ĩtelligi: & præter equos oẽs equũ: ac aa cõmuniter præter animalia anĩal nec generabile nec corruptibile ut queadmodũ ab uno ſigillo multa ſignantur: & multæ uiriles fiunt inde imagines: ſic a ſingulis ſenſibiliũ idæis multa formanť. Eſt autẽ idæa ꝑpetua ſubſtãtia cauſa & prĩcipiũ ut ſingularia talia ſint qualis ipſa eſt: & quemadmodum primitiua ſenſibiliũ exemplaria ad hæc corpora præcedũt: ſic quæ omĩa in ſe ipſa cõtinet pulcherrima atqꝫ ꝑfectiſſima huius mũdi exẽplar ẽ: ad quã a creatore deo ab uniuerſa ſubã mũdus ſimillĩe formatus ẽ. Hæc Didymus ex ſententia Platonis quæ omnia multo altius ſapientiſſimus ille Moyſes: a quo hæc iſti detorſerunt breuiſſime cõſcripſit: qui ante hunc ſolẽ: & ſtellas: & cælũ uiſibile: quod firmamentũ appellat: ante aridam hanc terrã: ante diẽ hunc & noctem hanc lucem aliam & diem & noctẽ aliam a deo uero creatoreqꝫ omnium facta fuiſſe oſtendit. Propheta quoqꝫ inuiſibilem ſolem oſtendens oratione deo accommodata: Timentibus inquit me ſol iuſtitiæ orietur. Ipſam quoqꝫ iuſtitiam nõ dico qualitatem aliquã: ſed qualitatis creatricem hebræorũ ille propheta ſignificauit: cũ de deo dicat: Quis ſuſcitauit ab oriente iuſtitiã uocauit eam ĩ facie eius! Verbum quoqꝫ ĩ prioribus creatorẽ ab hebræis appellatũ oſtẽdimus. De quo quidem uerbo hæc apud eos feruntur. Qui natus eſt nobis ſapientia a deo iuſtitia: & ſãctimonia: & redẽptio: dicitur enĩ & uita: & ſapientia: & ueritas: & oĩa ſubſtantialiter. Subſiſtit enĩ & ſapiẽtia hæc & uerbum hoc ut ab hebræorum ſcriptura docemur: q̃uis philo iudæus ſcripturæ ĩterpres: ac expoſitor aliter ſentire uideať: quẽ nõ eſt alienum audire.

I quis uoluerit inquit ſignificatioribus uti uerbis nihil aliud intellectualẽ dicet eſſe mũdũ: q̃ dei iam creãtis uerbũ. Nihil enĩ aliud ciuitas illa intellectualis eſt: q̃ creatoris ratio creare iã cogitãtis quod dogma Moyſi non meum eſt aperte nanqꝫ ſcribit ad imaginem dei hominem eſſe formatũ: ꝙ ſi pars imago imaginis eſt: & uniuerſus

iste mundus sensibilis ad exẽplar diuinæ imaginis factus ẽ: primitiuũ ergo sigillum quod intellectualẽ mũdum appellamus ipsum exẽplar est. Primitiua idæa idæarum omnium dei uerbum. In principio autẽ dicit fecisse deum cælum & terram: nõ secundum tempus principiũ intelligens ut multi putant. Non fuit enim tempus ante mundũ: sed aut cũ ipso: aut post ipsum. Mensura enim motus tempus est: motus autẽ re mota prior esse nõ potest: sed aut posterior aut simul. Quare necesse est tempus aut post mundum: aut una cum eo factum fuisse Relinquit ergo principiũ hic numeri esse intelligendũ: ut ĩ prĩcipio pro primũ accipiat. Et post pauca. Primũ igit cælũ fecit ĩcorporale: & terrã inuisibilẽ aeris idæam & uacui. Quorum alterũ tenebras: niger enĩ aer ex natura ẽ: alterum abyssũ apellauit. Vacuũ enĩ profundissimũ & effusissimũ est. Deinde aquæ atq; spiritus incorporalẽ substantiã: & deniq; septimæ lucis: quæ etiam incorporalis & intellectualis solis exemplar & omnium stellarum fuit. Duo autẽ spiritus scilicet & lux digniora uidentur. Alterũ enĩ dei nominauit: quia spũs uiuacissimus est: uitæ autẽ deus causa est. Alterã autẽ ualde bonã esse affirmauit. Tanto enim intellectualis lux uisibili hac fulgentior ẽ: ut mihi uidet quanto sol tenebris dies nocte & intellectus totius animæ dux oculis corporeis. Inuisibilis aũt & ĩtellectualis illa lux diuini uerbi ẽ ĩmago: quod generationẽ eius lucis explicuit: quæ ẽ supercælestis stella: fõs sensibilium stellarum a qua sol: luna: cæteræq; stellæ pro uirtute sua fulgorem hauriunt: qui fulgor simplex atq; sincerus tantũ denigrat postea q̃ ĩmutabilia transierit: q̃tũ ab ĩtellectualibus sensibilia distãt. Nihil enĩ sincerũ est eorum quæ sentiuntur: quoniã uero luce facta tenebræ abierunt: & termini utriusq; spaciis fixi sunt certis uespe & mane: spaciũ temporis quod hinc effectum fuit diem nuncupauit: & diem nõ primã sed unam quæ dicta est propter intellectualis mundi solitudinem: qui unicam habet naturam. Et sic quidem incorporalis mundus absolutus est diuino uerbo constitutus: ad cuius exemplar sensibilis creabat: cuius primã partem atq; optimã cælum effecit: & firmamentum apellauit quia corporeum est. Natura enim firmum atq; solidum corpus est propter trinam dimensionem. Nulla enĩ alia corporis solidi atq; firmi notio ẽ q̃ trina dimẽsio. Iure igit ita noĩauit ut ab ĩtellectuali atq; ĩcorporeo sẽsibile hoc & corporeũ distĩgueret. Hæc Philo: quibus cõsentanea Clemens quoq; noster in sexto dicit. Mundũ inquit philosophia barbara alium intelligibilẽ: aliũ sensibilẽ

censet: alterum primitiuum: alterum boni exemplaris imaginem: & intelligibilē quidē unitati attribuit. Sensibilē uero sexadi. Cōnubiū enī a pythagoreis sexas dicit̄: qa fœcūdus numerus ē. In unitate igit̄ cælū īuisibile factū est: & terra sācta lux ītellectualis. In prīcipio enī fecit deus cælū & terrā: & terra erat inuisibilis. Et subiungit & dixit deus fiat lux & facta est lux. Insensibilis autē mundi creatione solidū creauit cælum: quod uero solidum est sensibile etiā est: terrā īuisibilē & lucē: quæ cernit̄. Hæc latius diximus: ut ostendamus idæas anīaliū in intelligibili mundo positas: a qbus sensibilia ista secundū Platonē creant̄ ab hebræorū scriptura esse deriuata. Vnde etiā didicit Plato incorporeas uirtutes & bonas & contrarias esse.

Cribit enī ī decimo de legibus si omīa quæ quo uolūt mouent̄ anima gubernat. Quar̄ cælū etiā ab aīa gubernari nō dicimus? Certe inq̄ dicendum est. Vnum ne igitur aut plures? pauciores inquā duabus benefactrice scilicet atq; contraria ponēdæ nō sunt. Et post pauca. Concessum iam nobis est multarum bonarum uirtutū cælum esse repletum: contrariis etiam nō uacare. Vnde nobis bellum absq; fine indictū est: in quo agendo patrocinio nobis opus ē. Auxiliatores autem nobis dii & dæmones sunt. Nos uero possessio quædam sumus deorum ac dæmonum. unde ista Plato adinuenisti? ego quidē nescio aliud præter q̄ ꝙ mille annis ante tuā ætatē uulgo apud hebræos hoc dogma ferebatur. Scribit̄ enim & uenerunt angeli dei ut coram deo assisterent: & diabolus uenit in medio ipsorum. Diabolum quidem cōtrariā uirtutē: angelos aūt bonos appellauit: quas & uirtutes bonas & spiritus diuinos: & ministros dei scriptura nominat: qui facit dicēs angelos suos spiritus: & ministros eius ignis flammam. Bellum etiam a contrariis nobis inferri scriptura significat dicēs nō esse nobis hanc luctationem aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus principatus potestates: & prīcipes huius mundi aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus. Quom autē possessionē nos deorum & dæmonū censeat illud Mosaycū traduxisse uidetur: quo dicit̄ quādo altissimus gentes partiebatur disseminauit filios Adam: & constituit terminos gentiū secundum numerum angelorum dei.

T de animæ autē immortalitate Moysem ē secutus: q primus immortalitatem esse docuit: quom eā imaginem esse dei. Immo

uero ad imaginem dei esse asseruerit. Et fecit inquit deus hominē ad imaginem dei fecit eum. Et distinguens in corpus & animā hominē subiungit & sufflauit in faciē eius spiraculum uitæ: & factus ē homo in animam uiuentem. Principem uero esse hominem atq3 regē oīum: quæ in terris sunt ostendit dicens. Et dixit deus faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā: et præsit piscibus maris & uolatilibus cæli: & bestiis: uniuersæq3 terræ. Et creauit deus hominē ad imaginē & similitudinem suā: ad imaginem dei creauit eum. Quomodo autē aliter imago dei: & deo similis erit q̄ secundum intelligendi uim: Sed Platonem quoq3 audiamus ut q̄ bonus mosaycæ scripturæ discipulus fuerit nō ignoremus. Scribit enī ī alcibiade habemus ne aliud melius atq3 diuinius in anima quam illud est quod sapit atq3 intelligit! nihil prorsus: hoc ergo illud est quod deo simile est: quod si unusquisq3 in se ipso cognouerit deum quoq3 non ignorabit. In libro uero de anima duo inquit genera rerum ponenda sunt uisibile atq3 inuisibile: quorū alterum scilicet inuisibile eodem se semper modo habet. Alterū uero nunq̄ se habet eodem modo. Nostri quoq3 alterum corpus est: alterū anima. Et corpus quidem uisibile anima uero inuisibilis est: & quādo corpore utitur ad considerandum aliquid: (utitur autē aut uidendo aut audiendo: aut omnino sentiendo): tunc a corpore ad hæc trahit: quæ nunq̄ eodē modo se habent. Quare fit ut erret: turbet: ac quasi temulēta deficiat: quando autem per se ipsam aliquid considerat tūc ad īmortale sincerum sempiternum eodemq3 modo semper se habēs se ipsam erigit: & quasi quædam emanatio eius ad illud redit quando ad se ipsā redit: & tunc ab errore cessat: & eodē modo semp se habet quia sempiternum attingit: quæ passio animæ prudentia nuncupat. Valde inq̄ recte: & uere dicis o Socrates: tūc socrates Vtri ergo tibi uidet cognatius atq3 similius esse anima! Ei ne quod eodem modo se habet: an rei mutabili! Primo inq̄ omnino. Quom autē ad seruiendū corpus: ad principandum animam natura finxerit: Nonne hac etiā ratione: quom principari diuinum sit: seruire autem caducum atque mortale manifestū est deo animā similem esse! Omnino ita est Cebes inqt. Si ergo ita est o amice Socrates ītulit: Nōne ut corpori cōuenit mori atq3 dissolui: sic animæ cōueniet nunq̄ mori atq3 dissolui! Quod quom Cebes cōcessisset. Si ergo inqt Socrates mūda nihil a corpore secum contrahens decesserit: quia uidelicet se ipsam q̄tum poterat ī corpore colligebat: semperq3 corpore contēpto de morte meditabat

quod nihil aliud est q̃ recte philosophari. Meditatio enĩ mortis phi/
losophia est ad similem naturam inuisibilem: diuinam: immortalem:
prudenteq́ȝ profecto uera beatitudine fruĩt ab omni errore:stultitia:
terrore: aliisq́ȝ hoĩum malis liberata. Sin uero ĩmũda maculisq́ȝ plena
exierit quia corpus dilexit & coluit: ab eo & uoluptatibus eius adeo
ablecta ut nihil aliud bonũ putaret: q̃ quod corporeũ est: quod uero
intelligibile ẽ oderit atq́ȝ fugerit sincera in se ipsa nõ est. Hæc Plato:
quæ in primo ad Boethum latius exponit Porphyrius dicens firmam
certamq́ȝ rationẽ eam Plato putauit: quæ a similitudine aliquoꝝ uim
accipit. Nam si deo ĩmortali similis anima ẽ: quomodo etiã ipsa sicut
exẽplar suũ ĩmortalis nõ erit? Quom enĩ duo quædã apte opponanť:
quærit cui oppositorũ adhæreat anima qui optimus demonstrationis
modis in his rebus inuenitur. Et q̃uis a prima ætate usq́ȝ ad senectutẽ
multa contra rationem faciamus peccantes: tamẽ quia uere rationali
deo ĩ multis similis anima ẽ rationalis esse ab omnibus crediť. Quom
igitur duo apte opponi cõcedantur immortalis uidelicet atq́ȝ diuina
natura: & terrestris atq́ȝ corruptibilis. Dubitať autẽ a nõnullis: cuius
partis anima sit: a similitudine putauit Plato ueritatem esse quærẽdã.
Et quoniam nõ sensibili & mortali corpori: sed uiuo & ĩmortali deo
secundum operationes similis est hinc similitudinẽ etiam ĩ substãtia
quandam habere: ac inde ĩmortalem esse ratiocinatur. Nam ut quæ
irrationalia sunt statĩ a diuina substãtia quom sint caduca & ĩstabilia
longe ab esse uidenť: sic certe cõsequẽs est quæ operatione ĩtelligẽdi
conueniunt ea immortalitate quoq́ȝ substantiæ conuenire. Quoniam
enĩ substantia conueniunt: iccirco etiã operatione conueniũt. Fluũt
enim a substantia operationes: ac quædã eius sunt emanationes. Nam
si simillima deo anima est: quid opus ẽ pluribus uerbis ad demõstrãdã
immortalitatem eius? Non enim diuinis operationibus uteretur: nisi
etiam ipsa diuina esset. Nam & si quom in caduco mortaliq́ȝ corpore
defossa sit: continet tamen & uiuificat illud diuinam suam ostendẽs
substantiã: nec pondus corporis eã omnino deiicere potest quomodo
si e corpore liberabitur aura sua species nõ perfulget? Aut quomodo
ipsa immortalis nõ erit: cuius præsentia corpus nõ moriť? Et ꝓgressus
aliquantulum diuina est anima inquit quoniam indiuisibili similis est:
mortalis autẽ uideť: quia mortali corpori cõiungiť: ita & mortalibus
similis est. Homo enim etiam est qui uentri sicut pecora deditus est:
homo autem & in mari a periculis naues gubernãdo liberat: morbis

affert remedia: ueritatē rerum perscrutatur diligenter atq; inuenit. Instrumenta uaria fabricatus est: quibus cælestium corporū motus comprehendere potuit: quæ diuinæ atq; īmortalis certissima mentis argumenta sūt: q̄uis multi uoluptatis deliniti illecebris mortalē eam putauerūt ex his quæ uident extrinsecus rōcinātes. Hæc Porphyrius Horū igitur omnium doctor Moyses fuit: q a similitudine creatoris quam anima possidet īmortalitatem animæ confirmauit: Sed reliqua uideamus. In omībus enī hebræorū similis Plato est: q̄uis in multis ut diximus errare ideo forsan uidetur: quoniā diuina scriptura nemini præter prophetas ante Saluatoris tempora patuit.

Oyse igitur uniuersa a deo creata prædicāte. In principio inqt creauit deus cælum & terrā. Vide queādmodū nō excidit ab hac sententia Plato. Omne inquit quod factū est necessario a causa factū est: fieri enī nihil potest absq; causa. Vniuersū igitur aut cælū: aut mundus aut quauis alia noteē appellatione considerandū utrum erat semper nullum generationis suæ habens principium: an factū ē & ab aliquo īcepit principio. Visibilis igiť & tāgibilis ē quom corpus sit. Cuncta uero hæc sensibilia sūt. Quæ uero sensibilia sunt opinioni subiacere & facta esse demonstrauimus. Quod porro factū ē a causa factum esse necesse est. Causam igitur & creatorem uniuersi: qui sit īuenire difficile ē: & quom īueneris ī uulgus edere īpossibile. Et post pauca. Sic igiť rationē sequētes nefas ē dicere animatū hūc mundū: ac uere mentalem a dei prouidentia non esse factum.

Vrsus quō Moyses solē & lunā & cæteras stellas a deo pductas ostendit. Et dixit deus īquit Fiant luminaria ī firmamēto cæli: & sint in signa & in tempora & fecit deus duo luminaria magna & posuit ea in firmamento cæli & stellas. Similiter Plato quoq; dicit a uerbo & mēte diuina solē & lunā & alias quīq; stellas cognominatas erraticas ad generationē temporis facta esse. Quorum corpora deus fecit: & posuit in circulis. Diligenter igiť cōsidera quod dicit a uerbo & mēte diuina. Illi enī uerbis quoq; ipsis cōsētaneū ē quod psalmista dicit. Verbo domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omīs uirtus eorū. Deinde quom Moyses infirmenro positas stellas dixerit eadem uoce Plato usus ī circulis posuit inqt. Ad hæc p singula scripta dicit Et uidit deus quia bonum: & sūmatim repetens & uidit deus omīa &

ecce bona ualde. Plato autē Si bonus eſt inqt iſte mundus: & creator bonus. Et rurſus hic optimus effectuum: ille optima cauſarum.

R æterea de cōſumatione & mutatione mundi apte & magna uoce ſcriptura prædicante: quia cōplicabitur cælū ſicut liber: & rurſus erit cælum nouum & terra noua. Audi quomodo Plato etiā hoc dogma cōprobauit in Timæo dicens. Cōſtituit cælū uiſibile atq; tangibile: & ꝓpter hæc: & ex iſtis: & talibus: & ex quattuor numero mundi corpus factum eſt proportione conueniens a cæteris omībus indiſſolubile præter q̄ ab eo q colligauit. Et poſt pauca. Tempus igiť cum cælo factum eſt: ut ſimul facta ſimul etiā diſſoluanť: ſi quando ſolutio quædam ipſorum fiet. Et poſt pauca ſubiīcit: quod ligatū eſt ſolubile eſt: q̄uis ſi bene aptatum beneq; ligatum ſoluere uult bonus nō ſit. Quare inquit deo attribuens uerba dii quorum ego creator ac pater ſum quoniam facti eſtis immortales quidē nō eritis nec indiſſo-lubiles omnino. Non ergo diſſoluemini nec in mortem deducemini maiore uinculo colligati: & in libro de republica hoc inqt. Vniuerſū aliquando quidem ipſe deus conuoluit: aliquādo autē dimittit quom circulationes cōuenientis menſuræ tempus habuerint. Non nūq̄ aūt caſu in contraria circūducitur: quom animal ſit: & prouidētiā ab eo qui fecit in prīcipio ſumpſerit. Cælum enī corporeū eſt: quare abſq; imitatione penitus eſſe īpoſſibile eſt. Circulariter autē motū minimā ſui motus habet imitationem: nihil autē poteſt ſe ipſū ſemꝑ uoluere præter corpus quod omnium quæ mouētur habet principatū: quod nullo modo poteſt modo ſic modo aliter moueri: ex quibus omnibus nō oportet hunc mundum a ſe ipſo uolui ſemper cōcedere nec a deo binas & contrarias uolutiones accepiſſe: nec quidē a duobus diis īter ſe diſſidentibus. Sed ſicut modo dictum eſt aliquando quod a diuina cauſa duciť uitām rurſus conſecutus: īmortalitatemq; a creatore ſuꝑ iniunctam. Aliquando autē quom dimiſſus fuerit per ſe ipſum uolui tempore quo dimittitur: quoniam quom maximus ſit ac æqualiſſimi ponderis minimo nixu mouetur multa annoꝝ milia uoluiť. Omnium igitur quæ mirabiliter accidunt hæc uniuerſi circulatio cauſa ē: quæ aliquando ſicuti nunc uoluitur: aliquādo in contraria. Maximas igiť tunc mutationes fieri putandum: ac multas corruptiones animaliū: interitus hominum: & alia noua atq; inaudita.

Rogressus deinde aliquãtulum mortuos reuicturos dicit quod nescio unde iã aliũde q̃ a iudaica scriptura ĩtellexerit. Ferebat inquit a priscis illis eos qui in ultima circulatione moriuntur uicinos futuro tempori in prima rursus resurgere: ac ab eiusmodi homĩbus multa nobis nunciata esse: quæ nunc uulgo non recte falsa putantur. Consequẽs enim est hos senes ad puerorum rursus naturã conuerti: & mortuos qui iacẽt in terra rursus tunc esse reuicturos generationẽ sequentes quæ in contraria reuoluitur: nisi quos deus ĩ aliã cõditionẽ traduxerit. Et ꝓgressus dicit tẽpore omniũ exacto: quoniã mutationẽ fieri oportet quom terrenũ genus defecerit omni aĩa ꝑ generationẽ in corpus iussum deducta tũc uniuersi gubernator habenis guberna-tionis dimissis ad altitudinẽ suam abibit: mundũ autẽ rursus parcæ. & innata cupiditas euertet: quod quom fieri uiderĩt dii minores ꝑtes mũdi suæ gubernationi cõmissas relinquent. Mundus autẽ reuolutus atq; in contrariũ latus & magno terræmotu cõcussus inauditã oĩbus animãtibus pestem ĩcutiet. Et tẽpore aliquo exacto omni turbatione sedata solitum cursum recipiet. Deus enim ne omnino dissoluatur gubernacula rursus capiet: & omĩ expulsa turbatione ĩmortalẽ ipsũ & insenescentem efficiet. Et post pauca dicam inquit tibi sermonẽ fortissimi uiri Iris nomĩe: genere Armenii: qui olĩ in prœlio mortuus post decimum diem fere iam corpore corrupto delatus a suis domũ quom in rogum poneretur decimo die postq̃ decidit reuixit: multaq; ibi se uidisse narrauit: ac ĩter alia ꝙ anima egressa e corpore cũ multis in locũ quærendam demũ deuenisset ubi terræ hiatus inter se cõnexi maximi erãt: & ex opposito duo ad cælũ itinera. Iudices autẽ sedẽtes uidisse: a quibus qui iusti fuisse iudicabantur in anteriore parte signis alligatis ad dexteram & sursum in cælum ire uidebatur: Iniusti uero ad sinistram: & deorsum signis ad posteriorẽ partem eorũ alligatis: ĩ quibus scripta erant eorũ facinora: quæ quom uidisset accessisse atq; rogasse dicebat ut liceret ei homĩbus hæc nunciare: quod quom illis placuisset per omnia illa loca diligentius ductum fuisse. Hæc Plato. Plutarchus autẽ in primo de anima hæc narrat. Enarchus inq̃t nuꝑ ægrotãs tanq̃ iã mortuus a medicis fuit relictus: & breui tẽpore in se ipsũ postea reductus dicebat se mortuum fuisse: & in corpus iterum restitutũ nec me ægrotatione morituꝝ: reprehẽsosq; aiebat uehemẽ-ter a dñõ suo eos spiritus qui animã eius duxerunt: ad Nicandã enim missos: nõ ad illũ fuisse. Nicandas aũt coriarius erat: & ĩ palæstris nõ

iris armenius resurrexit.

Enarcus resurrexit mortuus.

ignobilis: qui eo tempore: quo Enarchus reuixit in maximas incidit febres: ac repēte mortuus est: hic aūt uiuit: superstesq; ē fœlicissime nobiscum manens. Hæc ideo posui quia scriptura etiam hebræorum non nullos reuixisse uerissime narrat.

Erum quoniam in repromissionibus scripturæ solis piis terram quandā reseruari fertur secundū illud. Mites aūt hæreditabūt terrā: hæc uero cælestis ē q̄ ꝓpheta ex pretiosis lapidibus allegorice constare significat dicens. Ecce præparo ego tibi carbonem lapideū: & ponā pinacula tibi ex iaspide: & fundamēta ex Saphiro: & circuitū tuū ex lapidibus electis. Considera quomodo ipse quoq; Plato similia in libro de anima ex persona Socratis scribit. Glauci artificiū inquit non posset exponere quæcunq; ibi sunt ego autem etiam si possem O Simia uita tamen mihi nō sufficit: nihil tamen probibet formā illius terræ ut mihi quod uidet̄ breuiter explicare satis hoc est Simias inq̄t Credo igit̄ Socrates addidit quoniā est in medio cælo rotundo: nihil sibi opus esse ne cadat: nec aere: nec ulla re alia. Deinde maximā rem quandam esse: nec huic similem: in qua tanq̄ in sterquilinio formicas: aut in palude ranas homines uideo habitare. Et post pauca ipsā uero terram mundā in cælo mundo ubi stellæ sunt positam esse credo. Et progressus si natura inquit humana illa posset superiora perspicere cognosceret ibi esse uerum cælum: uerā lucem: & uerā terram: hæc enī terra: & isti lapides: & omnia quæ hic sūt corrupta exesaq; sunt: quēadmodū ea quæ prope mare sūt a salsedine maris. Et post pauca. Dignā rem auditu dicerē inq̄t si fabulā audire uelletis. Nos aūt inq̄t Simias libēter audiemus. Dicit̄ ergo Socrates inq̄t talē illam terram esse si quis totam ab alto prospiceret qualis esset duodecim coloribus exornata sphæra: quoꝝ isti colores q̄bus scriptores abutunt̄ q̄si fæces sunt. Ibi autē uniuersā illam terrā a fulgentioribus & melioribus esse depictam: atq; aliam partē eius cæruleam: aliam auream: aliā albam multo albiorem niue: & ex aliis coloribus alias mirabili pulchritudīe coloratas: & ultra quā oculus hominis perspexerit. In tanta igit̄ taliq; terra ꝓportionabiles arbores nascūt̄ flores & fructus ꝓportionabiliter gerētes montes quoq; collesq; sunt & lapides in simili ꝓportione: quorū quasi particulæ isti lapides sunt. Sardius dico iaspis smaragdus & similes: q̄bus multo meliores illi sūt. Nihil enī boni ē q̄d ibi nō sit.

Vom etiam scriptura iudicium postq̃ hinc aberimus animarũ futurũ dictitet: & per alia multa: & per hoc nõ minus. Iudiciũ ĩnqt sedit: fluuius ignis coram eo fluebat: mille milia ministrabant ei: & decies centena milia assistebant ei. Audi etiam Platonẽ de iudicio dicentẽ. Et fluuii Noe utẽtem: multasq; piorũ mansiones: & diuersa impiorum supplicia nõ aliter fere q̃ hebræorum scriptura narrãtes. Scribit enĩ in libro de anima sic. Tertius amnis in medio istorũ exit: & iuxta hostium in latissimum incidit locum igni ardẽtem: ubi facit paludem mari multo maiorẽ aqua & limo ebulientẽ: ac inde turbidus atq; limosus terram circumamplexus prope paludem Acherusiadẽ defluit: nec ipsi pmixtus: sed crebris sub terrã uorticibus circũuolutus infra tartarũ exit: hic ẽ amnis: quẽ pyriphlegethonta nominant. Ex opposito huius stygæus est quartus amnis: a quo paludem stygem nomine fieri creditur. In hunc fluuium qui incidit grauiter in aqua tortus fertur circũuolutus pyriphlegethonti oppositus: tãdẽq; ꝓpe Acherusiam paludem ex opposito uenit: nec etiam huius aqua cupiã miscet: sed circũlata ĩ tartarũ tandẽ exit ĩ oppositũ pyriphlegethõti hũc poetæ cocytum appellãt: hæc quom ita se habeãt: quom defũcti ad eum locum deuenerint quo deportantur primũ diiudicant quam iuste: & quinã cõtra uixerint: & si qui uidebunt medio quodãmodo uixisse in uehicula scandunt sua: & per acheronta ĩ paludẽ deferunt ubi graui supplicio depurgant: & postea liberati honores cõsequunt secundum benefactorum suorum dignitatem. Qui autem uidebunt propter magnitudinem peccatorum curari nõ posse: intartarũ omẽs deiecti nunq̃ inde possunt exire. Qui uero curabiles sunt q̃uis maxime peccarint utputa si cõtra patrem & matrẽ ex ira aliquid fecerint: & postea poenitudinẽ habuerũt uel homicidio: uel alio quodã facinore cõtaminati hos in tartarũ deuenire necesse est: & ãnuo torti tẽporis spacio eiiciuntur ab unda: homicidæ quidem in cocytum: patris aũt & matris uiolatores in pyriphlegethonta: quomq; ad Acherusiadem fuerint paludem clamantes uocant: alii quos uituperarunt alii quos occiderunt: quomque uocarint rogant & supplicant ut in paludem suscipiant. Et si exorauerint exeunt & liberantur a malis. Sin uero nõ exorauerint rursus in tartarũ ferunt: ac inde iterũ ĩ fluuios: nec prius cessãt: q̃ exorauerint quos læserũt: hæc enĩ ultio a iudicibus imponit. Qui aũt sanctitate uiuẽdi excelluisse uidebunt: hi sunt q ab ista terra quasi a uinculis liberantur: horum qui se philosophia purgarunt sine

labore in sẽpiternũ uiuunt: & habitationes pulcherrimas cõsequunt: q̃s nec uerbis exprimere possibile: nec si possẽ tẽpus sufficeret. Hoꝝ igitur gratia o Simia cunctis uiribus uirtutis curã oportet in hac uita gerere: optimũ enĩ propositũ ẽ: & spes maxima. Hæc Plato. Quod autẽ dixit nõ esse possibile uerbis pulchritudinẽ illarum habitationũ exprimere: non ne simile illi nostro est? Non uidit oculus: nec auris audiuit: nec in cor homĩs ascendit: quæ præpauit deus amãtibus eũ. Habitationes aũt multas dicit: & nos multas eẽ apud patrẽ mãsiones didicimus: pyriphlegethonta uero ignem æternum esse qs dubitauit? Hebræorũ enim propheta similiter clamat: quis nunciabit uobis q̃a ignis ardet? quis nunciabit uobis locũ æternũ? Et rursus: uermis eorũ nõ morietur: & ignis nõ extinguetur. Plato quoq; intartarũ deiectos impios nõ exituros inde asseruit: & pios in beatis locis in sempiternũ uicturos affirmat: quod uero addit sine labore. Non ne illi simile est: unde abest dolor mœror & gemitus? Quod autẽ dixit nõ simpliciter: sed quom in uehicula cõscenderint sua in acheronta amnem depelli: quænã alia uehicula denotare potest q̃ corpora: quibus assũptis una cum eis secundum hebræorum scripturas uitæ retributio fit.

ER.VM. Quoniam hoc uolumen satis iam creuit ad duodecimum librum trãsgressi quæ restant ad ostendendã platonicam philosophiam ab hebræis defluxisse conscribemus: ut multi uideant nõ nobis solum: uerum etiam Platoni iam pridẽ scripturã hebræorum placuisse.

Enset igit̃ sine dubitatiõe aliqua leges sequẽdas esse hoc modo scribens in primo de legibus. Si quis recte laconũ aut cretensiũ leges reprehendere possit aliqua quæstio est. Ego autẽ iudico optimã esse legẽ: quæ iubet ne qs iuuenũ cogitari. Senex aũt si qs dubitauerit principibus aut æqualibus referat nemine iuuenum audiẽte. Non ne igitur multo ante Platonem diuinæ litteræ fidẽ cæteris proposuere uirtutibus. Vnde apud nos quoq; ĩcipiẽtibus ac ĩperfectiõibus quasi secundũ animum infantibus simplicius scripturæ legũtur. Credẽdũ

enim omnibus est omīa quæ in ea feruntur sicuti dei uerba uerissima esse. Illis autem qui ad maiorem iam habitum scripturarū pueneront altiora petere: ac rationem singulorū quærere conceditur: hos iudæi quasi scripturarum expositores secundarios appellare solebāt: poetā deinde Plato ait Theognim ex megara Siciliæ testem habemus: q ait fidelem uirum omni argento atq; auro in seditione meliorem. Nemo enī integer atq; fidelis sine omni uirtutis numero in seditionibus esse potest. Quorsum hæc? quia legis latorem qui a Ioue missus ē ita leges cōscribere oportere censemus ut ad maximā semp uirtutū respiciat: quam theognim secuti fidem quæ maxime in periculis lucet esse arbitramur: eam nō iniuria perfectam iustitiā nominare possumus. Ita Plato nō irrationalē fidem: sed eā quæ uirtuti cōiuncta ē cōprobare uidetur: quod Saluator noster breuius aptius ac diuinius posuit. Euge inquit serue bone atq; fidelis. Et rursus: qs ergo erit fidelis & prudēs paterfamilias: prudentiam enim & magnanimitatem fidei cōiunxit. Præterea Plato aliquantulum progressus. Certe inquit defunctorū animæ uirtutem quandā habent: qua uel post mortem rebus humanis auxiliantur. Vera enim hæc opinio est: sed nisi prolixis rationibus probari nō potest. Credere autem oportet huiusmodi sermonibus: quoniā apriscis ualde uiris traditi sunt. Credēdum ergo est etiā illis: q ita hæc se habere legibus cōfirmāt. Sic certe de Hieremia traditū fuisse iudæi contendunt. Et machabæorum liber rettulit uisū ipsum fuisse post mortem orare propopulo.

Rimum deinde inquit pueris fabulas tradimus. Fabula uero ē ut breuiter dixerim falsum quiddam q̄uis & uerum esse possit. Fabulis aūt prius q̄ gymnasiis pueri exercēdi sunt. Hæc Plato. Iudæi autē re ipsa scripturæ historiā simpliciter quasi fabulas adolescētulis tradere solēt. Quomq; nō magis ætate q̄ habitu scripturarū creuerīt altiora & latentia dogmata per secundarios docent. Maximū deinde ait Plato in omni opere principiū est præsertim in iuuene atq; tenero Tunc enim præcipue animus formatur: & quicquid dixeris facilius ingressū insidet. Quare nō quascunq; fabulas: sed probatas ac utiles a matribus atq; nutricibus tenellis puellis infundant: quas iā adultos prouectosq; retinere nō erit inutile. Hæc multo ante Platonē iudæi obseruabāt. Qui enim sancti spiritus gratia discernere de spiritibus poterāt dicta & scripta diligēter examinabāt: & quæ aliena uidebāt

a ueritate sicut pseudo prophetarũ libri reprobant. Scripturæ quoq; ut diximus historiam parentes & nutrices tenellis pueris infundere solebant ut eis facilius quom iuri essent uterentur.

Lato autẽ in Gorgia audi sermonẽ inquit quem tu fabulosum dices: ego uero uerissimũ arbitror. Et post pauca: q iuste sãcteq; uixit eũ postq̃ mortuus fuit in beatorum insulas profectũ absq; ullo incõmodo sũma in beatitudine uiuere. Qui uero iniuste atq; impie: eũ in atrocissima proficisci suplicia: quæ tartaꝝ appellãt. Et post pauca Nudi autẽ mortui iudicantur: & iudex ipse nudus ẽ: quia defunctus: & animo animũ perspicit ab omnibus derelictũ cognatis ac cæteris: quæ hic habebat ut iustũ iudiciũ sit. Et subiicit. Hæc sũt o callicules quæ ipse audiui: & uera esse apprime credo. Ex his autẽ sermonibus tale quid ipse mecum ratiocinari soleo nihil aliud mors mihi uidetur q̃ corporis atq; animæ dissolutio: quæ postq̃ disiuncta fuerint retinet utrumq; habitum suum: quem homine uiuo habuerat. Nam corpus si magnum erat uiuo homine & mortuo quoq; magnum: & si pingue pĩgue quoq; postq̃ aĩa decesserit aliquo tẽpore manet: & si cicatrices uulnerum habebat uiuens: aut ossa quædã fracta uel membra trunca eodem modo profecto se habet post mortẽ antea q̃ omnino corrũpat. Similiter & in anima postq̃ denudata corpore fuerit: habitus omẽs in quibus se exercuit passiones & studia inesse perspiciunt. Quom igit ad iudicẽ anima puenerit ueluti ad Rhadamanthũ asiaticũ: cõfestim iudex etiã si regis magni anima esset ĩ ea pspicit uulnera & cicatrices iniuriarũ: quas singulæ operationes animæ ĩpresserũt. Videt tortuosa omnia falsitate atq; superbia: cognoscit nihil ibi esse rectum propter licentiã: delitias: contumelias: incontinentiãq; in uiuendo cernit omĩ turpitudine animã eẽ repletã. Quare recte ad carcerẽ tartari ĩmittit ubi suppliciis torquet ut aut ipsi purgati meliores fiant: aut exemplo suo alii moniti formidine cruciatus a peccando deterreant. Purgant autem quicunq; curabiliter peccarunt doloribus & hic uiui: & apud inferos mortui. Non enĩ aliter possibile est impressas uitiorũ detergi maculas. Qui uero maxĩe ĩiuriati sũt ac ĩcurabiliter peccarũt: nulla his unq̃ utilitas accidere potest qa incurabiles sunt: sed alii exẽplo suo iuuãtur: ex qbus ego archelaũ fore & similes ei tyrannos nõ dubito. Reges enĩ ꝑpter peccãdi licentiã oẽs pene scelestissimi sunt: Testis est Homerus q reges atq; tyrãnos apud ĩferos in sẽpiternũ cruciari

asserit: Tantalum: Sisyphum: Tityum: Thersiten: aliosq; consimiles: priuatos autē homines nullus unq̄ scripsit perpetuis tanq̄ incurabiles apud īferos cruciatibus detineri. Quare foeliciores certe sūt priuati principibus: nec tamen prohibet aliquem bonum uirū pricipē esse: sed quom arduū atq; difficile sit in magna peccandi licentia se ipsū continere magna laude dignū est o callicules: pauci tamē inueniunt. Vnus uero de his qui potētiā habuerunt Aristides lysimachi uirtute præclarus fuit: ut ergo diximus atrocissimas uitiorū ferētes in anima cicatrices a iudice in poenas mittunt. Quam autē ab omni cicatrice peccatorꝝ detersā uidebit animā: nec quæ sit: nec unde fuerit quærēs admiratus ad beatorū insulas misit. Hæc eadē etiā Aeacus baculum habens sicut & Rhadamanthus iudicat. Minos autē aureū sceptrū tenens solus sedet utriusq; iudiciū cōsiderans. Ego igitur o callicules has rationes uerissimas esse credens nihil aliud considero: q̄ quomodo mundissimo animo ad iuuicem accedam: ac ideo neglectis humanis honoribus conabar recte uiuēdo q̄optimus fieri. Obsecro aūt cæteros oēs: & te ipsū ad hunc calcem uirtutis curriculo tēdere. Turpissimū enī est tibi ipsi ī illo iudicio nullo modo prodesse poteris. Hæc forsā fabulose tibi quasi ab anu quadam dici uidentur ac ideo spernis. Nō esset autem mirum hæc a te sperni si diligenter quærentes meliora erioraq; istis inuenire possemus. Nunc uero quom sitis tres græcorꝝ omniū sapientissimi tu: & polus: & Gorgias nō poteritis tamen uere dicere ꝙ oporteat alia quadam nos uita q̄ ista uiuere: quæ illic etiam plurimum conducit. Omnia enim alia facile redarguunt. Hic uero sermo firmus atq; stabilis sēp manet. Quare cauere magis debes ne lædas: q̄ ut lædaris. Omnes enī studere debent nō ut boni uideantur. sed ut & publice & priuatim boni sint. Plato igit̄ Aeacum: Minoem Rhadamanthū defunctorꝝ iudices constituit. Diuina uero scriptura ipsi deo iudicium attribuit: qui singulis secūdū opera sua redditurus meritum est.

Aueas Plato īquit ne rudibus hæc hominibus cōmittas. Hi enī nihil magis q̄ has utilissimas narrationes derident: quēadmodū e cōtra ingeniosi ac sapientes nihil magis admirātur. Quare quom eis sæpius hæc narrant crebro audiēdo uix tandē ut aurū multo labore purgantur. Sic & diuina scriptura res mysticas ad multos efferēdas ꝓhibet: apud quā primus Moyses scribit recusasse ꝓfecturū. Alium

enim inquit suplicio domine qui hoc onus fere possit mittere uelis. Saul etiã occultasse se dicitur ne regnũ susciperet. Hieremias quoq recusasse fert: & plato similiter cõsulit dicẽs. ꝑpterea o thrasymache ut modo dicebã nemo sponte ad gubernandã rempublicã accurret.

D hæc quom hebræoꝝ ꝓphetæ contumelias oẽs atq pericula subeunda propter uirtutẽ & ueritatẽ cõclament consentanea. Plato in secundo de republica scripsit. Non ut uideat̃ inquit iustus generosus uir qui iustitiã colit: sed ut sit. Si enim quia iustus uideatur honores quispiam nanciscitur incertum fit utrum propter uirtutem an ꝓpter honores iustitiam sequit̃. Sed figuramus ut quom neminẽ unq̃ læserit iniustus uideat̃. Si ergo sic affectus nullo periculo: nullo cruciatu a uirtute remouet̃: tũc uere iustus atq generosus est. Hæc Plato uerbis quæ re ipsa iusti uiri apud iudæos comprobarũt: q̃ tanq̃ iniqui: alii lapidibus: alii gladio: alii alio modo necati sunt. Caprarum atq ouiũ pellibus induti rebus pene oĩbus egentes indisertis errantes in montibus & speluncis & terræ cauernis. Apostoli etiam Saluatoris nostri maxima pietate & iustitia uiuentes malefici multis uidebãtur. Quare spectaculũ facti sunt mundo & angelis & homĩbus esuriẽtes sitiẽtes nuditate ac uerberibus laborãtes ut ait apostulus. Sed iniuriã ut ipse addit passi benedicebant: persecutiones magno ferebãt anĩo: turpi affecti fama afficiẽtes ad uirtutẽ exhortabãt̃: & quasi q̃squiliæ orbis reputati gaudebãt: & usq ad hæc tempora generosi martyres ubiq terraꝝ nõ ut uideãt̃: sed ut sit pii atq iusti multa plura maioraq q̃ Plato uerbis expressit re ipsa patiuntur: uincti uerberibus: afflicti tormẽtis: atq eculeis cruciati. Et demũ post multos diuersosq dolores crudelissimo genere aliquo mortis consumpti. Quibus similem apud gentiles aliquẽ nũq̃ ĩuenies: ut nõ ĩiuria de iudæis nostrisq præclaris uiris: q̃ pietate ac uera iustitia ꝓfulserũt Plato illa ꝓscripsisse uideat̃.

Vom Moyses ineffabili quadam ratione in prĩcipio creationis mundi paradisũ quendã a deo plantatum dixerit: hominemq ibi a serpente ꝑ mulierẽ deceptũ narrauerit: aperte Plato cõmutatis nominibus ĩ symposio allegorice similia posuit. Pro paradiso enĩ dei hortos Iouis appellauit: pro serpente deceptioneq ipsius pauptatem insidiantem posuit. Pro uiro autem primo: quem dei consilium atq prouidentia quasi nuperrime natũ filiũ produxit cõsilii filiũ Porum

nomine posuit. Quomq Moyses in ipsa constitutione mundi factum hoc dixerit: quom Venus facta eēt id accidisse Plato narrauit uenerē allegorice propter pulchritudinem mundū appellās. Sed uerba eius hæc sūt: Quom inqt facta esset Venus & alii dii & cōsilii filius Porus in conuiuiū cōuenerunt: & post cœnā inopia tanq mendica ad ianuā domus ubi cōuiuebant accessit. Porus autē nectare superatus (nōdū enī uini usus inuētus erat) ī hortos Iouis īgressus grauiter dormiebat Inopia uero propter indigentiā ad insidiandū parata ut ab eo liberos susciperet apud eū accubuit: & hoc dolo cupidinē a Poro concepit: his Plato allegorice illa mosayca uoluit significare.

Ræterea Moyse dicēte Adæ autē nō inueniebatur coadiutor similis eius. Immisit ergo deus soporem in Adam. Quomq obdormisset tulit unā de costis eius: & repleuit carnē p ea: & ædificauit deus costam quam tulerat de Adam ī mulierē. Quom nō ītellexerit Plato quo sensu id dictum est: quia tamen mosayca omnia fuerat admiratus uoluit omnino præterire. Itaq Aristophani comœdo: q etiā rebus honestis illudere solebat orationē in Symposio attribuit dicēs: oportet primum uos naturā humanā: & passiones ipsius prædiscere. Prisca enim nostra natura alia erat q nunc est. Non enī duo genera hominum ut modo: sed tria fuerūt. Ad masculum enī atq fœminam tertium etiam aderat utrisq commune: cuius rei nomen solūmodo relictum est. Res uero penitus periit. Nam Androgynū tūc re ipsa & nomine ex utrisq mare scilicet atq fœmina constabat. Istis quom aliquantulū ut Aristophanes solebat illuserit subiungit dicens: Hæc Iuppiter dixit: & incidebat homīes medios: & Apollini iussit partes incisorum ita coniungere: ut facies ad cæsuram uerteretur.

Vom Moyses primam hominum uitam ī paradiso dei nulla re indigētem quasi diuinā asserat: omniaq sponte a terra pducta nudosq fuisse confirmet. Audi quemadmodum ea ipsa Plato græce conscripsit. Deus inquit pascebat eos sicuti nunc homines non nulla animaliū genera nulla tūc erat respublica: nec liberorū procreatio. A terra enī homines emergebant: & hæc oīa: quæ modo sūt habētes magna optimorum copia fructuum facillime atq optime uiuebant: quos nō culta: sed spōte terra edebat: nudi sine aliqua erāt molestia: uicissitudines enim temporum summa temperie connectabantur.

Rudentiorē omībus bestiis terræ serpentē fuisse: & sermonē eius uicissim cum muliere habitum Moyses scribit: quam rem quomodo Plato narrauit nō est alienū audire. Qui saturni tēporibus erant inquit tanta uirtute pollebant: ut nō cū hominibus solū: uerū etiam bestiis oratione uti possent. Sed non ad philosophiam & inter se & cum bestiis hac uirtute utebanť diligēter scrutātes de sīgulorū natura ad accumulationē prudentiæ. Sed cibo atq; potui tāq̄ eluones continue inhærentes fabulas secū & cū bestiis tales cōferebāt: quales modo de ipsis narrantur.

Oyses in scribēdis legibus ātiqtate magna ꝑ exordio usus uitas hominū & diluuiū narrat: & uirtutes atq; delicta nobilissimoꝝ uirorum: qui post diluuium fuerant diligenter exponit. Nā ꝑutilem hanc historiam legibus futuram iudicauit: hunc scribendi modū in legibus Plato imitatus est: his primordiis enim legum antiqtate utiť & diluuii mētione facta uitam etiā quæ post diluuiū fuerat explicare nō renuit. An inqt igitur prisci sermones ueri nobis uidenť? qui nā? multis pestibus atq; diluuiis homines ita periisse ut paucissimi relicti sint? Valde inq̄ hoc uerisimile cūctis uideť. Intelligendū est igiť eos: qui nunc effugerūt montanos quosdam fuisse in cacuminibus altissimorum montium habitantes: a quibus postea homines multiplicati sunt. Quare necesse fuerat artiū disciplinæq; ciuilis imperitos fuisse ac ab omni ambitione habendiq; cupiditate cæterisque uitiis: quæ in ciuitatibus maxīe sunt liberos: his talibusq; latius narratis uitas hoīm qui post diluuium fuerunt exposuit. Deinde ad græcorū antiquitatē descēdit: ut ad hebræorū Moyses. Eorū igitur meminit: q præclara facinora in troia fecerunt: disciplinam lacedæmoniorum ciuilem nō prætermittit. Persarum quoq; uitas tam eorum qui recte q̄ eorum q per peram uixerant nobilissimorū tetigit. Et post historiā huiusmodi legum positionem aggressus est: adeo etiam in his Moysi doctrinam admiratus est.

Vom Moyses uniuersas leges suas disciplināq; uiuēdi a pietate ī deū depēdere uoluerit: ac ideo a creatore oīm initiū liberoꝝ suorum fecerit: & res humanas a diuinis dependere docuerit: ipsasq; diuinas ad deū creatorē omniū rettulerit: operæpreciū ē cōsiderare:

quomodo Plato eũ diligentiſſime ſequẽs cretenſiũ ac lacedæmonioꝝ leges ĩcuſat. Moſaycã uero legẽ aperte probat ſic ĩ primo de legibus dicens. Cretenſiũ leges omnibus græcis nõ maxĩe conferunt. Ita enĩ recte poſitæ ſunt ut utentes eis quom omnia bona inde conſequãtur foelices ſint. Dupliciter autem bona dicuntur: alia enĩ humana ſũt: alia diuina: dependẽt aũt a diuinis humana. Diuinis igĩt quæ maiora ſunt ſuſceptis minora etiã poſſidentur. Illis autẽ ſpretis utriſqꝫ ciuitas priuatur. Minorum uero primũ eſt ſanitas: deĩde pulchritudo tertio uires ad curſũ: & ad alios corpis motus: quarto diuitiæ quæ nõ cæcæ ſunt ut uulgo dicitur ſi prudẽtiam ſequũtur: quæ quidem prudẽtia diuinarum rerum prima eſt: deinde ratione habita moderatio ex his duobus fortitudĩe adhibita iuſtitia tertio emergit: q̃rta & fortitudo quæ omĩa natura rebus humanis anteponũt. Quare oportet ut legis lator hunc ordinem ſequatur: deinde mandandũ ciuibus ut ad hæc reſpiciẽtes operenť. Humana enĩ ad diuina. Diuina uero ad prĩcipẽ intellectũ referẽda ſũt. Et poſt pauca. Oĩbus iſtis legis lator cuſtodes præficiet eos qui prudẽtia & uera laude gaudẽt: ut ĩtellectus hæc oĩa moderationi atqꝫ iuſtitiæ coniuncta: nõ autem diuitias aut ambitionẽ ſequatur. Quæ omĩa in legibus Iouis & Apollinis pythii: quas Minos & Lycurgus compoſuerũt ineſſe uidebitis. Patent enĩ his q artificio & exercitatiõe legũ peritiã habẽt. Cæteris uero nullo pacto Moyſes quoqꝫ multo prius a diuina doctrina facto principio: & uiuendi diſciplina ad illam relata omnibus principes atqꝫ cuſtodes dei ſacerdotes præfecit uiros ſcilicet iuſtos prudentiæ ac ueræ laudis amatores.

Onſulo igitur ut ab ineunte pueritia inqt ludẽdo atqꝫ ſtudẽdo rebus tamẽ ſemp congruẽter has res pueri percipiãt. Hoc enĩ modo in bonos uiros euadẽt. Si enĩ agricolã quẽdam aut ædificatorẽ probum fore deſideramus eũ ĩ tenera ætate ludentẽ pueriles quaſdã domos ædificare uidebimus aut inſtrumenta quædam agriculturæ fabricare: quæ q̃uis inutilia ſint: ad imitationẽ tamen utiliũ ueroruqꝫ inſtrumentorum nõ parum conferunt. In omnibus enĩ etiam ludẽdo conari debemus ut puerorum ſtudia & cupiditates eo uertamus: quo ipſos peruenire deſideramus. Caput aũt doctrinæ infantiũ alimentũ eſt: quod ludentium animum ad expetendum illud abducet: quo in uirili ætate ipſos uti decreuimus: multo breuius hoc Moyſes atque dilucidius. Et erunt uerba hæc inquit: quæ ipſe tibi hodie præcipio ĩ

corde tuo & in anima tua: & propones ea filiis tuis quod ex prisca cō suetudine ad hodiernū usq; diē diligēter iudaei cōseruant. In secundo autē legum disciplinā inquit appello uirtutem: quae puerorū aīmos continere potest. Voluptas enim & dolor: amor & odiū q̄ recte fieri potest anteq̄ ratione moueant in animos eorū fluūt: ut facilius quom ad ratiocinandum peruenerint conuenienter rationi omnia peragāt quorum conuenientia uirtus perfecta est. Assuescāt ergo a pueritia dolore ac uoluptate recte moueri ut a prīcipio usq; ad extremū uitae oderīt quae odisse oportet: & ament quae amāda sunt. Sed multo āte Dauid quae odio insequēda: & quae amāda sunt iuuenibus: & ꝑfectis similiter declarauit dicēs. Venite filii audite me: timorē dnī docebo uos. Quis est homo qui uult uitam: diligit dies uidere bonos. Probibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolū. Diuerte a malo & fac bonum: inquire pacem & sequere eam. Et Salomon audite filii inquit disciplinam patris: legem meam nolite obliuisci: & rursus uiā impiorū nō ingrediaris. Innumerabilia huiusmodi facile in scriptura inuenies: q̄bus adolescētes atq; prouecti simul ad pietatē exhortant.

Iuinis oraculis Moysi dictum est: facies omnia secundū figurā quae tibi mōstrata in mōte ē. Id apostulus latius exposuit dicēs. Vmbram exemplumq; caelestium legalē cultum fuisse. Apertissime nanq; mosayca uniuersa tanq; umbrae ac symbola caelestiū sūt. Nunc uero audi quemadmodum Plato in sexto de republica hunc locum imitatus est. Deo inq̄t & mundo uerus philosophus loquens mundus atq; diuinus quantū potest efficietur. Si ergo necesse fuerit quae ibi uidet in moribus hominū & priuatim & publice ponere: ut nō modo se ipsum: uerū etiā alios ꝑ illa confirmet: putasne modestiae: iustitiae: & omnino uniuersae uirtutis improbū magistrū futurū? Minime inq̄. Sed multi uidelicet parum nobis credunt dicentibus nō aliter posse foelicē ciuitatē fieri nisi pictores illi eam depingāt: qui diuino exēplari ad pingendum utuntur: immo credent inquit. Sed quid est modus picturae? Quasi tabula in quā ciuitas & mores hominum primū quod omnium difficilimum est mundi puriq; faciundi sunt: nō enim prius scribendae sunt leges q̄ mundam feceris ciuitatem. Deinde formula disciplinae scribenda de pingendaq; est.

Das etiã canendas putat sic dicens. Ter iam & quater dictũ ẽ disciplinam esse puerorũ educationem: quæ ad rectã legalemq́ uitam perducat. Vt igitur pueri animus legẽ ita sequatur ut una cũ ea gaudeat atq́ doleat odas ꝑdiscant: crebroq́ canticẽt: q̃bus laudes atq́ uituperationes earum rerum contineantur: quas lex laudat: aut uituperat. Quoniã enĩ teneriores anni rationẽ uirtutis nõ suscipiunt: ludo atq́ cantu præparantur. Iure igitur apud nos prophetarũ odæ a pueris addiscuntur.

Oetæ inquit Plato cogendi sunt carminibus dicere bonũ q̃dẽ modestũ iustumq́ uirum foelicem esse atq́ beatũ: siue magnus: siue paruus sit: & siue diues: siue pauper. Si uero iniustus esset etiam si ditior esset q̃ Cyniras aut Midas miserrimũ omniũ esse. Dicãt igiť poetæ neminem esse uirum appellandum: qui non omnia quæ uulgo bona dicũť iuste acquirat atq́ disponat: q̃uis hæc bona nõ recte bona dicunť. Sanitas enĩ primo: deinde forma: tertio uires: quarto diuitiæ numeranť. Innumerabilia huiusmodi cætera sũt. Nã & acute cernere atq́ audire: aliisq́ sensibus integre uti bona uidenť. Et ad hæc omnia posse facere quæ cupias: & demũ immortalitas quom ipsorũ omniũ possessione. Ego autem assero iustis sanctisq́ uiris hæc optima esse: iniustis aũt pessima. Sanum enim esse acute cernere: & omnino facile sentire: ac immortaliter uiuere absq́ uirtute pessima sũt. Talia ergo Rhythimo ac numero a poetis composita adolescẽtes ꝑdiscant. Ego enim dicere nõ dubito ea quæ mala uulgo dicuntur iniustis bona eẽ: iustis mala. Quæ uero bona uidentur bona uere bonis sunt: malis aũt mala. Hæc multo ante odis Dauid sancti spiritus gratia commonitus cõscripsit: docuitq́ q̃s uere beatus ẽ: & q̃s beato cõtrarius. Psalteriũ enĩ suũ incipiens inquit. Beatus uir qui nõ abiit in consilio impiorꝝ & cætera. Vnde Plato admonitus poetis dicendum esse ait bonos uiros beatos eẽ. Diuites autẽ si mali sint miseros esse: quod ipse Dauid sic in psalmis edidit. Diuitiæ si fluũt nolite cor apponere. Cætera quoque omnia: quæ hic philosophus dicit ad uerbũ fere in sacro psalmorum uolumine scripta inuenies.

Ddit deinde Plato dei aut uiri diuini opus esse recte rhythimo atq́ carminibus uti: quare diligẽter hac de re leges ponẽdas eẽ cẽset: quibus ad uirtutem uniuersa musica respicere cogať. Hoc ille

uerbis:re autē ipſa iudæi cogebant nō alios hymnos & odas ſuſcipere q̄ eas quæ a ſpiritu ſancto per prophetas eſſēt compoſitæ. Concedo deinde Plato quod uulgo dicitur uoluptate muſicam diiudicari. Sed illam eſſe optimam muſicam quæ optimos & doctos uiros delectat ac maxime illū q uirtute cæteris præſtet. Virtute igi͂t opus ē iudicibus & præſertim fortitudine atq; prudentia. Neq; enī theatri plauſu aut propter ignorantiā aut ꝑpter formidinē duci debent. Apud iudæos etiam priſcis temporibus diuinorum cātuum iudiciū nō multitudini tradebatur. Sed erāt aliqui q̄uis pauciſſimi diuino ſpiritu hæc iudicā/tes quibus ſolummodo licebat prophetarum liberos cōſecrare ut ita dicam ac comprobare: ea uero quæ aliena a ſpiritu ſancto uiderētur improbare atq; reiicere.

Arthaginenſium inquit legem magis q̄ lacedæmoniorum atq; cretēſium laudo ut nunq̄ ī caſtris quiſq̄ uinū guſtare gaudeat: ſed toto militiæ tempore aquæ uſū cōprobari. In ciuitate aūt ſeruis nunq̄ uini uſus concedendus eſt: nec magiſtratus tēpore quo rēpub. gubernāt uino utantur: nec gubernatores: nec iudices: nec q delibe/raturus in conſilium uocatus eſt: nec ullo modo in die niſi ualitudinis gratia nec nocte eos tā uiros q̄ fœminas: q liberis dare opā ſtatuerūt: leuiores enim homines uini uſi fiunt: & animæ calefactæ tanq̄ ferrū ignitū molliores reddūt. Hæc multo āte Moyſes cōſtituit. Sacerdo/tes enī iubet ſacrificandi tēpore a uino abſtinere. Locutus ē enī inq̄t dominus ad Aaron dicens. Vinum & ſiceram nō bibetis tu & filii tui tecum: quando in teſtimonii tabernaculum ingredimini: aut quādo ad altare acceditis ne moriamī: & lege hoc ī æternū in generationes ueſtras firmatum ſit: uotum etiā uouētibus ſimiliter præcipit dicens. Vir aut mulier qui uotū facit a uino & ſicera mundus erit: & accetū uini: & accetū ſicere nō bibet. Salomon quoq; magiſtratus & iudices a uino abſtinere iubet. Conſilio inq̄t omnia facias: cōſilio uinū bibe: potentes qui iracundi ſunt uinum nō bibant: ne ſi biberint ſapiētiæ atque laboris obliuiſcantur. Nec ignorabat Plato ſcripta hæc apud barbaros fuiſſe qđ occultius his uerbis denotauit. Siqdē īq̄t dubitāt utrum huiuſcemodi diſciplina ciuilis fuit: aut etiā nūc ē apud aliquos barbaros procul ab oculis noſtris: aut futura unquā ſit parati ſumus ratione oſtēdere factā iā fuiſſe & eſſe ī præſentia: futurāq; eſſe q̄ndo eadē muſa in aliqua ciuitate præualebit nec nos impoſſibilia dicere.

Ecte inquit a nobis dictũ est omnes homines sibi ipsis pugnare neminẽq; esse qui sibi ipsi hostis nõ sit. Quare præcipua optíaq; uictoria est se ipsum uincere: sicut e contra turpissimũ atq; pessimũ a se ipso uinci. Et post pauca unus ẽ unusquisq; nostrũ: sed duos secũ contrarios ac amentes habet consiliarios uoluptatem atque dolorem: quibus opiniones futurorum accedunt: quas cõmuniter spei nomine appellamus: proprie autẽ quæ ante dolorem spes est timor: quæ uero ante uoluptatem confidentia nominat̃. Ad hæc omnia ratio accedit melior aut peior: qua quom quid publice cõstitutũ sit lex nuncupat̃. Deinde hæ passiones ĩquit in nobis quasi nerui aut funes huc & illuc ad cõtrarias opationes attrahũt. Ratio uero uni sẽper rõni oportere constanter inhærere persuadet: quæ quidem ratio aureo quodã fune atq; cõmuni lege uidelicet ciuitatis ĩniti solet. Aliæ aũt duræ aspæq; tanq̃ ferreæ sũt. Hæc ubiq; ferme diuinæ litteræ prædicãt appetitũ rationi pugnare docentes rationemq; optimã esse quæ dei lege ducit̃: uictoriamq; laudatissimã quum huic rationi appetitus subiicitur.

N decimo autẽ legũ necesse est inquit tam uirtutẽ q̃ uitiorum causam esse animam: quod mosayco illi consentaneũ est: si aníа peccarit: & si anima delictum fecerit.

Vom ĩ hebraica scriptura de studioso uereq; philosopho dicat: bonum est uiro si tollat iugum in iuuentute sua sedebitq; solus ac tacebit: quomq; diuini ꝓphetæ ac sublimi philosophia in mõtibus atq; speluncis degerint ad solum deum mentem erigentes. Audias quẽadmodũ etiã Plato hunc uiuendi modũ comprobauit dicẽs. Qui præcipui in philosophia sunt ab adolescentia etiam ipsam uiam quæ in forum abducit ignorãt: nec ubi curia aut cõmunis alius cõueniẽdi locus sit sciũt. Leges aũt & decreta nec scripta uiderũt nec audierũt sodalicia & magistratus: coetus & coenas nec somnio quidẽ uiderunt. Si bene autẽ aliquid aut male a uiris uel mulieribus in ciuitate factum est nõ minus eum fugit q̃ maris harena: quæ omnia ita nescit: ut nec nescire se quidem sciat. Nõ enim hæc fugit ut melior uideat̃: sed ut sit. Quare si etiã corpore in ciuitate sit: mens tamẽ oía hæc cõtemnẽs super terrã uolauit: ut ẽ apud Pyndarũ quomodo id dicis o Socrates inqt quom Thressa quædã Thalẽ cælestia respicientẽ q̃a cogitatione

occupatus in puteum deciderat reprehẽdisse dicatur ꝙ dũ cælestia quæreret quæ ante pedes sunt nõ uideret. Hoc inqt scõma in omnes philosophos dici potest. Vere nanq̃ qui recte philosophatur nõ solũ ignorat qd uicinus faciat: sed pene si homo ẽ aut pecus nõ aĩaduertit Quid sit homo & quid præcipue hominem facere conueniat id uero diligẽtissime quærit: quare o carissime Theodore si quãdo huiusmodi philosophus ĩ iudicio uel alio loco publico loq de rebus istis hominũ cogitur risum omnibus præbet: & in difficultates quoniã inexpertus est quasi in puteum incidit. Proprium enim sibi est neminẽ conuitiis petere: & ĩ laudationibus quom nõ ficte sed uere ac ex animo dicere uideatur: leuis quidam atq̃ ĩ sanus uidetur. Si regẽ enĩ laudari aliquẽ audiuerit agasonem aut bubulcum laudibus efferri arbitratur: quod si mille iugera terræ possidere aliquem audierit: parua hæc ducit qui uniuersũ orbẽ cogitatione complecti consueuit. Valde autẽ etiã illos cõtemnit qui se generosos prædicant: & auos proauos attauosq̃ suos in medium adducunt: amentiam ipsorum ideo spernit quia uniuersũ hominum genus cognoscere nequeunt. Auos enim & progenitores ĩnumerabiles singuli habuimus: quorum alii diuites: alii pauperes: alii reges: serui barbari græciq̃ fuere: ideo ridet qđ in quinq̃ aut uiginti progenitorum genealogia nonnulli gloriẽtur. In omnibus igitur istis uerus philosophus uulgo deridetur. Et modo superbus: modo rerum humanarũ ignarus putatur: & paulo post si omĩbus inquã o Socrates ut mihi persuaderes maior pax & pauciora mala essẽt in hominibus. Non est possibile o Theodore inqt mala omnino ab homĩbus auferri: nõ enĩ apud deos: sed apud mortales necessario & ĩ hoc loco uersanť: q̃obrem toto animo conari debemus hinc illo trãsire. Transitus aũt & fuga terrenorum est imitatio dei q̃tum homini possibile ẽ. Imitať autẽ deũ iustitia sanctitate prudentia. Sed nõ est inqt facile ꝑsuadere multis ita se ista habere: sed nequitiã fugiendam uirtutẽq̃ sequendã putãt: nõ rerũ ipsarum gratia: sed ut bonus uidearis. Hæc inq̃ aniles fabulæ sũt: ueritatem autem altius nos exponamus: deus nullo modo iniustus est: sed q̃maxime iustissimus nec ẽ ei similius aliquid q̃ si quis nostrũ iustissimus fiat: quare dei cognitio sapientia est: & uirtus uera Ignoratio uero ruditas est & nequitia manifesta: quæcunq̃ autẽ alia dicitur sapientia uideť quidẽ sed nõ est. Nam quæ in rebus ciuilibus est onerosa: quæ uero in artibus fabrilis. Quicunq̃ igitur iniuriatur sapiens propter astutiam suam dicendus non est. Ignorat enim quod

minime ignorare oportet quantū iniustitia detrimentū afferre soleat: nō quod ipsi detrimentum putant uulnera uel mortem: quæ patiunt etiam qui nihil ī iuriantur: sed quod effugere iniuriantibus īpossibile. apud scripturā etiam humana uniuersa hæc sapientia stultitia noīat. Scriptum est enim perdam sapientiam sapientum: & ītellectum intelligentiū destruā ubi sapiēs: ubi scriba: ubi cōquisitor huius sæculi. Quod autem qui uere ac secundum deum philosophatur nihil praui sapere debet: Inde discimus quia non ea quæ uidentur: quæ tēporalia sunt: sed ea quæ nō uidentur: quæ æterna sunt cōsiderare iubemur. Nequitiam autem in terris & in hac mortali uita conuolui propheta ostendit dicens. Quia futurū & adulteriū & cædes fusa in terrā sūt: & sanguinem sanguini commiscent. Ad deum autem hinc fugiendū esse Moyses ostendit. Post dominum deum tuum ambulabis: & ipsi ad hærebis. Imitandū quoq deū esse significat dicens. Sancti sitis qa dominus deus nr̄ sanctus ē. De iustitia uero dei Dauid clamat. Iustus dominus iustitiā dilexit. Idem diuitias cōtemnēdas esse docuit dicēs. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere: & rursus noli timere quom diues factus fuerit homo: & quom multiplicata fuerit domus eius: quoniam quom interierit nō sumet cum eo omnia: principatus etiam hominum non multifacere monet quom dicat Nolite confidere in principibus in filiis hominum quibus nō est salus. Exibit spiritus & abibit in terrā suam: in illa die perdentur omnes cogitationes eius.

On autē inqt Plato alienum a grauitate sua legis lator putabit falso aliquid ac fere inepte ad utilitatē iuuenum dicere: maxīe si quod falso dicitur audientes ita trahat ut non ui sed sponte iustitiā uelint suscipere: solidum enī bonum ueritas: sed nō ita facile plerūq persuadet. Innumerabilia huiusmodi uerba sunt in scriptura utputa quādo pœnitere deū: aut dormire: aut irasci: aut aliis ꝑturbationibus ferri scribitur: quæ q̄uis altius interpretata nō procul a ueritate sint: uerba tamen ipsa uel terendo uel ꝑmulcendo nō nihil prosint illis q altiorem uestigare sensum nequeunt.

Ecte in supioribus Plato īqt uiros & mulieres: liberos & seruos: iuuenes & senes sic disciplinā ciuilē dictū ē amplecti oportere: ut nunq̄ cessēt uariis modis atq carminibus quæ diximus decantare. Et in quinto de republica Nihil inquit o Theodore ad gerendā rem

publicam pertinet quod ad mulierem: quia mulier nõ ptineat: aut ad uirũ ptineat quia uir. Sed quom una natura utriusq3 animalis sit: quæ ad uirũ natura hæc ad mulierẽ etiã natura pertinet: est autẽ in oĩbus imbecillior uiro mulier. Vtrũ igiť uiris omnia: mulieribus uero nihil concedemus? nõ recte inq̃. Recte inqt dicis: nam mulier alia medica esse potest: alia musica: alia ad utrumq3 inepta natura: similiter alia bellicosa: alia nõ: alia philosophus: & alia nõ: alia magni animi: & alia pusillanimis: & alia ad custodiendam ciuitatem nata: alia nõ sicuti & uiri: eadẽ enĩ ẽ utriusq3 natura præter q̃ q᷎ altera imbecillis: & altera robusta est: quare similes natura mulieres ad cohabitandum simulq3 rem publicã gerendum uiris dandæ sunt. Decet enĩ ut natura similes potiusq̃ dissimiles conueniãt: hæc re ipsa apud iudæos factitata cognouimus. Docet enim eorum historia nõnullas mulieres uirtute atq3 prudentia ciuitatẽ ab hostibus liberasse. Doctrina quoq3 nostra omẽ genus hominũ tã uirorũ q̃ mulierũ liberorũ simul & seruoꝶ græcoꝶ aliqualiter ac barbaroꝶ paruulorũ ætate ac senũ ĩ hoc diuino uerocq3 philosophandi genere nostro libenter suscipitur.

N parabolis Salomoĩs memoriã iusti laudibus efferri: & nomẽ impiorũ extingui breuiter atq3 cõmode diciť. Similiterq3 dictũ ẽ ne beatũ aliquẽ putes anteq̃ moriať. Audi ergo quomodo hãc ipsã rem latius in septimo de legibus posuit Plato. Quicunq3 inquit ciues præclare laboriosecq3 aut animo aut corpore gesserit: legibusq3 semp obtemperãtes fuerint laudibus post mortẽ efferri oportet: uiuos enĩ laudare anteq̃ e uita exierint ac bonorũ operũ finẽ imposuerit tutũ nõ est: hæc nõ de uiris solum: uerũ etiam de mulieribus ĩtelligendum censeo. Diuitias atq3 paupertatem ne mihi des in parabolis Salomon dixit. Plato quoq3 ĩ tertio de republica. Iã diximus inqt quæ custodes ac magistratus ciuitatis diligenter pellere semper debent: curareq3 ne aditũ in ciuitatẽ habeãt: quæ ista inqt sũt. Diuitiæ inq̃ & pauptas alteræ nanq3 delitias ociũ & factiones afferunt: altera illiberalitatem malignitatẽ & factionẽ. Malignitatẽ uero appello operationẽ ĩfamẽ Moyses ĩ legibus patrẽ atq3 matrẽ scripsit unusquisq3 timeat: & alibi dicitur. Honora patrẽ & matrẽ ut bene tibi fiat: quæ ambo in libro de legibus Plato cõiunxit. Vnusquisq3 inqt nisi mente captus sit: & timet: & honorat parentes. Et rursus seniores re & uerbo unusquisq3 uereãtur: & si ultra .xx. annos excedunt tanquã parentes honoret.

Vom Moyses hebræum hebræo seruire indecens duxerit: & si acciderit septimo anno liberũ emitti iusserit Plato in libris de repub. græcũ græco seruire ꝓhibet: dicẽs nec græcũ seruũ habeas: & cæteris græcis similiter facere cõsulas. Sic enĩ ad barbaros græcia uersa facilius a se ipsa abstinebit. Nemo inqt Plato fines atq̨ termĩos terræ moueat: nec domestici: nec ciuis: nec uicini: putauit enim ita illud intelligẽdũ eẽ nõ trãsgrediaris terminos ãtiquos: quos posuerũt patres tui.

Vicũq̨ aũt inqt fines trãsgressus uicini arauerit agros damnũ restituat: ĩpudẽtiæ autẽ atq̨ illiberalitatis pœnas det: duplũq̨ loco supplicii ei deponat cuius agrum arauit. Patris inqt peccata nõ luant filii: nisi quis mortis supplicium alicui deberet: hoc autẽ nõ ad filiũ aut nepotem solũ: sed usq̨ ad pronepotẽ ꝓcedat: hoc aptissime inde traxit: qui reddit peccata patrũ filiis usq̨ ad tertiã generationẽ in furto quadruplum reddi iussit Moyses: si occiderit aut uendiderit quæ furto ablata fuerunt: sin autẽ quodcunq̨ animal sit uiuũ apud aliquem reperiatur duplũ reddi iubet. Et Plato una ĩqt lex de furto ponatur: duplũ enĩ reddi par est. Si autem reddere nõ habet uĩculis teneatur quousq̨ aut reddat aut aduersario placet. Quom Moyses scripserit nõ esse homicidã eũ qui furẽ in fouea latentẽ interfecerit. Congruẽter Plato dicit nocte furẽ interficere licere. Innocẽs quoq̨ sit inquit qui spoliantem interfecerit. Si uero inquit brutum aliquod animal hominẽ interfecerit: extra urbẽ interficiatᷣ: nisi in certamine id factum sit. Moyses uero si cornu inqt taurus uirum aut fœminam percusserit atq̨ interfecerit: lapidibus interficiatur nec carnes eius comedantᷣ. Dominus aũt eius innocens erit: quõ ꝓphetica scriptura dicat. Ecce dominus Israel filii hominis ꝑmixti omẽs sũt æri: stagno: plumbo: & ferro: in medio camini argentũ ꝑmixtum sunt. Ideo hæc dicit dominus: quoniã facti estis omẽs mixtura una: ideo ego suscipiã uos: sicut suscipitur argentũ: & æs: & ferrũ: & plumbum: & stagnũ in medium camini: ut suffletur in eo ignis & infundantur. Perspice quomodo Plato totũ hunc locũ intellexit: & quasi fabulam exposuit. Audiatis inquit fabulam: omẽs qui in eadem ciuitate uiuimus fratres sumus: sed quom deus nos fingeret aurum cum illis miscuit: qui ad gubernandũ apti sunt: argentum autem cum illis qui armis ciuitatẽ

defendunt: nam & isti honore digni sunt: ferrum autē & æs agricolis & aliis opificibus infundit: haec nōnunq̄ alterū ex altero fiunt. Nascit̄ enim ex auro argentū: & ex argento aurum. Magistratibus igit̄ deus præcipit ut magnam diligentiā habeant: si quis denegauerit ab auro in argentū: aut ex argēto in peiora nullo modo ignoscāt: sed naturæ congruentem reddentes honorē in opifices aut agricolas deducant. Quod si a peioribus argentū aut aurum productum sit: honoret̄ iste: ad conuenientēq; locū argēti aut auri cōscendat: hoc maxime omniū seruandum est. Quom enim ferrū aut æs ad regendū ꝓuenerit: tunc ciuitas destruet: quom ꝓphetica scriptura ad præsules populi dixerit O pastores Israel: an pastores se ipsos pascuntur? nōne oues pascunt̄ pastoribus? Ecce lac deuoratis: pinguem ouem occiditis: uelleribus indumenta conficitis: oues autē meas non pascitis: nec quod perierat quæsiuistis: nec fractū alligastis nec errantē reduxistis. Plato ī primo de republica sic ista interpretatus est. Nūc inqt Thrasymache illud dicendū pastoris esse pinguis q̄ maxime potest pecudes reddere. Tu aūt dicebas nō ad ouium utilitatē: sed ad suā istud sibi esse faciundū: quasi aut apes aut ut maioris uendat oues pasceret. Non eēt autē hoc modo pastor: sed heluo quidā aut auarus. Pastor autē ille est cui nil curæ aliud est q̄ ut optime opus suum faciat: opus aūt suum pascere est. Quare fateri oportet prīcipis quoq; opus esse nō alterius utilitatē cōsiderare q̄ subditi: quom in scriptura feratur a timore tuo domine in utero concepimus & parturiuimus: & peperimus spiritum salutis. Socrates apud Platonem in thetico sic imitatus est. Qui mecū inquit uersantur idem patiunt̄ quod parturiētes. Doloribus enim partus ac dubitatione replent̄: multoq; magis q̄ mulieres parturiētes exagitant̄: quem quidē dolorem partus excitare & sedare ars mea facile potest. Ezechiel scribit & uidi. Ecce uentus turbinis ueniebat ab aqlone: ac paulo post: & ī medio eius similitudo quattuor animaliū: & aspectus eorū similitudo hoīs ī eis & quattuor facies uni. Similitudo aūt uultus eorū facies homīs & facies leonis a dextris ipsorū quattuor: & facies uituli a sinistris ipsorum quattuor: & facies aquilæ a dextris ipsorum quattuor: quæ Plato imitatus sic est. Imaginem inqt animi fingamus talem uidelicet: quales apud priscos naturæ quædam factæ narrant̄: Chimæræ scilicet Scyllæ ac Cerberi: dicunt̄ inqt hæ: finge igit̄ unā quidem idæam uariæ feræ atq; multicapitis: quæ domesticarū capita & siluestrium ferarū habeat. Difficile inqt est quod fingere te uolo:

ſed tamen q̄a facilius oratione q̄ cæra fingimus: ꝓgrediamur. Altera ergo idæa leonis fingatur: & poſtremo homīs: Cōiungatur deīde ſic in unum: ut hominis imago extrinſecus complecti cætera uideaẗ: ut qui oculis hoc animal cernit: conſimiliter quum eā ſolūmodo uideat: & interiora lateant: hominem ſolummodo eſſe putet: his ita factis in iuſtiſſime faciet: & inutiliter conſulet: q̄ dicet leonē & cæteras feras nutriendas eſſe: hominem autē fame ſic deneruandū: ut facile a feris ducaẗ: ipſaſq; feras nō eſſe ad amorē reducēdas: ſed incitādas potius: ut inter ſe pugnātes alia aliam deuoret. Is autem iuſtiſſime ſimul atq; utiliſſime conſulet: qui dicet dandā eſſe operā diligenter: ut animalis huius cōpoſiti ac multicapitis principatū ſolus teneat homo: & quaſi agricola quæ māſuetæ ſunt moderate nutriet: immanes autem feras leonis uiribus uſus domet.

N duodecī tribus iudæorū genus diuiſum nemo ignorat: quem diuiſionis numerum ciuibus ſuis Plato attribuit dicens in duodecim q̄ æqualiter fieri poteſt uniuerſa regio partes partiaẗ: & ſorte una tribus unam partē poſſideat: & duces ſingularū tribuū eligant.

Riſci iudæi metropolī ſuā diuino cōſilio lōge a mari ī mōtibus condiderunt. Plato quoq; quā in legibus condit urbē in ſimili hieroſolymorum loco eam conſtituit: ut uideatur ad urbē hebræorū reſpiciens uerba cōpoſuiſſe: Ferme nanq; inqt o amice per decē milia paſſuū a mari aberit hæc ciuitas: portūq; habebit q̄optimū: & agros regionemq; foecundiſſimā: cauebitur aūt ne alia ciuitas prope nimiū ſit. Maritimam enim condere nō debemus ne alienis moribus uariis uilibuſq; faciliuſq; corrūpatur. Quom autē per decem milia paſſuū diſtet a mari: portuoſaq; optime ſit: nec utilitate iocunditateq; maris omnino priuaẗ: nec ita facile moribus alienis repleta neq̄tiā fouebit.

N decimo autē de legibus omniū rerum minimarū etiam curā & gubernationē deo creatori attribuit: īpietatiſq; crimīe illos accuſat: qui nō agi gubernariq; omnia diuinitus putant. Primū enim inquit deū iam ambo cōceditis uidere audire ſcireq; uniuerſa: nihilq; ipſum penitus effugere atq; latere poſſe. Eſtne ita inqt: an aliter? Ita prorſus. Quid porro? poſſe ne deum omnia concedimus: an cōtra? nō eſt negandum inquit omnia deo poſſibilia eſſe: optimū autē eſſe omēs

cōcorditer iā concessimus. Non ne igiť desidia quadā ocioq; pnicioso teneri deus uidebitur: si quom possit & sciat: uniuersum gubernare negligit! Rectissime id abs te dicēdum est inquit. Deum igiť putare debemus q̄to melior potentiorq; cæteris est: īmo uero potentissimus atq; optimus & sapientissimus: omnibus simul prouidere. Non enim fas est aliter omnino opinari: falsumq; omnino est non habere curam artificē his de rebus q̄s artificio suo effecit. Et post pauca: nulla inqt mundi pericula dei prouidētia effugit: nam quom pars totius gratia nō totū partis factum sit: nullus bene totū gubernat: nisi parti quoq; prouideat. Et post aliqua: nec enim negligeris recte faciens: nec si in profundum terræ deueneris: aut si ī cælum euolaueris: sed supplicio cōgruenti uexaberis: aut hic: aut apud inferos: quod mihi de illis etiā dictū putato: quos tu quoniā magnos de paruis scelere quodā euasisse uidisti: a miseria in beatitudinem uenisse dicebas. Hæc nō ne similia illis sunt. Quo ibo a spiritu tuo! & ubi a facie tua me abscondam! si ascendero in cælum tu illic es: si descēdero ad infernū ades: si sumpsero pennas uentorum & habitauero in extremis maris: & enim illic manus tua deducet me.

ED abūde iam ut puto platonicam philosophiam quasi hebræorum lingua in græcam esse translatā demonstratū est: nunc reliqua ꝓsequamur. Primū igitur considera quomodo patriā de diis opinionē tāq̄ falsā redarguebat hoc modo scribēs ī Timæo Sed de alioꝝ dæmonum atq; deorum generatione scribere maius est opus q̄ humeris nostris ferre possimus: quare his q hæc crediderūt credere debemus: q quom a diis orti sint: & parētes suos qui sint optime teneant nullo modo fallunť: quare quamuis nec necessario nec uerisimiliter dicant: tamē quia rem suā enarrāt: æquū est ut eis fidē adhibeamus legi obtemperātes: quare secundū priscoꝝ instituta genealogia deorū termineť: credanturq; cæli & terræ filii oceanus & Tethys fuisse: ex quibus phorcus: Saturnus: Ops: & alii q̄plures nati sūt: a Saturno aūt & Ope Iuppiter & Iuno. Primū igiť deorū nepotes poetas appellans deridere mihi deos uidetur: nō deos

ſed homines nepotibus eorum natura ſimiles fuiſſe oſtendens: deĩde theologos ipſos quos deorum nepotes appellauit uehementer capere uidetur: quom inferat: quamuis abſq; neceſſaria ĩmo uero uериſimili demonſtratione dicant: locari autem uidetur dicens: quia ipſi probe progenitores cognouerint ſuos: & quod impoſſibile ſit deorũ filiis nõ credere: præter ſentẽtiã autẽ animi ſui deos eſſe appellaſſe manifeſte oſtẽdit: quia ut legem patriam uidelicet ſequeretur: ita dixiſſe fatet̃. Quæ omnia ita eſſe facilius cognoſces: ſi audias quomodo clara uoce theologos gentiũ oẽs his uerbis in epimenide reprehẽdat. Theologiã ergo inquit & uniuerſi ꝓductionem: quoniam male maiores noſtri de his tradiderũt: ſuſcipere melius ẽ: ac ita defendere: ut aduerſus ĩpios dicere nil timeamus. Iure autẽ maiorum theologiam contemnendã eſſe ĩ ſecundo de republica docet: ubi de poetis & de theologis & de gentilium diis his uerbis utitur: quæ diligenter quæſo animo uoluas. In maioribus inquit minores quoq; uidebimus: oportet enĩ eandẽ eẽ naturam: & idem poſſe maiores atq; minores: non ne ita tibi uidetur? Videtur inquit: ſed nõ intelligo quos tu maiores appelles. Eos inquã quos Heſiodus atq; Homerus: cæteriq; poetæ nobis tradiderũt. Oẽs nanq; poetæ fabulas cõponẽtes falſa homĩbus & cecinerũt & canũt: Reiiciendi ergo ſunt nõ ſolum quia mentiuntur: uerum etiã maxime quia non bene mentiuntur: ſed ſunt quaſi pictores diſſimilia omnino illis pingentes: atq; cõtraria quæ pingere debuerũt. Hæc inqt recte accuſanda ſunt: ſed quænã ſunt falſa atq; improbe dicta? Primũ inq̃ maximũ & de rebus maximis mendacium nõ bene mentitus eſt: qui dixit cælum ea feciſſe: quæ ab Heſiodo narrãtur: & ꝙ Saturnus ipſũ ultus fuerit. Nam etiam ſi uera eſſent: tacenda omnino tamẽ putarẽ nec ita facile ad oẽs efferẽda: ſed maxĩe certe cælanda: ꝙ ſi neceſſitas quædam dicere cogeret: pauciſſimis tradenda fuiſſe. Ardua enĩ ſunt nec prædicãda o Adymãte ĩ ciuitate nr̃a. Nec enĩ iuueni ꝑſuadẽdũ eſt: ulciſci parentes oportere etiã ſi iniuriã inferãt: nec autẽ omnino credendum eſt deos inter ſe ita diſſidere: ut alius alii bella & pugnã cieant: nec enĩ uera hæc ſunt: nec nobis cõducibilia: q ſi rempublicã conſeruare uolumus: inteſtina bella odia & ſimulationes turpiſſimas ducere debemus: nec gigantum aduerſus deos pugnas & heroum in cognatos adoleſcẽtibus explicãdas iudico: ſed ſi aliquo mõ poſſemus nunq̃ ciui ciuem fuiſſe inimicum id libenter ꝑſuaderemus. Hæc enĩ maxime adoleſcẽtibus: hæc uiris: hæc ſenioribus prædicãda. Quare

poetæ cogendi etiã ſunt hæc carminibus edere. Saturni aũt uincula: & uulcani a patre ꝓiectio quõ auxiliũ pulſatæ matri afferret: deoꝝq; pugnæ quas Homerus conſcripſit nullo modo audiendæ. Nam etiã poetæ q̃optime atq; utiliter de deo fingere debent. Multum enim ad uirtutem huiuſmodi carmina cõducunt. Quas igitur dicemus utiles ad uirtutem de diis fabulas eſſe: ut reſpondeamus ſi quis interroget?

On ſumus inquit o Adymãte in præſentia poetæ: ſed urbium conditores. Conditorẽ autẽ urbis oportet formas quaſdã rerũ tenere: in qbus uerſari poetas ita debẽt: ut inde digredi ſibi nõ liceat. Recte inquit dicis. Sed quænã iſtæ formæ ſũt? Tales certe inqt q̃lis ſit deus heroicis lyricis tragoediſq; dicendũ eſt: nã quom deus bonus uere ſit: nihil ei mali attribuere debent. Bonum autem nullũ nocet an nõ? Ita uidetur inquit. Putaſne igitur quod innoxiũ eſt nocere an nõ? Nullo modo inquit. Quod autem non nocet facitne quicq̃ mali? neq; id qdẽ. Quod porro nihil mali facit: nullius certe mali cauſa erit Aſſẽtio. Nihil ergo nocebit. Præterea oẽ bonũ utile eſt an nõ? Vtile uidelicet. Erit ergo cauſa foelicitatis. Ita prorſus. Seqt̃ ergo ipſũ bonũ nõ eſſe cauſam omniũ: ſed eorum ſolummodo quæ probe ſe habent: malorum uero minime. Id iam negari nõ poteſt. Neceſſe igit̃ eſt inq̃ quoniam deus bonus eſt nõ omnium ut multi putant: ſed paucorum (pauciora enim bona q̃ mala ſũt) cauſã eſſe. Malorum uero nõ deus: ſed alia quædam cauſa eſt. Hæc mihi ueriſſime dici uident̃. Nõ ergo audiẽdus eſt Homerus quom ita ĩpudenter de deo loquat̃ quod duo apud Iouem dolia ſũt: alterum bonis: malis alterum fatis plenum: & cui Iuppiter ex utriſq; dederit: is modo fœliciter: mõ cõtra ſe habet cui autem mala ſolummodo deſtinauerit hunc magna ſemꝑ erumna calamitoſaq; peſtis inſequit̃: fœderis aũt confuſionẽ ſiquis ꝑ Pallada & Iouẽ eſſe cecinerit nõ approbabimus: nec cõtentiones atq; pugnas deorum: nec quod Aeſchylus dicit: occaſiones diuinitus hominibus dari malorum: quando eos deus ꝑdere uoluerit. Nec nobis calamitas cæteraq; huiuſmodi audienda ſũt. Sed uel nõ fuerunt a deo illa facta: uel ſi a deo facta contendunt dicendum: quom qui puniuntur miſeri ſunt: non deum creatorem ſed miſeriam ſuam ſibi debita ſupplicia cõciraſſe: qbus cruciati meliores facti ſũt: ſed mõ hæc prætermittẽda. Malorũ autẽ ſiquis audet cauſã deum dicere: ſiquidem uolumus bonis ciuitatẽ legibus fundare nullomodo patiemur. Nec eni fas eſt

id dicere nec cõducibile nec cõgruẽs: sed omnino nefandũ ac falsũ. Probatur mihi hæc lex inquã: sitq; ista prima formula ꝙ nulli omniũ liceat malorum sed bonorum solummodo causam deo attribuere.

D hæc responde quæso: Vtrũ putes ab illa in aliã formam deũ mutari ut nos decipiat: an simplicẽ eẽ: ac nunꝗ mutationẽ aliꝗ suscipere? Non habeo inquit modo quod respondeã. Si quid autem a forma sua muteẽ: uel a se ipso: uel ab alio mutari necessarium putas: an nõ? Necessarium certe: quod autẽ sũmum optimũ potentissimũq; est: mutari ab illo non poterit: hæc autem omnia deus est. Non ergo diuersas ab alio formas accipiet. A se ipso aũt mutari qui potest dici? Vtrũ enim ad melius: an ad peius mutabit? Necesse est inqt si mutat̃ quod mutat̃ optimũ ẽ ad peius mutari. Videtur igit̃ tibi o Adymãte sponte se quenꝗ in peius mutare? Minime inqt. Necesse igit̃ ẽ quom sit pulcherrimus atq; optimus simplicissimũ eum esse: ac ĩ forma sua semper constantissime manere. Mihi etiam ita uidetur inqt. Nullus ergo nobis deos quasi peregrinos orbẽ circũire asserat: nec multa de Proteo ac Thetide mẽdacia dicat: nec Iunonẽ in Antistidẽ cõmutatã ea fecisse contendat quæ multi conscripserunt: Sed hæc: omniaq; his similia pellantur a ciuitate. Sed forsan inqt ipsi quidẽ dii nullo modo mutant̃. Nostra uero phãtasmata ita mouẽt: ut mutari nobis uideãt̃. Quid igit̃ inquã uellet ne unꝗ deus mẽtiri: aut seducere re uel uerbo falsa nobis phantasmata imprimens? Nescio id quidem inquit. An ignoras inquit quod uere falsum est si ita dicere conuenit id nõ deos solum: uerum etiam hominibus odio esse? Quomodo id dicis inquit? Non enim intelligo: putas enim inquã magnum quid me dicere: ego uero dico quom falsum ita in animo se habeat ut errore intellectus circũuoluat̃ atq; ignorantia nemo penitus id uellet: & oderunt omẽs id falsum. hoc enim est quod paulo ante dicebã uere falsũ animi eius qui mentitur ignorãtia. Falsitas enim quæ in uerbis est: eius falsitatis imago est: qua animus seducitur: quod quidem falsitatis simulacrum sincera puraq; falsitas non est: atq; ideo nõ semper odio dignum est: cõducit enĩ nõnunꝗ uel aduersus hostes uel ad eos qui amici uident̃: quando mali aliquid inferre conantur. Tunc enim ad incommodoꝝ euersionem falsitate uti nõ incommodum est: prisca etiam quæ certe scire neqmus ꝗ uerisimiliter fingentes nõ nihil inde utilitatis adipisci conamur. Qua igitur ratione falsitas deo conueniet? Vtrum quia

prisca nesciat? an quia hostes uehementer formidet? an quia suorum insidias uelit effugere? Nihil inquit horũ de deo dici potest: mentiri ergo deũ nefas est dicere. Vnde simplex maxime & uerus uerbo atq; re est: nec ipse in se ipsum mutat: nec alios aut phantasmatibus: aut uerbis: aut signis uigilantes: aut dormientes decipit. Recte ista omĩa dicta sunt inqt. Sit ergo ista secunda formula: ne cui liceat seductorẽ aut mendacem: aut mutabilem aliquo modo deum appellare. Quare nõ est laudandũ illud homericum q somnium Agamemnoni missum est: nec Aeschylus audiendus quom fingat Thetida dicere Apollinẽ in nuptiis suis optimos eam filios ac longæ uitæ habituram cecinisse. Et ego Thetis apud eum dicit diuinũ Apollinis os falsũ posse dicere nõ sperabam: nunc autem uideo ab eo ipso qui mihi secunda de filiis cecinit filium meũ esse interfectũ. Hæc cæteraq; huiusmodi pellẽda omnino a ciuitate sunt. Quod igit̃ Plato uerbis præcipit: id ipsũ re ĩ hebræorum scriptura factitatum inuenies: nullã enim de deo turpẽ fabulam: nullam de angelis: nullã de piis uiris inuenies. Quom autẽ bonorum causã esse deũ Plato asserat: nõ ne a Moyse illud accæpit: qui singulis creatis subiungit. Et uidit deus quia bonũ: & omĩa simul repetẽs: & uidit deus inqt uniuersa quæ fecerat: & ecce ualde bona nec unq̃ apud hebræos malorum causa deus putatus ẽ: quare ꝓpheta etiam ad hominem qui sua se uoluntate deprauauit his uerbis utitur: fructuosam ego te uitem plãtaui: quomodo retrouersa es? q si alicubi mala diuinitus ĩprobe dari scribit̃ pœnas: atq; suplicia mali uocabulo intelligere debemus: quas deus quom sit bonus nõ ad detrimẽtũ eorꝫ qui puniuntur: sed ad utilitatem atq; cõmodũ mittit: sicut medicus ad salutem laborantiũ cura nonnunq̃ utitur amara: dolorisq; plena. Vnde apud Platonem quoq; dictum est: utilitatem consequi eos qui puniuntur: & iudæus quidam dixit. Castigat dominus quem diligit: q autem mutari deus nõ potest: sic a persona eius in scriptura dictũ inuenitur. Ego dominus deus uester & nõ mutor: & apud psalmistã Omnes sicut uestimentũ ueterascent: & sicut opertoriũ mutabis eos & mutabuntur: tu autẽ idem ipse es: & anni tui nõ deficient: q si dei uerbum in forma figuraq; hominis uẽturũ scriptura prædicat: quod nos iam uenisse affirmamus: atq; ideo mutationẽ deo attribui nõnulli putent: Sciant quia non ut gentium fabulæ de Proteo: Thetide atq; Iunone: nec ut cæteri dii qui errãtes sicut peregrini orbẽ circũeunt: Ita uerbum dei hebræorũ scriptura in hominẽ mutatũ esse affirmat

uerum quoniam rationale animal homo dei a deo errauit:ut neq3 deũ deiq3 ꝓuidentiam: neq3 se ipsum cognosceret: sed in naturã bestiarũ male agendo inciderit: Iccirco deum ut medicũ & saluatorẽ uentuꝝ prædicebat: nõ quidem a sua natura mutatum. Non enim seduxit eos qui uiderunt: sed utranq3 uerissime conseruauit: uisibilem dico atque inuisibilem naturam uisus enim homo est: & quidẽ uerus homo fuit: uerbum etiam dei uerum: filiusque dei uerus est. Quare non seduxit credẽtes: neq3 fallitas ulla in eo inuẽta est: qualis etiã Platoni deus eẽ uidetur. Maxime igĩt deus uerbũ uerbo atq3 re simplex est: nec a se ipso mutatus unq̃ fuit: nec alios aut phãtasmate: aut uerbo: aut signo uigilãtes: aut dormiẽtes decæpit. Sed sicut rationaliũ medicus aĩarũ salutẽ uniuerso generi hominũ afferens uere nõ phantastice hominẽ assumpsit: ac ita nobis omĩbus ad ueram pietatem ad ueramque dei cognitionẽ conuersionẽ largitus est. Talia igitur nostra sũt: eos uero q̃ aliter dicũt ab ecclesia tãq̃ a ciuitate Platonis cõsilio cõpellimus.

Eos autem gentium a Socrate quoq3 contemptos fuisse: & hac de causa eiectum ab atheniẽsibus diximus. His enĩ fere uerbis in euthyphrone Plato utitur: Ipse enĩ homĩes euthyphron inq̃t Iouẽ optimum atq3 iustissimũ deorum putant: & tamen fatentur patrẽ ab eo uinctũ fuisse quia filios impie deuorabat: mihi autẽ irascunt̃ quia patrem iniuriantem ulciscor. Et si contraria sibi ipsis de diis & de me dicere inueniuntur: Num inquit Socrates o euthyphro ꝓpterea ipse accusatus sum qa ægre fero talia dici de deo? Hæc Numenius ĩ libro de arcanis platonicis hoc mõ exponit: Si accusationẽ de Atheniensiũ theologia Plato scripsisset: ostẽdissetq3 seditiones parẽtũ atq3 filiorũ: & deuorationes ulcionesq3 iniquas: & nefanda matrimonia impie diis a theologia eorum attribui: dedisset meo quidẽ iudicio causã atheni-ensibus: incitassetq3 ipsos ad cædẽ suã: atq3 ita morte Socratis obiisset sed uiuere quidem ille impietate inuolutus nunq̃ uoluisset: quoniam uero & uiuere & uere ac pie dicere tuto poterat. Euthyphronẽ qdẽ uirum arrogantia corruptũ pro persona nõ atheniensiũ solummodo: sed omnium qui pie non sentiunt. Ipsum autem Socratem pro ꝑsona sua posuit: atq3 ita ueritatem & securitatem simul consecutus est.

N critone autẽ mortem pro ueritate omnino despiciendã his uerbis ostendit: Ego uero inquit o Crito nõ modo nũc: sed sẽp

talis fui: ut nulli magis q̃ rationi credam ei quæ mihi optima uideat̃. q̃obrem nõ possum nunc quoniam isto casu oppressus sum rationes eas quasi falsas cõtẽnere: quas & prius ut optimas prædicaui: & nũc similes mihi uident̃: & nisi meliores alias dicere habeamus: nec si etiã maiora q̃ mors & uincula pecuniarumq; ablationes innuerent picula tanq̃ puer laruis territus a proposito desistam. Sed uideamus an recte prius dicebamus: quod oporteat opinionum alias improbare: alias minime. Nam si hoc ante q̃ mors instaret recte dicebatur: nũc uero aliter uidet̃. Ludus quidẽ & deliratio disputatio nr̃a fuit. Sed quoniã præsens tibi calamitas nulla impendet: non ne sententiã meam ꝓbas: quia scilicet aliæ hominum opiniones amplectendæ sũt: aliæ nequaq̃? nec hominum omnium: sed aliorum opiniones eligendæ: aliorũ uero minime? quid ais? Probe inquã dicitur. Bonas ergo eligendas: prauas autem eiiciendas asseris an nõ? Assero inqt. Bone autẽ nõne sapientũ sunt: prauæ autẽ insipientũ? Quidni. Vtrum igitur uir bonus laude ac uituperatione & opinione cuiusuis mouebitur: an eius solummodo qui ea in re præcipuũ habeat artificiũ? Eius solummodo mihi uidet̃. Fugienda ergo est uituperatio: & laus expetenda. Nunquid multorũ sed eius solũmodo qui præcipuam habeat rei cuius laudes desideras doctrinam. Ita faciundum uiuẽdumq; ut ipse monet cæteris omĩbus contẽptis. q̃re ne cætera ꝑcurrã: de iustis quoq; atq; ĩiustis turpibus & honestis nõ multorum opinionẽ sequi oportet: sed eius solũmodo qui hæc recte ĩtelligit: quẽ uereri atq; timere q̃ cæteros oẽs oportere ipse censeo: quem nisi sequamur: nec iusti uidelicet: nec probi erimus uiri. Quare nec uiuendum nobis est ita corruptis. Non ergo curare debemus qd multi: sed quid dicturus esset: si qs intelligeret: aut ipsa ueritas si ei attribueret̃ orõ: hoc ubiq; ꝓ pietatis ueritate ita factitatũ a nostris est: ut nullus nostrum uoluntatẽ alioꝝ consideret: sed omẽs uno animo christum sequamur: nullas pecuniarum ablationes: nulla uincula: sed nec mortem quoq; ipsam timẽtes: quales apud hebræos etiam priscis temporibus multi fuerunt.

Neodem nullo pacto iniuriandum esse Plato censet. Affertne inquit turpitudinẽ iniurianti & dedecus iniuria an nõ? Affert inquit. Nullo igit̃ pacto iniuriati oportet. Fateor inqt. Nec ergo etiã læso referẽda iniuria est ut multi putãt: quoniã nullo pacto ĩiuriãdũ est: & quoniam malefacere nihil aliud est q̃ ĩiuriari: nõ oportet male

alicui facere: etiam si innumerabilia mala perpessus sis. Hæc nobis a christo clarius præcipiunt: & ꝓpheta multo ante Platonē. Si reddidi retribuētibus mihi mala: decidam ab inimicis meis inanis: & rursus. Cum his q oderunt pacem erā pacificus. Quod aūt ꝓ ueritate mori debeamus: quod multi hebræorū fecerunt: christianorū uero ferme īnumerabiles: Socratem audi apud Platonē in apologetico dicentē. Si dicetis inqt mihi o iudices: Anyto quidem accusatori tuo Socrates ualere dicemus. Te autem hoc pacto ac fœdere liberamus: ut nunq̄ amplius ut solebas philosophari audeas: & si aliter feceris ut moriaris. Si hæc mihi diceretis: cōstanter responderem ꝙ ego diligo quidē uos o uiri athenienses: credo autē deo magis q̄ uobis. Quare quousq; uiuā & possū: nunq̄ philosophari idest recte uiuere nō desinā: nec desistam unq̄ hortari ad monereq; uos quēadmodum cōsueui. Hanc Platonis Socratisq; sententiā uix a solo Socrate ab hebræis autē & ante christū multis & post christum īnumerabilibus constāter ipsa re approbatā inuenies: hebræos enim etiam Saluatoris nostri discipulos fuisse non ignoramus.

Ed uideamus quid de his dicat q pro defēsione patriæ magno animo militātes mortui sunt. Nō ne igit̄ inquit eos qui militiæ fortiter pro patria faciētes interierunt aurei generis fuisse dicemus. Omnino inquit. Credemus igitur Hesiodo postq̄ aurei generis hoīes mortui sunt a multis homīes angustiis semideos factos liberare: mortaliūq; omniū esse custodes ac in posterū quasi deos colemus: eorūq; adorabimus monumenta. Similiter etiam omnes q præclare uixerūt quo quomō mortui sunt honorabimus. Hæc nos quotidie factitamus q ueræ pietatis milites ut dei amicos honorātes ad monumēta quoq; illorum accedimus: uotaq; ipsis facimus tanq̄ uiris sanctis: quorū īter-cessione ad deū nō parū iuuari ꝓfitemur. Hæc a Platone collegimus: ut ostenderemus hebraica illū philosophia munitū nostris cōsētanea scripsisse. Plura istis apud eū inueniri ab hebræorū sumpta scriptura non sum nescius: sed omnia colligere longum est. Verum ne soli nos ab hebræis tā Platoni q̄ aliis multo furto esse ablata cōspexisse uideamur: aliorum quoq; testimonia qui hoc ipsum perspexerunt ponenda sunt. Primūq; Aristobulū audias: qui in libro quē ad regē Ptolemæū conscripsit his uerbis utitur: Apertissimū qdē est leges & disciplinā nostram diligenter fuisse Platonem secutum. Non enim latet si quis

attentius eum legat perlectã ab eo & quidẽ diligẽter scripturã fuisse Scimus etiam omẽs ante Demetrii phalerei tempora: ĩmo uero ante Alexandrũ & persarũ imperiũ quinq; Moysi libros in græcã linguã q̃uis non cõmode traductos fuisse. Tota uero scriptura nr̃a Demetrii phalerei opera & Philadelphi regis tui progenitoris iussu aptissime trãslata est. Et post pauca diuinã uocẽ inq̃t: quom dicat: Et dixit deus fiat: & factum est: non syllabis prolatum sermonem: sed operis nutu ipsius constitutionẽ intelligere debemus. Quod mea quidẽ sententia Pythagoras Socrates atque Plato secuti dei uoces audire dicebant: Vniuersi ꝓductionẽ a deo emanasse uidẽtes: & uirtute illius cõtineri non dubitantes. Sed Orpheus etiam in carminibus quæ inscripsit de uerbo sacro diuina uirtute omĩa gubernari: cunctaq; a deo producta hoc modo asserit.

Vos qui uirtutem colitis uos ad mea tantum
Dicta aures adhibite: animosq; intendite uestros.
Contra qui sanctas leges contemnitis: hinc uos
Effugite: & procul hinc miseri procul ite profani.
Tu uero qui diuinas specularis: & alta
Mente capis musæ uoces amplectere: & illas
Aspiciens sacris oculis sub pectore serua
Hoc iter ingressus solum illum suscipe mundi
Ingentem auctorem: solum interituq; carentem:
Quem nos præsenti qui sit sermone docemus:
Vnus perfectus deus est qui cuncta creauit:
Cuncta fouens: atq; ipse ferens super omnia sese:
Qui capitur mente tantum: qui mente uidetur:
Qui nullumq; malum mortalibus inuehit unq̃:
Quem præter non est alius: tu cuncta uideto
Hic ipsum in terris melius quo cernere possis.
Hic etenim uideo ipsius uestigia: fortem
Hicq; manum uideo: uerum ipsum cernere quis sit
Nequaq̃ ualeo: nam nubibus insidet altis.
Nemo illum nisi chaldæo de sanguine quidam
Progenitus uidit: quem cælorum aurea sedes
Sublimisq; tenet: cuius se dextera tendit
Oceani ad fines: quem de radicibus imis
Concussiq; tremunt montes: nec pondere q̃uis

Immenso sint ferre queunt: qui culmina cæli
Alta colens terris: nunq̃ tamen ille sit absens.
Ipse est principium: medium quoq; & exitus idem.
Priscorum nos hæc docuerunt omnia uoces:
Quæ binis tabulis deus olim tradidit illis.
Aratus etiam sic de deo loquitur.
Ab Ioue principium sunt Iouis omnia plena
Quem reticere nefas: Ioue cuncti utuntur: ab ipso
Nos sumus: ille fauet: uires cunctisq; ministrat.
Iouem enim hic Aratus supremum deum nominauit.

Sed non his solum: sed omnibus philosophis qui hoc nomīe digni uisi sunt ita pia de deo sentētia uidetur habēda: nr̄a lex sola diligētissime sanxit. Ad pietatē enī ueram sola nos adducit: & ueræ uirtutis curā habere compellit. Et post aliqua. Omnibus ergo productis inquit ad requiē a laboribus septimū diē nobis concessit. Et paulo post. Prima uero res naturaliter lux: in qua uniuersa conspiciuntur dici potest: q̃ quidem lucē sapientiā quoq; appellare possumus. Tota nempe lux ex sapiētia est: unde quidā pipatetici fulgorem ipsā appellarunt quoniā qui eam sequitur p totā uitā nunq̃ cespitabit. Quod clarius Salomon ille dixit: ante cælum & terrā sapientiam genitā eē affirmans. Quod autem scriptura dicit requieuisse deum in septima die: id nō q̄a nihil deus postea faciat dictū ē ut nōnulli putant: sed quoniā ordo rer̄ fixū habuit statum qui nunq̃ mutat: cessasse deus dicitur. Ideo enim dicit in sex diebus illum cælum & terram & oīa quæ in eis sunt creasse: & ut tempora & ordo rerum secundū prius & posterius significet. Eo enim ordine facta sunt quo postea gubernātur & transmutanť: lege autē iussit hanc diem nobis esse seruandā in signum rationis septimæ quæ in nobis constituta est: in qua humanarum diuinarumq; rerum cognitionē consequimur. Hebdomadibus autē uniuersum uoluitur cuncta fouens quæ uiuunt & germināt: unde nomine quoq; sabbatū appellamus: quod latine quies ĩterpretari potest: hoc ipsū Hesiodus quoq; his carminibus probauit.

Primum prima dies dehinc quarta & septima sacra est. Et rursus.
Septima lux rursum sacra & præfulgida uenit.
Homerus etiam sensisse uidetur quum dicat.
Septima lux aderat cuncta & perfecta fuerunt. Et rursus.
Septima ubi orta dies Acherontis liquimus undas.

Hoc enĩ ſignificat quod obliuione uitioq; animæ in ſeptima ſecundũ ueritatẽ ratione ubi cognitionẽ ueritatis adipiſcimur omĩa predicta relinquuntur. Linus etiam hæc cecinit

Septima quom uenit lux cuncta abſoluere coepit
Omnipotens pater: inq; bonis eſt ſeptima: & ipſa
Eſt etiam rerum cunctarum ſeptima origo.
Septima prima eadem perfecta & ſeptima: ſeptem
Vnde etiam cælum ſtellis errantibus altum
Voluitur: & circlis totidem circum undiq; fertur.

Hæc ab Ariſtobulo nobis ſumpta ſũt. Nunc clæmentẽ quid de hac ipſa re ſcripſerit audiamus. Modo inquit a barbara ut ipſi dicerent philoſophia multos furatos græcos fuiſſe oſtendamus: Deinde ſtoici corpus dicunt quia in corpore & ſpiritum ſecundũ ſubſtantiã quaſi totius animam. Hæc aperte in ſcriptura inuenies. Altiorẽ enĩ ſenſũ atq; uerum pſpicere nequiuerunt: unde p uniuerſã mundi ſubſtãtiã tanq̃ fouentem animam tranſire deum aſſeruerunt. Seducti autẽ ſũt quia de ſapientia dicitur p omĩa ipſũ tranſire tenuitate atq; mũdicie ſua: nõ enĩ intellexerũt de ea ſapientia quæ prima creatura ẽ ſcriptũ eſſe. Hylen quoq; in prĩcipiis philoſophi ſtoici ſcilicet Plato Pythagoras & Ariſtoteles poſuerunt: quã informem & abſq; qualitatibus aſſerunt: q̃uis Plato in Timæo unũ occulte principiũ cenſere uideaẽ his uerbis: Quid nobis uidetur de omniũ prĩcipio: aut principiis mõ dicendum non eſt: non alia de cauſa niſi difficilimum eſt. Ille etiam locus ſcripturæ terra quoq; erat ĩuiſibilis & informis occaſionem eis dedit ut Hylen deo ſubiicerẽt. Vacuũ autem epicurus poſuit quoniã illud nõ recte intellexit: Vanitas uanitatũ & oĩa uanitas. Ariſtoteles uſq; ad lunarẽ pilam prouidentiã dei deduxit illo pſalmo decæptus. Dnẽ ĩ cælo miſericordia tua: & ueritas tua uſq; ad nubes. Prophetica enĩ dicta ante Saluatoris noſtri tẽpora magna obſcuritate tegebanẽ. Suplicia uero apud ĩferos eẽ tã poetæ q̃ philoſophi a nr̃is accæperũt. Ad hæc autẽ ſequiẽ neceſſario ĩmortalitas animi: quod enĩ ſupplicio & cruciatu uexatur omnino uiuit. Plato uero quod hebræi gehennã dicũt ignis: fluuios: tartaꝝ: cocytũ: acheronta: & pyriphlegethonta ſecundum poetas propellat: uiros uero igneos dicit damnatas animas ad ſupplicia ĩpellere: angelos uidelicet quoſdã a qbus ĩiuſti puniunẽ. Ad hæc angelũ unicuiq; ad cuſtodiam diuinitus datũ a ſcriptura nos didicimus. Et Plato ſcribere nõ dubitauit hoc modo. Quoniã inquit

omnes animæ sorte uiuendi modum eligere ordine ad sortem suam pgrediunť motæ a dæmone: quē singulæ sortitæ sūt q ad custodiēdā hanc uitam: & ad pficienda quæ elegerūt una cum eis mittitur. Hoc ipsum credo Socratem etiā significasse cū dæmone quodam sæpius atq̃ sæpius gubernari se dixerit. Mundum quoq̃ factū esse a Moyse didicerunt. Apertissime nāq̃ Plato uniuersi huius factorē atq̃ patrē deum appellat quasi ab eo solo ex non ente formatum. Stoici quoque huius opinionis sunt: & quem scriptura diabolum nominat malignā animam in decimo de legibus Plato appellauit: aduersus quā pugnā nobis esse constitutā ostendit. Quom autē mundū aliū intelligibilē: aliū sensibilem esse Moyses ostēdat: & aliū primitiuū atq̃ exemplar: aliū exemplaris illius simulacrū: quorum alterū scilicet intelligibilē imitati: alterum scilicet sensibilem senario accōmodet numero: qui a pythagoreis quasi foecundus coniugium appellatur. Nā in unitate quidem inuisibile cælum terrā sanctam & lucem intelligibilē creatā fuisse asserit. In principio enī inquit fecit cælum & terrā. Terra enī erat inuisibilis. Et dixit deus. Fiat lux. In creatione uero mundi sensibilis solidum cælum creauit. Solidum porro nihil aliud q̃ sensibile ē. Terram similiter uisibilem & lucem uisibilem produxit. Hinc Plato Idæas & spēs sēsibiliū ītelligibiles ītelligibili mūdo collocauit corpus a terra formatū Moyses asseruit: quod terrenū Plato habitaculū appellauit rationalē uero animā Adæ ī faciē affirmat. unde philosophi in capite intellectiuæ animæ sedē arbitrati sunt. Ad similitudinē aūt dei factum hominē quom audiuerunt sequelam illam intellexerunt: de qua scribit alibi Moyses: post dominum deū nostrum ambulate: & mandata eius seruate: Sequunť nempe deū omēs qui pie ac sancte ipsum colunt: hinc stoici philosophi philosophandi finē cōgruenter naturæ uiuere terminarunt. Plato uero deo p similitudinē inhærere: & omē bonū bono amice esse atq̃ simile: & in Timæo iuxta libri finē oportere inquit ut intellecto intelligens secundum priscam naturā simile faciat: Quomq̃ simile factū sit illū semper præ oculis habere finē: qui omnibus optimæ uitæ finis a diis præpositus est: huncq̃ finē in præsenti & in futuro tempore sequi: fratres quoq̃ homines omēs quoniā ab uno deo producti sunt: Sed alios quasi ferreos: alios quasi argenteos: alios quasi aureos ait: In theetico autem quom ueram philosophorum uitam describat nōne christianorū uita superiore quadā uirtute cōcitus descripsit! Pythagoras uero Socrates & Plato quō se

uocem dei audire affirmarent constructionem uniuersorũ diuinitus factã atq͡ꝫ gubernatã intelligebant Mosaycam illã uocẽ exprimentes & dixit & factũ est. Hesiodus uero de creatione Pandoræ dicit: quia Vulcano Iuppiter iusserit aquã terræ cõmiscere: & uocẽ atq͡ꝫ mentẽ homĩs limo ĩmittere. Præterea ignẽ & lucẽ allegorice deũ appellat scriptura. Stoici uero naturam esse dicunt ignem artisiciosum uia in generatione gradientem. Epicharmus autẽ pythagoreus unde nisi a scriptura didicit nihil clam deo esse: & ipsũ natura oĩa uidere nihilq͡ꝫ ĩpossibile ipsi esse. Democritus quoq͡ꝫ omĩa inqt Iuppiter cognouit: omnia ille dare & omnia potest auferre. Rex oĩum ipse solus ẽ. Iouẽ enim plerunq͡ꝫ primam causam solẽt appellare. Sed Pindarus multo magis mistice tanq̃ pythagoreus unum inquit hominum genus ẽ: & ab una matre cuncti. Vnum patrem creatorem summũ atq͡ꝫ optimũ artificem habemus: qui progressus singulis diuersos secundũ merita præbet. Matrem profecto Hylen appellauit. Illud autẽ Platonis in epistola ad erafton & choriscon omnino diuinũ: patrem enĩ & filiũ nominat: & per eos pie tanq̃ uniuersi causam iurandũ esse asserit: & illud similiter circa regem omniũ omnia esse. Secundo circa secũda. Tertio circa tertia: Quæ oĩa aut illi diuinitus reuelata sunt: aut quod reliquum est ab hebræis eorumq͡ꝫ scriptura accæpit. Sanctissimã enĩ trinitatem illis uerbis significari nõ dubito: Tertio enĩ spiritum filiũ secundo patrem primum ordine posito collocamus. Heraclitus uero ephesius unum mundum sempiternũ atq͡ꝫ incorruptibilem opinatur semper fuisse futurumq͡ꝫ affirmans: alterum corruptibilem & factũ diuinitus. Plato rursus in septimo de republica hãc diẽ nocturnã diẽ appellat propter huius mũdi forte principes. Somnũ autẽ & mortẽ uiam animæ in corpus similiter ut Heraclitus esse cõfirmat q̃obrem ut puto spiritus sanctus oræ ꝓphetæ de Saluatore nostro his uerbis prædixit. Ego dormiui & soporatus sũ: surrexi quoniã dñs suscæpit me. Non enĩ resurrectionẽ solũmodo deum excitationemq͡ꝫ a somno sed descensũ etiam eius in carnem somnũ allegorice appellauit. Ego uero de domĩco etiã die ĩ decimo de republica his uerbis uaticinatũ fuisse Platonẽ censeo. Quom inqt in prato septẽ dies siguli affuerũt: tunc surgentes hinc oportet ĩ octauo die ipsos profisci: & quatriduo peruenire. Pratum enim octauam sphæram tanq̃ amoena sanctorum loca intelligimus. Septem autem dies erraticarum sphæras: & omnẽ operosam artem ad finem requietis festinantem: uia uero inquit quæ

ultra erraticas stellas est ad supremũ cælum ducit ad motũ uidelicet & diem octauum: quatriduo uero peruenire ait p quattuor elementa uiam fieri significans. Septimã etiam diẽ non hebræi solũ: sed omnes fere tã philosophi q̃ poetæ sacrationẽ esse cognouerũt. Antisthenes quoq; ꝓpheticũ illud cui me assimiliastis dicit dominus cõmutauit: deũq; dixit nulli similẽ esse. Quare ĩpossibile est inqt ipsũ agnoscere cuius imaginem nullã habeas. Similia etiã Xenophon atheniensis his uerbis scribit: qui oĩa quatit & oĩa quiescere facit magnus potẽsq; ẽ quod omĩbus patet: qualis autẽ forma sit nemini patet nisi ipsi soli q luce sua oĩa plustrat: qs enĩ corporeus deũ uerũ cælestẽ atq; ĩmortalẽ oculis cernere potest? Et Xenophanes colophonius Vnus ĩquit deus inter deos atq; homines maximus nec corpore atq; mente mortalibus similis. Cleanthes etiam stoicus Interrogas me inquit qualis deus sit? Attende igitur bonus ordinatus iustus sanctus se ipsũ possidẽs utilis speciosus oportunus seuerus liber semper cõmodus intrepidus sine mœstitia sine dolore tutus gloriosus caritas: quẽ esse omẽs conueniũt mitis acer tardus sine querela semper manens. Deinde idolorũ cultũ occultius meo quidem iudicio reprobans subiungit. Illiberalis autem atq; seruus est qui opinione uulgari ducitur quasi bonũ inde quicq̃ cõsecuturus. Noli ergo uulgari opiniõe deũ colere: nec maligni lumĩs figuras honorare. Heraclitus autem uerbi quod est sẽper inqt sensũ hoĩes nõ capiũt: nec anteq̃ audiãt: nec cũ primo audierĩt. Hecatæus uero qui uniuersam historiam collegit quom de Abraam & ægyptiis dicat Sophoclem tragicũ in tragoediis scripsisse affirmat: Vnus uere unus ẽ deus qui cælũ latãq; terrã fundauit: q cæruleã ponti undam et uẽtoꝝ flatus ꝓduxit. Mortales aũt errore seducti ex aere ac lapidibus auro eboreq; simulacra nocentium deorum constituimus quos sacris sollẽnitatibusq; pestiferis honorãtes falsã pietatẽ ãplectimur. Manifestũ aũt unũ prĩcipiũ reꝝ locrẽsis Timæus ĩ libro de natura his uerbis predicauit. Vnũ inquit principiũ omniũ rerũ est ipsũ absq; origine: Non enim erit prĩcipiũ si ab alio factum est: sed illud unde factum ẽ principiũ erit. Epicharmus autẽ comicus de diuino uerbo aperte sic scribit. Diuinũ inqt uerbũ est quod artes homĩbus suggerit: docetq; facere quod conducit. Non inuenerũt enĩ homines artem: sed deus hominibus eam ĩmisit. Verbũ autẽ hominũ a diuino uerbo defluxit. Quom autem per Esaiam spiritus sanctus clamet quid opus mihi est sacrificioꝝ multitudine uestroꝝ dicit dominus: plenus sũ holocaustis

agnorum pinguedinem & taurorum sanguinē nolo. Et post pauca: Lauamini purificateq; uos & eiiciatis iniqtatē ab aīs uestris cæteraq; huius. Menander comicus uide queādmodum in comediā eisdē fere uerbis a sententia usus est. Si quis o Pamphile taurorū in sacrificium oblata multitudine aut deorum aliorumq; huiuscemodi propiciū se habiturū deum arbitrat: penitus errat mētis leuitate seductus. Sed oportet iustitiam seruare: nō adulterio: neq; uirginū uti corruptione: nec acus quidem tenue filum si alienum est concupiscere. Deus enī ꝓpe est & omīa uidet quod illi simile est deus appropinquās ego sū: & non deus de longe. Faciet ne aliquid homo in occultis & ego non uidebo ipsum? Deiphilus etiam comicus non aliunde q̄ a scriptura in comœdiā transtulit ea quæ de iudicio dicit. Tu putas inquit mortuos qui delitiose uixerunt dei iudiciū effugisse? Sed est iustitiæ oculus qui omnia ꝑspicit. Duo enī itinera mortuis proposita esse putamus: alteꝝ iustorum: alterū impiorū. Caue igitur ne erres. Nam & apud īferos iudiciū ē quod deus dominator oīum exercebit: cuius nomē terribile quod ego dicere nequeo. Si quis autē mortaliū male agens putat dei oculum effugere: is impia ducitur opinione. Cauete qui putatis deū non esse: est enim est inq̄. Si quis autē perperam agit tempus lucrat: nam postea dabit pœnas. In orphicis quoq; scriptū inuenitur: quom omnes deos occultauerit ad lætissimā rursus restituet lucem. Quare si iuste sāsteq; uiuemus & hic beati & postq̄ hīc recesserimus beatiores futuri sumus: quam beatitudinē nō determinato quodā temporis spacio habebimus: sed ī æternū reqescere poterimus una cū cæteris habitātes īmortalibus. Idē Orpheus quom īuisibilē deū affirmauerit uni solūmodo cognitionē sui donasse de genere chaldæorum asserit: Abraā ut ego puto aut aliquē ex suis significās his fere uerbis. nullus inquit deū nouit nisi quidā unigenitus a genere chaldæorū defluxus. Deīde cōmutatis uerbis illud expressit. Cælū mihi ē sedes: terra uero scabellum pedum meorum. Deus inquit in cælo aurea in sede firmus sedere cognoscitur: Terra uero sub pedibus eius est. Manū autē eius dexterā ad fines oceani ostendit. Montiū radices tremiscūt a uiribus eius resistere nō possunt. Cælestis igitur ipse est & in terram omnem ꝑuenit: Ipse initium omniū medium atq; finis. Hæc ab illis prophetis effluxerunt: qui si aperiet cælū tremor uniuersa cōprehendet: & abs te montes liquefient sicut a facie ignis liquīt cæra. Et quis metitus ē cælū psalmo? Quid oportet singula singulis conferendo longiorē eē?

Oīa quæ apud grecos uel apud barbaros siue poetas siue philosophos rectius dicta sunt: apertissime a iudæorum scriptura deriuata uidēt. Hæc Clæmens. Nos autē Platonē maxime admirantes neq3 id ab re: diligentissime nanq3 scripturam sequi uidetur: philosophiam tamen eius reiiciemus quoniam purissimum scripturæ aurum non omnino immaculatum seruauit. Sola enim diuina eloquia sancta puraq3 sunt longe ab omni mēdatio remota: argentū purgatum & ꝓbatū terræ. Platonis autē cæterorumq3 omnium dicta simul ac scripta: quoniam humanis cogitationibus atq3 cōiectura ad considerandā naturā rerū accesserunt: nonnihil falsitatis permixtum possident.

Am si quis uoluerit amore atq3 odio depositis exquisita ratione ueritatē īspicere mirabilem illū philosophum simulacris quæ manibus hominū facta in uiri similitudinē fuerant dei appellationem turpiter attribuisse comperiet. Ita post sublimē illam theologiā quā patrē & creatorē uniuersi unū deū eē cōscripsit a cælo in profundū idolatriæ delapsus populi atheniēsis opiniōibus ferebat. Nec ueritus est Socratē ī piræum ad soluēda deæ uota descēdentē laudare: gallū etiā Aesculapio sacrificari probe iussum a Socrate fateri uidetur: & delphicū dæmona paternū græciæ īterpretē apellat: & diuīs libēter laudibus prosequit. Audi enī eū q̄ turpiter uulgarē de diis opinionē cōfirmat dicens. Aliorum autē dæmonum generationē cognoscere ac dicere maius quoddā opus est q̄ nos ferre possimus. Sed credendū est his qui iandiu dixerunt qui deorum nepotes sunt: & ut aiūt clare ꝓgenitores suos nouerūt. Non enī possibile est deorū filiis īcredulos esse. Nam & si nullā necessariā aut uerisimilē afferāt demōstrationē: tamē quia sua se narrare affirmant leges patrias sequētes credamus: propter hæc & cætera huiusmodi is philosophus nobis quoniā secū ipse dissidet relinquēdus est. Nam qui poetas poetarumq3 fabulas in libris de legibus contemnit: quinq3 mentitū illū ait q primus fingere ausus fuit ea cælum fecisse quæ ab Hesiodo scribūt cæteraq3 huius: quomodo nunc deos & deorum nepotes Saturnum Ioue Iunonem & cæteros appellat!

D hæc quom mediam rationalium naturam nō absq3 ortu sed genitā scriptura prædicet: ex qua per lapsum genus dæmonū esse confirmet: atq3 ideo nullo modo angelorum aut dæmonū aliquē

deum appellet: quoniā nec natura īmutabiles sunt: nec a se ipsis: sed a prima causa tam esse q̄ bene esse īmortalitatemq̨ cōsequant̄: Plato īcorporeas quidem has ītellectuales substātias & rationales similiter asserit. Sed primum nō recte nō genitas tam ipsas q̄ omnem animam opinat̄: deinde quasi natura defluxisse a prima causa: & ita cōstitutas esse cōtendit. Non enī omnino a nō ente simpliciter factas arbitrat̄. Quare plurimoꝝ deoꝝ genus quasi defluxus quosdā ac emanationes primæ causæ & secūdæ ut ipse dicit nobis ꝓponit hos natura bonos esse: nec posse a ꝓpria uirtute labi: ac propterea deos esse affirmat. Genus autē dæmonum aliud quoddā facit quod omnis nequitiæ ac ī peiora mutationis capax esse dicit. Horū alios bonos alios prauos & eē & apellari: hæc a scriptura iudæoꝝ idest a ueritate ipsa alienissima sunt. Sed unde sibi hoc genus dæmonū constitutū est? Nemo enim mētis cōpos a corporali materia quæ irrationalis est rationalē naturā dæmonū unq̄ cōstituet. Quod si etiā ipsi emanationes quædā sup̄ioris naturæ sunt: unde igitur nequitia in his posterioribus: quæ a primis eo anarūt nata est? Quomodo autē amaritudo a dulcedine processit? Nā si praui dæmones oēs tenebras & omnē amaritudinē malignitate superarūt: quomodo ex defluxu melioris naturæ ortū habuerunt? Ex qua si emanassēt nō mutari ꝑfecto ad peiora potuissēt: Si uero mutati sunt nō emanarunt certe ab īpassibili natura. Quod si neq̨ a sup̄iore natura defluxu quodā emanasse ipsos ratione confiteri cogimur: nec a corporū materia productos sequit̄ nō genitos esse: & sic ad corpoꝝ naturam nō genitam tertiam quandam naturam absq̨ ortu cum deo uniuersi collocare uidetur. Ita nō erit sibi deus creator ac pater oīm: Sed de his satis dictum est.

Vnc de animā quid sentiat uideamus. Iā igitur quom īmortalē hebræis similiter scripserit: ac ad dei similitudinem formatam putauerit: substantiā eius tamē ex indiuisibili cōstare cōtendit. Dicit enī in Timæo generatiōe atq̨ uirtute priorem corpore quasi dominā animā eē ꝓductā hoc modo. Ex indiuisibili substātia īquit quæ semꝑ eodem modo se habet & diuisibili tertiam quandā substantiam inter hæc extrema cōstituit: & quod multo peius est diuinā illā īcorporeā rationalē deoq̨ similē animā ad asinos lupos formicas apes cæterasq̨ bestias descendere asserit: & huic opinioni absq̨ demōstratione ab q̄ cæteros adhærere hortatur. Vsq̨ adeo inquit ī libro de anima errāt

quouſqꝫ cupiditate corporis rurſus corpori copulentur. Talibus aũt
copulãtur quales mores prius ĩ hac uita comprobarũt. Nã quæ uẽtri
atqꝫ turpitudini deditæ fuerant aſinoꝝ & ſimilium beſtiarũ corpora
ingrediunť: quæ rapaces atqꝫ tyrannicæ luporũ atqꝫ accipitrũ corpa
ingrediuntur: quæ populares fuerant & uulgarem modeſtiam atque
iuſtitiam conſuetudine cõmuni nõ philoſophia & mẽte approbarũt
uel formicarum uel etiam hominum rurſus accipiunt corpora. Et in
phædro ad idem inquit Vnde ſingulæ animæ uenerunt ad decẽ uſqꝫ
annorum milia nõ reuertuntur. Non enĩ alatæ pennatæqꝫ fiunt ante
hoc tempus niſi ſedulo philoſophatæ fuerint: aut quom philoſophia
puerorum indulſerint amoribus. Iſtæ autẽ ter deinceps ſi hanc uitã
elegerint poſt mille annos circũuoluuntur: & ſic alatæ atqꝫ pennatæ
in tribus annorũ milibus tandẽ perueniunt: aliæ uero poſtq̃ hãc uitã
exierint aut ſub terra damnatæ puniuntur aut in cæli aliquem locũ
leuatæ cõgruẽter huic uitæ cõuerſanť: & poſt mille ãnos ad quãcũqꝫ
uitã elegerint utræqꝫ reuertuntur. Deſcendunt enim etiã in beſtiaꝝ
corpora: & ex iis alia periodo rurſus corpora hominum ingrediũtur.
In libris aũt de republica ab Orphei diciť aĩa cygni uitam muliebris
odio generis quoniã a fœminis occiſus nolebat fœmineũ rurſus uteꝝ
intrare electam fuiſſe: Sed cygnus ait humanam uitam elegit. Hæc
cæteraqꝫ huiuſmodi ſcribẽs nõ hebræos: ſed ægyptios ĩ hoc fuit ſecu-
tus: quod certe nõ feciſſet ſi ueritatis eſſet amicus: quam falſitatẽ nõ
grauaremur refutare ſi ratione aliqua niteretur: Nunc uero quoniã
ipſe ſibi diſſidet relinquať. Nam ut alibi oſtendimus impias animas
apud inferos æternaliter puniri ſcribit. Et ex his quæ mõ diximus ex
ſententia ſua corpus eligere aſſerit. Pias autẽ in ſempiterna in ĩſulas
beatorũ ꝑfectas fœliciter uiuere in aliis & ĩ gorgia ſcripſit. Quomõ
igiť in corpora redeunt? Sed hoc quoniã manifeſte falſũ contẽnendũ
potius eſt q̃ refutandũ. Illa uero ſua opinio qua rationalẽ animam ex
diuina & ex paſſiua quadam atqꝫ irrationali compoſitã eſſe arbitrať: a
multis etiam platonicis ſpreta neglectaqꝫ eſt. Seuerus enĩ platonicus
in libro de anima his uerbis hanc poſitionem Platonis aggreditur. Si
ex paſſibili atqꝫ ĩpaſſibili ſubſtãtia diuinitus anima conſtituta ẽ quaſi
ex albo & nigro medius quidã color: neceſſe eſt tempore diſſeparatis
extremis eam penitus diſſolui: Quare non immortalis ſed mortalis
anima erit: conceditur enim quæcunqꝫ natura ſine contrario nõ ſunt
ſpacio tandem temporis diſſeparari. Si ergo anima quoqꝫ ex ĩpaſſibili

atq; passibili substantia facta est: necesse est quēadmodum siccum ab humido: calidū a frigido: leue a graui: dulce ab amaro: albū a nigro: Sic & ipsā tempore distrahi soluta contrariorū cōpagine: quom unū quodq; ad naturā suā necessario tendat. An nō uidemus quod graue est q̄uis a leuiore uictum eleuet: deferri tamē & ascendendi tarditatē atq; difficultatē leuiori cōiunctione afferri sua! Ac similiter leue q̄uis deferri cogat ad superiora tamē niti! Quæcūq; enī a duobus cōtrariis cōiuncta sunt impossibile est eodem modo semper manere. Sed nō ē certe anima hæc duobus contrariis cōposita: sed simplex natura atq; incorporea: Vnde Plato recte īmortalem eam putauit. Verū quoniā ex anima & corpore constare hominē ab omībus dicitur: ac passiones quæ nobis sponte: cōtraq; accidunt animæ passiones esse dicunt. Hoc signo multi seducti passibilem substantiā eius corporalē mortalemq; opinati sunt: Plato uero impossibili eius naturæ possibilē substantiā annectere coactus ē. Quod autē aliter se res habet a uirtutibus ipsius animæ actiuis conabor ostendere. Hæc de anima sufficiant.

E cælo uero ac stellis q̄uis a pr̄e oīum hebræis similiter ꝓductas asserat quasi deos: tamē cælestes cūctas colendas consulit: sic ī epimenide dicens. Cælū inqt sicut oēs alios dæmones atq; deos honorare oportet: & uota ipsi apprime facere. Et post pauca deos uisibiles maximos colendissimos perspicacissimos ac omnino primos stellarū naturā dicendum est: deinde dæmones colendi sunt. Quomodo aūt si hæc oīa facta sunt ut ipse alibi testatur sicut in supioribus diximus deorū cultu honoranda sunt! quom ille solus creator omniū secundū ueritatē scripturæq; auctoritatē colēdus sit! hæc pstringere placuit ut uideas q̄rectissīe a nobis hebræoꝝ scripturā platonica philosophia præpositam esse: Ex his autem quæ nos scripsimus facile unusquisq; cætera cōperiet quæ tetigīus nō ut Platonē accusemus quē sūmope admiramur: sed ut ostēdamus q̄to ipse distat a Mosaica & ꝓphetica ueritate. Nam si quis accusare uellet multa certe in eo īuenire posset qualia sunt quæ de mulieribus in libris de republica scripsit.

Vorum nonnulla referre alienum nō est. Forsan inquit si quid præter consuetudinē dixero ridiculū tibi uidebitur. Quid enī insolitatius q̄ mulieres in gymnasiis nudas nec solum iuuenes sed etiā anus cum uiris luctantes uidere! Et subiungit. Si quis autem irridebit

quoniam gratia uirtutis unde mulieres exerceāt: is q̄ utilis ſit res iſta nō intelligit. Similia & in ſeptimo de legibus præcepit. Lex enī in ea īquit quæcūq; maſculis tribuit eadē etiā mulieribus exercitia tribuit. Nec unq̄ ipſe dixerim equitare armaq; mouere ita uiroꝝ eē ut a mulieribus aliena ſit. Hæc longe remota a uera hebræoꝝ diſciplina quis non uiderit! Non enim non dico mulierum: ſed nec uirorum quidem uiribus abſq; nutu diuino præclariſſime res gerūtur. Niſi enim deus īquit edificauerit domum in uanum laborauerunt qui ædificāt eam. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra uigilat qui cuſtodit eā: Mirabilis aūt ille philoſophus ī gymnica mulieres certamina deducere non ueretur. Mulieres inquit adoleſcētulæ nudæ curſu & eqs certent. Quæ uero quartū decimū ānū exceſſerūt amictu cōueīenti ueſtitæ ī certamine rurſus deſcendāt: ī aliis quoq; certaminibus quæ ad uiros ſpectant: ut ī luctatione & iactu lapidum in arcu & funda & ſimilibus non uiros ſolum: ſed etiam mulieres abhibere præcipit. In ſolennitatibus etiā nudas in ſexto de legibus adoleſcentulas cū nudis iuuenibus tripudiis ſallire iuſſit. His illa quæ ī libris de republica de communitate mulierum dicta ſunt addenda mihi uident. Lex inquit ponēda eſt ut mulieres uiris omnibus communes ſint: nullaq; cū uno ſolūmodo habitare poſſit: hoc enī modo filii quoq; cōmunes putabūt nec pater filium ſuum: nec filius patrem cognoſcet. Et poſt pauca nō tamē q̄buſuis mulieres cōmuniter ſubiicimus: ſed poteſtati principiū totam rem committēdam arbitramur: ut quemadmodum pecunias publicas digne diſtribuūt: ſic mulieres quoq; fortibus uiris & utriſuq; dignitate tribuant. Multa huiuſcemodi ſunt apud eū: īmo multo etiā turpiora quæ negligēda potius q̄ ſcribēda duximus. Sed ut q̄tū diſtet mens humana q̄uis præcipui philoſophi a mente moſaica quæ diuinitus docebat apertius uideas leges Platōis de cæde cū moſaicis conferas.

Vodcunq; inqt deus de furto & de fure dixerit: id diligenter ciuitas oraculū dei ſecuta faciat. Et ſi quidē liber aliqs iudiciū fecerit gloriam uirtutis aſſequatur. Si uero ſciens non dixerit infamis eſto. Seruus ſi qd indixerit publice domino eius pecunia referat: ipſe autē liber ſit. Si uero ſciuerit & obticuerit morte ſupplicium luat. Morte crudeliſſime iudicio quidē meo nō īdicentē puniri præcipit: quū eos q furta homicidiaq; commiſerunt uiuere patiat: ac a domino interfici ſeruum pro nihilo putet. Purgetur inqt ſi quis ſeruum ſuū

occiderit: Si uero ira concitatus alienū obtruncauerit duplū domino reddat. Si quis autem liberum hominem non præmeditatione atque insidiis sed repente ira cōmotus interemerit: quom ea fecerit quæ illi faciunda sunt qui absq; ira occiderit: duobus ad domandā irā exulet annis: qui uero īsidiis hominem excæpit hic & alia similiter faciat & exulet nō duobus sed tribus annis: q̄p si post exilium rursus hominem īterfecerit ꝑpetuo exulet. Parentes si filiū uel filiā interfecerīt tribus exulent annis: quomq; redierint conuersari iure simul nō ꝑmittantur. Vir autem si uxorē aut econuerso necauerit triēnio similiter exulet: quumq; redierit cum liberis suis nō conuersetur. Frater si fratrē: aut soror si sororē similiter. Quod si frater ī defensione principis fratrē quasi hostem interfecerit mundus sit: similiter quēcunq; aliqs se ipsū defēdendo trucidauerit mundus sit præter q̄ si seruus pro defensiōe sua liberū īterfecerit: de quo ea statuimus quæ de paricida q parētes scilicet īterfecerit dicta sūt. Hæc si mosaicis cōferas humana uidebūt ad diuina cōferri. Si quis inqt percusserit sponte hominē: & ꝑcussus decesserit morte moriatur. Sin uero nō sponte percusserit loca dabo quo fugiendū est. Si quis dolo atq; insidiis hominē interfecerit etiam ab altari si illo refugerit ad mortem rapiatur. Qui patrem aut matrē uerberat moriatur. Si qs in iurgio lapide aut pugno ꝑcusserit hoīem si homo nō morietᷣ damnum & medicamenta restituet qui percussit. Si seruus aut serua in manibus domini dū ab eo uerberetur interierit ultione dominus uindicabitur: si uero diem unū uel duos supuixerit nō uindicabitur: argentum enī eius est. Si quis serui aut seruæ oculū eruerit libertatem ei pro oculo dabit. Hæc Moyses. Illa etiā nō est ab re audire: quæ de rebus minimis īhumaniter Plato sancit. Si quis īqt ficus aut uuam absq; consensu patroni accæperit quoniā quæ sua nō sunt accæpit damnetur. Quod si seruus quispiam fecerit ꝑ singulas ficus atq; racemos æq̄lia numero uulnera patiatᷣ. Hæc certe magnifi-ca mente Platonis digna nō sūt. Sed audi modo uicissī atq; cognosce q̄ humanissime atq; diuine Moyses. Si introiueris inqt in uineā ꝓximi comedes uuam & īplebis animā tuā: nihil autē exportabis: & rursus si in messē proximi tui ueneris nō īmittas falcē: sed spicas in manibus tuis colligas: si metendo manipulū oblitus fueris ī agro nō reuerteris ad accipiendū: inopi relinquas ut benedicat tibi dominus deus tuus. In uindemia nō reuerteris ad uindemiandū iterum: Inopi erit si quid relictū est. Innumerabilia in Platone sunt quæ reprehēdi possunt: sed

ea quæ dicta sunt satis multa esse opinor ad ostendendum iure nobis iudaica Platonis anteferri.

VNC. Aliorũ quoq; philosophoꝝ sectas ĩmo uero nugas compendiose ponamus: quorũ errores nõ a me ipso: sed cõtradictiõe & pugna ĩter eos mirabili cognosces: quos quando ĩter se aut cũ aliis cõparo nõ facile negauerĩ illos claros fuisse uiros. Quãdo uero hebræoꝝ theologis atq; philosophis cõparo: & doctrinam doctrinæ illorum cõfero: caduca & friuola omnia quæ philosophi excogitarunt mihi uident nec mirum. Illa diuinitus edita sunt: hæc humanitus.

Deo ut nõ simus accusãdi si græcorum doctrinam despicimus & hebræorum scripturam amplectimur: Nam operæpreciũ ẽ ad hanc præparationem euãgelicam diuersas atq; inter se contrarias multaꝝ ĩ philosophia hæresum opiniones uidere: ipsosq; philosophos uerbis ambitiose sibi ipsis pugnantes. Plato enim ille omnes qui ante ipsũ fuerũt reprehẽdere acriter solebat: Platonẽ deĩde ac Platoĩcos alii ĩcreparũt: & ipsi peripateticos ꝓsecuti sũt: & peripatetici rursus eos nihil scire nihilq; dicere putabant. Stoici ab aliis deridentẽ: & ipsi cæteris illudere nõ uerentur. Ita ut iam non lingua & calamo solum ueꝝ etiã manibus præliũ gerãt. His Pyrronẽ Aristippũ Metrodorũ Protagoram Xenophanẽ Parmenidemq; addemus: nec uoluptatis defensorẽ Epicurum prætermittamus: hos omẽs ita redarguemus ut alterius armis in alterũ utamur. Sic enĩ inutilis esse disciplina ipsorũ ac luce clarius uidebitur: nõ dico hæc quia græcos odio habeã: aut q̃a eloquentiam eorum cõtemnam: Sed quia falso accusari reprehẽdiq; me uideo: quod falsam ac fabulosam hebræoꝝ scripturam elegimus: Quomodo enim falsa est hebræorum doctrina qui ab initio humanæ uitæ ueram philosophiam & pietatem & inuenerunt & intemeratã cõseruauerũt! q nihil unq̃ addiderunt aut detraxerũt his quæ summi uiri scriptis ediderunt! Principio enĩ sapientissimus ille Moyses quẽ omnibus græcis multo antiquiorem ĩ superioribus demonstrauimus nihil omnino ex his mutauit quæ sincera suorum maiorum theologia

tradidit: præterq̃ quod uiuendi diſciplinam temporibus atq; hoĩbus illis cõgruam diuinitus ſanxit: & qui multis ſæculis poſt eũ uixerunt prophetæ nec unicum quidẽ uerbũ aut moſaicæ legi aut theologiæ priſcorũ a Moyſe cõſcriptæ incõgruens minuſq; cõſentaneũ dixiſſe inueniuntur: Chriſtiana quoq; ueritas a ſcriptura iudæorũ profecta ita ei cõgruit ſi recte intelligitᷣ: ut nulla repugnãtia excogitari poſſit: Talia igitᷣ noſtra ſunt una ſententia una uoce a primis q ante Moyſẽ fuerunt: a mediis qui fuerunt a Moyſe uſq; ad chriſtum rutilarunt: a nouiſſimis diſcipulis dico chriſti qui uerã pietatẽ ideſt Saluatoris nr̃i doctrinã uirtute ac gratia ipſius connixi in lucẽ ediderũt: prædicantᷣ ac confirmantur. Vniuerſumq; orbem magis in dies florentem fide cõſpicimus: nec imperatoꝝ edicta: nec hoſtium inſidiæ: nec inimicoꝝ gladii præualere potuerũt. Gẽtiũ uero præclara illa philoſophia quẽ unq̃ fructũ produxit! Nam quemadmodũ qui ante Platonẽ fuerunt ab ipſo derideãtur mox ipſius Platonis uerbis audies. Protagorã enĩ Heraclitum Empedoclem & Parmenidem iccirco redarguit: quia diſſentiẽtes ĩter ſe manifeſte uidentᷣ: q̃uis Protagoras omnino impius q nullũ eſſe deũ opinatus eſt. Sic enĩ in libro de diis edito ab eo ſtatĩ incæpit. Neſcio inqt ſi dii ſĩt: nec quali forma ſint cognoſcere poſſũ. Democritus uero q Protagorã docuit principia rerũ inane ac plenũ eſſe dicebat: plenũ ens & ſolidum uocabat. Inane uero ac uacuum nõ ens: aſſeritq; nõ magis ipſum ens eſſe q̃ nõ ens. Ab æterno enim inqt ĩ uacuo cõtinue atq; uelociter entia mouẽtᷣ. Heraclitus uero prĩcipia rerũ ignem putauit: ex quo uniuerſa fieri: & in quem reſolui uiciſſim arbitratus eſt: tempuſq; reſolutionis omnium in ignem determinatũ eẽ ait: & generationis ex eo ſimiliter. Hi oẽs cũcta moueri aſſeruerũt Parmenides autẽ eleata unum eſſe uniuerſum affirmat nõ genitum neq; mobile pilæ quoq; figura conglobatum. Hunc melliſſus audiuit: ac eũ in omnibus ſequitur. De quibus omĩbus hæc Plato in theeteto cõſcripſit. Ex differentia inquit ex motu & ex mixtura ad inuicẽ oĩa fiunt quæ eſſe dicimus nõ recte appellantes. Nunq̃ enim aliquid eſt: ſed ſemꝑ fit: & de hoc oẽs philoſophi præter Parmenidẽ conueniũt. Protagoras dico Heraclitus Empedocles & utriuſq; poeſeos ſummi poetæ comœdiæ qdẽ Epicharmus Homerus autẽ tragœdiæ: q quom oceanum generationẽ dicat deorum omnia fluxu atq; motu ꝓducta eſſe uoluit. Et paulo poſt heracliti ait q ĩ epheſo ioniaq; philoſophari uidentᷣ nullo modo curauit quiete aliquid interrogare ac reſpondere

etsi qd ab eis quæsiueris enigmata quædā uerba quasi sagittas ex arcu ꝓiiciunt: quorum si rationem quandā aut significationem quæsiueris alio percutieris enigmate: nec quicq̄ cū eis efficere poteris. Quippe nec ipsi secū firmi unq̄ aliqd dicūt: Immo id apprime studere uidēt: ne quid certi aut in uerbis aut in animis eorū insit: & subiicit. Ab istis igit̄ nihil unq̄ discemus: sed ipsi nos cōsideremus: quod ab antiqoribus accæpimus occultius ab illis ac poetice dictum ꝙ oceanus & fluxus generatio rerum est: quia nulla res prorsus stet atque quiescat: quod posteriores apertius adeo dixerunt: ut iam etiā coriarii fabriq; omēs recte se tenere philosophiam putent: liberatiq; ab errore uideant̄ qa falsum esse cognoscāt alias rerum quiescere alias moueri. Omnia enī moueri a præclaris illis philosophis didicerūt: quos magnis laudibus ꝓsequuntur. Fere autē oblitus sum o Theodore illorum q uniuersum īmobile esse contendunt. Melissus enī & Parmenides & quicūq; eos sequuntur spernentes illos stare omīa quiescereq; affirmāt. Ipsū enī inquiunt uniuersum nō habet locum in se ipso quo moueatur. Quid igit̄ nos in medio istorum intercæpti o amice dicemus! nisi magno aīo defensi effugiemus quemadmodū in palæstra nō nulli intercæpti alii ab aliis simul tracti pereunt: Sic nos in cōtraria isti trahentes penitus lacerabunt. Hæc in Theeteto. Sed uideamus rursū quæ de prioribus philosophis in sophista scripsit. Facilia quædam Parmenides inquit locutus est. Et quicūq; de prioribus iudicare de entibus quot & quæ sint uoluerunt fabulam quandam quasi pueris nobis narrare mihi uident̄. Alius enī tria entia dicit esse: & modo īter se pugnare: modo alterū ab altero fieri: coniunctiones quoq; partus & educationes q̄si filiorum confingit: Alius duo faciens humidum uidelicet atq; siccū aut calidum & frigidum in unum copulat & producit. Genus autē eleaticū a Xenophane & ante ipsum incipiens oīa unū esse affirmat Iades uero quidam musæq; sicelides coniungendum ita putarunt: ut diceret̄ ens & unum & multa esse sed amicitia & inimicitia differre Distractū enī ens sēper aiunt ferri per contentionē illi qui intēsiores musas coluerunt. Remissiores uero sic semp se habere negarūt: Sed modo quidem unum esse aiunt uniuersum ex uirtute Veneris amicū sibi atq; conueniens: modo autē multa quum ipsum sibi ipsi propter contentionē repugnet. Et post pauca: Quidam autē inqt sunt inter quos gigantum bellum assiduū geritur. Alii enim quicquid manibus comprehendit̄ tactuq; sentitur: id solum esse contendūt corpus atq;

ſubſtantiã idem omnino eſſe affirmãtes. Alıı eis illudũt ꝙ ſeparatas a corpore ſubſtãtias eſſe aſſerunt. Dicunt enĩ quidã intelligibiles atꝗ incorporeas ſpecies uerã eſſe ſubſtantiã. His aliiſꝗ huiuſmodi uerbis omnes qui ante ipſũ fuerunt Plato deridet. Qualem enĩ ipſe de rebus opinionẽ habuit in ſuperioribus explanauimus quum a iudaica ipſũ ſcriptura accæpiſſe plurima probaremus. Sed ſucceſſores etiã eius in medium adducamus.

Latonem igitur ferunt in academia primũ docuiſſe: ac ideo & academicam philoſophiam uocitatam fuiſſe. Poſt illum uero Speuſippũ ex ſorore nepotẽ Platonis: deinde Xenocratẽ Polemona docendi uices ſuſcæpiſſe: qui poſt mortẽ Platonis nouis opinionibus ilico academiam replerunt. Ita ſincera Platonis doctrina una cum eo extincta: Contentiones nanꝗ ac pugnæ poſt eum inter philoſophos coortæ uſꝗ ad hodiernum diem maximopere uigent. Pauciſſimi enĩ ĩmo uero duo uel ad ſummũ tres ĩ tanto ſpacio tẽporis ueri Platonici ſunt reperti: Nec tamẽ etiam ipſi adumbrata cauillatione omnino alieni. Polemoni Arceſilaũ aiunt ſucceſſiſſe: q fertur platonicã omĩo philoſophiam commutaſſe nouamꝗ quandam conſtituiſſe: quoniam nihil comprehenſibile ſit: & in utranꝗ partem rationes æqualiũ ſint uirium: ſenſus quoꝗ fallaces eſſe: rationemꝗ nullam omnino firmã fieri. Vnde illud heſiodicum

Mens cælata latet homines haud cognita cuiquam:
Atꝗ ipſam ſecum dii detinuere latentem.

Summis laudibus efferebat. Poſt Arceſilaum autẽ Carneades atꝗ Clythomachus priorum philoſophia cõtempta tertiam inſtituerũt Academiam: Quartã Philon & Acharmidas: Quintã quoꝗ nõnulli dicunt Antiochum induxiſſe: hi quidẽ ſucceſſores Platonis fuerunt: quorũ philoſophia qualiſnã fuerit ſi quis diſcere gliſcit Numenium audiat: q in libro de diſſenſione academicorũ a Platone hæc ſcripſit: Speuſippus ĩqt Platonẽ: Xenocrates Speuſippũ: Polemõ Xenocratẽ in acamedia ſecutus eſt: q in omĩbus fere mores Platonis & dogmata permutabãt præterꝗ ꝙ hæc nobilis incomprehenſibilitas nõdũ illos inuaſerat. Ita ſtatim poſt illum aut ignorãtia aut alia quadã de cauſa Platonis philoſophiam contempſerunt. Nolo enĩ amore Xenocratis id dicere: ĩmo uero Platonis gratia dicã: Doleo nãꝗ quia philoſophiã & uitam Platonis imitati non ſunt. Nam & ſi non erat melior magno

illo Pythagora: forsan tamē etiā peior nō fuerat: quē qdē Pythagorā discipuli eius diligēter secuti maiorē doctori suo acumularūt honorē: quam rem q̄uis utinā nō fecissent studiosissime imitati epicurei sunt: qui quom sapientē putarīt epicurum fuisse multis post eū tēporibus nihil penitus aut illi aut alter alteri contrariū dixerunt: sed īpietatis crimine inquinatus uidetur: q noue aliquid dicere audeat. Ita magna quædā īter eos cōcordia est: similisq̃ ē epicuri secta disciplinæ ciuili: Quippe quom sine seditione summo cōsensu sic agāt ut unā mētem unamq̃ sententiā habeat: Itaq̃ firmiter atq̃ concorditer Epicurum defendunt: ut etiā in posterum secuturi uideant. Stoica uero statī ab ipsis principiis factionibus plena nondū quieuerunt: Suntq̃ īter eos adeo diuisi ut alii magis alii minus se stoicos esse fateantur. Plato aūt pythagoricus certe fuit: nec ignorabat Socratem tres deos posuisse imitatione Pythagoræ: quod & ipse secutus eo mō conscripsit ut nec usitate nec clare dixerit: sed inter manifestū atq̃ occultum sententiā suā cælauerit: nō inuidia quadā neq̃ maliuolentia: sed rerū dignitate cōmotus. Hoc igitur considerantes separare ipsū omnino debemus ab Aristotele atq̃ Zenone: & quē academia sua diuisa ē ab ea quoq̃ ipsum distinguimus: ac ipsum in se ipso considerantes pythagoreū appellamus. Sed nūc furiosissime & huc & illuc & totus & ꝑ singula mēbra trabitur uir īter pythagoram & Socratē medius. Sublimitatē nanq̃ illam Pythagoræ ad humanitatem deduxit. Humile uero atq̃ deiectū Socratis ad grauitatē reduxit: ac ita pythagora popularior atq̃ cōmunior: Socrate uero grauior uisus ē. Sed redeamus illo unde nobis defluxit oratio. Polemona igit̄ Arcesilaus & Zenō audiuerūt: q̄uis Zenon ante q̄ Polemo doceret Xenocratis etiā fuerat auditor: qui etiam cratetem cynicum in nonnullis imitatus est. Sed Stilponē quoque & heraclitios est secutus. Nā quō Zeno & Arcesilaus Polemona simul audirēt disputādi ābitiōe cōcitati quotidie pugnabāt: Ita Zeno heracliti Stilpōis & Cratetis auxilio nixus īsignis pugnator a Stilpōe factus & austerus ab heraclito: cynicus a cratete: arcesilaus uero Crantora platonicū & Diodorū & Pyrrona in subsidiis tenuit: & Crantor quidem credibilem eius effecit orationē: Diodorus uero sophisticam: Pyrro autē mutabilem eum fecit & transfugā & omīo nihil. ūde dicebat̄ de ipso ꝙ ex āterioribus eēt Plato: ex posterioribus Pyrro: ex mediis Diodorus. Hic subtilitatibus Diodori qui acutus dialecticus erat: & pyrōis rōcinatiōibus platonicā eloquētiā foedauit.

& modo hoc modo aliud dicēs: hinc illo & illic huc facile tanq̄ nihil sciens uoluebatur. Scire tamē multa eloquentiæ umbra uidebat: nec unq̄ fuit in eo ut unum & idem bis diceret: nec putabat ingeniosi eē uiri in eisdem permanere. Cauillator igitur summus uocabat: quom ita se his quæ dicebāt dare ad aptareq; sēp fuerit præmeditatus: Vt quom ipse nihil sciret nec alios scire quicq̄ pateret. Terebat enī oēs turbabatq; sophismatibus gaudebatq; ac gloriabat fœditate illa mirifice: qa nihil tpe nihil honestū nihil bonū nihil malū cognosceret. Sed si quid primo turpe dixerat repēte cōmotatus pluribus conabat rationibus quæ prius astruxerat cōfutare. Erat igit hydra capita sua proprio ense amputans: nec aliquid habens utile nisi quod libēter & audiret & uideret. Nam & facie benigna & ore rotundo & suauibus erat oculis præditus: quæ nō repente arripuit: sed aptus ad hæc nata exercitatiōe quoq; ab initio firmauit. Audiuit enī puer Theophrastū mitem uirum nec a cupidine alienum quoniā formosissimus erat. Ipse postea crātori fuit amatus: & diodori cauillatoria naturæ cōmoditate breuissime secutus: Pyrronē quoq; fuit imitatus: ī cuius sentētia q̄uis Pyrronicus appellatus nō sit permāsisse uidet: Aperte nāq; Mnaseas Philomelus & Timō sceptici suū ipsū idest scepticū fuisse affirmāt. Verū enī & falsū & uerisimile ipse quoq; ut illi destruebat. Pyrronicus igit re nō nomīe fuit: sed Crantoris pudore a quo amabat nomine non re academicus erat. Magna igitur pugna inter Arcesilaum atq; Zenonē fuit: & alter in alterū & dicendo & scribendo impudenter ferebantur: q̄uis Zeno non melius faceret q̄ Cophisidorus orator q quom grauiter ferret Isocratem quē audiebat ab Aristotele premi dicebat scribebatq; nō in Aristotelē quidē ut putabat: sed ī Platonē a quo alienus nō erat. Nā quom Aristotelē nullo modo intelligeret: putaret autem quoniam Platonem Aristoteles audiuerat platonicū illum esse: bellum quidē indixerat Aristoteli. Platonem uero & eius dogmata quæ tamē nesciebat reprobare conabat: putās nō Platonis dogmata: sed Aristotelis refutare. Ita magnus ille orator non eum pcutiebat cui bellū indixerat: sed eū quo cum pacē habebat. Sic igit & Zeno Arcesilao pugnans Platonē lacerabat. Nō enī erat forsan nescius eoꝝ quæ Arcesilaus dicebat. platōica uero penitus ignorabat ut a libris suis manifeste colligitur. Ita quem nō debebat impudēter exagitabat: & quē debebat minime tāgebat: & certe si platonica nō oppugnasset dogmata bonus meo iudicio fuisset philosophus. Sed de

hac re latius ſi ocium erit: utinã autẽ nunq̃ mihi tantum ſit ocium ut ad huiuſmodi res non ioco ſed ſerio reuertar. Studebat igitur Zeno Arceſilai oĩa dicta refutare: ac maxĩe incõprehenſibilitatẽ qbuſcũq; poterat argumentis aggrediebatur: quorꝫ Arceſilaus alia depellebat alia ſuccidebat alia ſupplantabat. Ita contra dicentes deiiciebat & auditores in ſtuporẽ uertebat facile putãtes nõ uerbum nõ operã nõ paſſionem non quicq̃ aliud eſſe magnum aut paruum niſi ꝙ pitanæo Arceſilao uideret. Illi uero nil prorſus uidebat̃ ne affirmabat quicq̃: ſed uerbis ſolũmodo ꝓnunciando terebat. Lacydes autẽ q Arceſilao ſucceſſit oeconomicus appellatus eſt: quia rei familiaris magnã curã habebat: manibus cuncta ꝓpriis negocia ſua gerebat nõ paupertate oppreſſus nec ſeruis indigens: ſed quia ĩmo uero cauſam unuſquiſq; pſe ipſũ excogitet. Ego uero illud ſuauitatis gratia breuiter pſtrĩgã: quo maximo argumẽto uſus nihil penitus ab hominibus comprehẽdi poſſe putauit. Solebat ſemp ĩ ſeruorũ abſẽtia penu claudere: clauẽq; in loculo depoſitam obſignare: aulumque quo diligenter ſignauerat ſubtili filo ligatũ per paruulum quoddã ianuæ foramẽ intro iniicere Quum autem ſibi aperiendum erat retracto per filum anulo clauiq; reſignata ac rurſus ſimili mõ & claudebat & aperiebat: Quã rẽ quũ aſtutia ſeruorũ pcæpiſſet abſẽte Lacyde aperiẽtes clanculũ uniuerſũ penu prout animus eorũ ferebat conſumebãt exportabãt fundebãt. Lacydes autẽ quũ & ſignacula quæ fecerat ĩtegra ĩueniret & anulũ ut dimiſerat: penu autem manifeſte diminutũ: putauit hoc illud eſſe quod apud Arceſilaũ de incõprehenſibilitate reꝝ quod nihil uidere nihil audire nihil deniq; intelligere ſincere ac uere poſſumus: audiuit diſputari malitia quoq; ſeruorũ nihil uere cerni ſcireq; poſſe ab ipſo ſe audiuiſſe affirmabat: Quare confuſus nõ academicam ſed ſtoicam apud ſeruos diſciplinam profitebatur: Illi uero academicã incõpre/henſibilitatẽ ueram eſſe cõtendebant: Ita coactus Lacydes aliter ĩqt ĩ ſcholis diſputamus: aliter domi uiuimus diſputationibuſq; ac ſchola neglectis domum ſedens obſeruabat. Hæc de Lacyde dicta ſufficiãt Hũc audiuere quidem multi: ſed præcipuus omnium atque inſignis Cyrrenæus fuit Ariſtippus. Succeſſit autem ipſi Euander: poſt quẽ Carneades academici factus princeps gymnaſii tertiam conſtituit academiã. Is Arceſilai morem in diſputãdo ſecutus eſt. Nã ad utrãq; partem ita dicebat: ut omnia quæ aliis afferebantur refutaret: incõ/prehenſibilitatẽ tamẽ Arceſilai nõ probauit. Non enĩ eſſe poſſibile

dicebat hominē ita in omībus se retinere: ut nihil affirmet: esseq; nō paruam differentiam inter incertū & incōprehensibile: & cūcta qdē incomprehensibilia esse sed nō incerta. Is stoicarum quoq; rationum nō ignarus ambitione magis q̄ ueritatis amore stoicam philosophiam psequebať: De quo Numenius hæc scripsit. Carneades inqt pugnādi morem Arcesilai renouauit oībus cōtradicens: & huc atq; illuc nunc affirmādo nunc negādo uolubilitate orationis oīa distrahēs: quomq; rem nactus esset grauiorem ut maximus atq; uehemens amnis fluxu orationis atq; uorticibus contradicētes obruebat. Ita cæteros quidē nonnunq̄ ui argumentorum seducebat: ipse uero se ipsum quod in Arcesilao nō erat recte ītelligebat: quippe multo prius ille se ipsū q̄ auditores decipiebat. Carneades uero & pmulcebat & depopulabať nam furta quidē occulte latrocinia uero aperte irruens faciebat: mō dolo modo ui etiam præparatos præmeditatos etiam homines cōfundebat: Ita nullus ei resistere poterat: Sed erāt oēs qbuscū pugnabat multo īferiores. Carneadi aūt Clytomachus successit: Clytomacho Philon: de quo idē Numenius hæc pstrinxit. Philon quū Clytomacho successisset nimia lætitia cōfusus quasi gratiā habēs quæ illi uisa fuerant cōfirmabat: āplificabatq; ac aduersus stoicos cunctis uiribus armabať. Sed temporis spacio ueritate rerum coniuncta īcomprehēsibilitatis opinio fuit. Quare Philon quoq; ipse ne transfuga uidereť redargui magnopere cupiebat: huic Antiochus ī academia successit: q stoicū mnesarchū secutus Philoni præceptori nō paucis cōtradixit & aliena dogmata in academiā induxit. Hæc de successiōe platonica ab ipsis ut uides philosophis tradita sunt. Considera igitur altius oro falsitatem dogmatū & pugnas philosophorum: qui & si p uniuersum orbē amore ueritatis errauerīt: nullū tamen laboribus dignū fructū posteris transmittere potuerūt: sed nec ipsi magnā utilitatē cōsecuti sunt. Cultus enī idolorum & multitudinis deorū opinio quasi pestis omnia cōtagione sua inuaserat: quæ ipsos quoq; philosophos moribus ciuitatum ac legibus sacrificantes summerserat.

Ihil enī ueri de diis a prioribus accæperūt: sed suis cogitationibus cōiectura ducti de natura philosophanť: quod Porphyrius ī epistola ad ægyptiū Anebonem his uerbis fateť. Incipiam uero īqt a diis & dæmonibus bonis: de quibus plurima græcorum philosophi dixerunt: sed quæ dixerūt coniecturis præcipue nitunť. Et subiungit

magna pugna de his rebus apud nos ē. Humanis enim rationibus de bonis coniicimus:qui autem altiora hoc modo inuestigant quom peruenire nequeant quo proficisci uoluerint frustra philosophant.Idem ipse in libro ad Boethum de animae historia inquit.Cōmunis quidem hominum sententia īmortalē esse animam praedicat. Rationes uero quae a philosophis adducuntur faciles refutatu sunt. Nulla enī apud philosophos opinio ꝓpter cōtrarias rationes quas facile cōtradicētes inueniunt firma esse uidet: Immo uero etiā de his quae oculis cernūt nihil esse cōfirmandū multi opinati sunt: & in libro de responsis ipso Apollinis oraculo in testimonium citato seductos fuisse graecos: & ab aegyptiis chaldaeis & hebraeis ueritatem ut in superioribus diximus conspectā affirmat. Videmur ne igit accusādi nos qui seductas gētes cōtēpsimus: & hebraicae scripturae toto animo adhaesimus! Cur enī oportet nos philosophos audire ac magni quicq̄ ab illis uelle discere si coniecturis utunt: & uariis rationibus atq diuersis ī summā omniū dubitationem adducant! quod ut re ipsa uideas ipsoꝝ philosophorū de principiis: de diis: de uniuersi constitutione uarias immo uero cōtrarias sententias exponam.

I prius ostendero nihil astrologiam: arithmeticam: geometriā: musicamq (ipsi mathematicas disciplinasq uocant) quaeq nō ipsi inuenerūt: sed a barbaris accaeperūt ad inueniendā ut ipsi putāt ueritatem conferre. Nam si disciplinarum inquiunt cognitio animū nō formauerit: nullus recte philosophari nec deū cognoscere potest. Ita quasi deus ipse numeris teneatur: nos qui eas disciplinas nō admiramur pecudes esse arbitrant: nec magni aliquid posse nos ītelligere contendunt. Res autem ipsa ostendit multos apud graecos fuisse: īnumerabiles apud barbaros q̄ q̄uis has disciplinas optime tenuerint: nec deū tamē nec recte uiuendi normā cognouerūt: E contra multos sine illis pie simul atq sanctissime uixisse. Itaq Socratem quē merito omnes admirant nō magni has disciplinas fecisse Xenophon ī libro de dictis socraticis scribit. Docebat inquit q̄tum oporteat singularū rerum atq artiū habere peritiam. Nam tātum geometriae studēdū consulebat q̄tum sufficeret ad mēsurationē agrorū ac distributionē quod adeo facile dicebat esse ut si quis diligēter aīaduertat q̄ primū q̄titatē agri cognouerit mēsurationē ignorarī nō possit. Reprobabat uero tantam eius rei curā ac studium ut difficili figurarū cognitioni

inuigilare uelis. Nullam enim utilitatem in illa speculatione uidere se asserebat: nec erat geometriæ imperitus: sed a multis atq; utilissimis studiis etiã hominis uitã ad alienarũ considerationũ studia deducere nõ oportere putabat. Similiter astronomiã quoq; discendã cõsulebat ut dies ac noctes horas & mẽses & annos rectius pcipiamus. Quæ res ad iter agendum & nauigationes atq; custodias multaq; alia in nocte aut in mense aut in anno peragunt perutilis ẽ. Eousq; aũt astronomiã discere quousq; planetarũ motus: & distãtias eoꝝ a terra cõprehẽdas uehementer improbat. Nullam enim utilitatem etiã in hac re uidere dicebat: nec erat expers omnium istorum. Sed quom longa tempora spacia desiderant nõ conferre arbitrabatur utiliora relinquere & in his uitam conterere. Omnino aũt nõ esse curandum homini dicebat ut p cælestia corpora futuroꝝ quæ ĩ potestate diuina sũt cognitionẽ pquirat. Nec enim posse homines illa cognoscere: nec diis gratũ eẽ si quæ illi occultarũt ea tu diligenter inqras: posseq; facile ira deorũ in insaniã Anaxagoræ cadere: qui quom cælestium scientiã pfiteret in id amentiæ incidit ut solem ignem penitus putaret: Nec pspicere poterat facile nos ad ignẽ oculos erigere quum solẽ respicere nequeamus: nec corpora hominũ acriora fieri ab igne quemadmodũ a sole Nec cernebat omĩa quæ a terra germinant absq; solaribus radiis atq; calore cælesti crescere nõ posse: quæ omnia igneo calore languescunt ac pereunt. Logicam quoq; discendam ita consulebat ut magnũ eius studiũ multãq; operam ĩprobaret. Hæc Socrates apud Xenophanẽ: ipse autẽ Xenophon in quadã ad Aeschinẽ epistola hæc de Platone ac de his qui naturalẽ scientiam profitebantur scribit. Omĩbus inqt patet diuinas res cognitiõe humana cõprehẽdi nõ posse: quarẽ sufficit pie ipsos deos & ex animo colere: quales autẽ sunt nec inuenire nobis possibile ẽ: nec fas ẽ quærere: nec enĩ seruis cõducit: nec eis laudabile dixerim si dominorum suorum consilia nisi quantum ad ministerium suũ pertinet scrutari uoluerint. Quando enim o Aeschine Socratẽ quispiã audiuit de cælestibus aliqd corporibus dicere! aut ad subtiles linearum speculationes pdiscendas exhortari! Musicam enim ipsum scimus auribus solũmodo percæpisse: quotidie autem de fortitudine: de iustitia: de aliis uirtutibus disserebat. Hæc nanq; bona hominum appellare solebat. Cætera uero aut pcipi ab hoĩbus nõ posse: aut nõ lõge a fabulis distare Sophistarũq; ludis similia eẽ: hæc ille & cæteris cõsulebat: & ipse primus faciebat. Hi ergo qbus Socrates nõ placuit aut taceant aut ad id quod æquũ est redeãt. Socrati enĩ uiuo sapiẽtiã deus soli attestatus est: Qui uero eũ interfecerũt pœnitẽtiæ stimulos

effugere nõ potuerũt: Isti autẽ bona ægypti & ꝓdigiosã Pythagoræ sapiẽtiã adamarũt: & solida Socratis tenuitate cõtempta tyrannidẽ coluerũt: & tenuissimã uitã dapibus siculis cõmutare nõ erubuerũt. his uerbis Xenophõ platonẽ occultius pugnabat: Socrates uero apud ipsũ Platonẽ in libro de republica gymnastica musica & astronomia ita loquitur ut etiam Plato nõ multum istis attribuere uideatur.

[V] Erum ut facilius merito contemptam esse a nobis hanc inanẽ græcorum philosophiã cognoscas: nõ grauabimur altius uarias atq; diuersas ĩmo uero inter se contrarias philosophorum opiniones repetere. Assumam autem ea a libro Plutarchi quẽ de dogmatibus philosophorũ ĩscripsit. Tales ĩqt milesius de septẽ sapientibus unus principiũ rerũ aquã putauit. Is primus philosophari dicit̃ incæpisse: & ab eo ionicã philosophiã esse appellatã. Dic̃ t̃ aũt iunior ĩ ægypto fuisse: & in miletum senior rediisse. Inductus autem fuit ut ex aqua uniuersa primo esse diceret: & ĩ aquam demum resolui: quia sperma omniũ animaliũ origo humida substãtia est. Vnde uerisimile putauit hoc modo ex humido cũcta oriri: Deĩde qa herbæ ac plãtæ uniuersæ humido aluntur: & fructus ferũt: eius autem penuria languescũt ac decidunt: Tertio quia ignis stellarũ atq; solis & ipse mundus aqueis uaporibus alitur: quam opinionem Homerus quoq; approbare uidet̃ quom dicat oceanum qui omnium fuit origo. Anaximander autem milesius principiũ rerum infinitũ esse asserebat: & ex hoc oĩa primũ oriri: & in hoc tandem deuenire: iccirco infinitos oriri mundos atq; rursus corrumpi. Infinitũ autẽ esse dicit principiũ ne qd desit: neue generatio terminet̃. Errauit autẽ quia nõ aperuit infinitũ istud aerne an aqua sit aut aliud quoddã corpus: errauit etiã qa subiectã materiã dicens efficientẽ causã deseruit: Infinitũ enĩ nihil aliud q̃ materia ẽ quæ actu esse nõ potest nisi ab efficiẽte eliciat̃. Anaximenes uero milesius principiũ rerum aerem opinatus ẽ: ex quo fieri cuncta: & ĩ quẽ resolui cõtendit: animã enim nostrã aerẽ esse ait: hic enĩ nos cõtinet. Vniuersũ etiã mundũ spiritus & aer fouet: Idem autẽ aer & spiritus apud eũ est. Hic etiã errauit qa ex ĩformi ac simplici spiritu atq; aere animalia posse constitui putauit. Impossibile autẽ omnĩo est prĩcipiũ rerũ solũ esse materiã quom necesse sit efficientẽ causã ponere. Non enĩ ex argẽto aut ligno aut aere uasculũ unq̃ fiet nisi artifex fecerit. Heraclitus uero & Hippassus metapõtinus ignẽ eẽ prĩcipiũ putarũt quo extĩcto cætera gignunt̃: cuius solidiorẽ partẽ in se contractã atq;

cōſtipatā terrā fieri: terram porro ab igne reſolutā in aquam uerti: & exhalatiões aquaꝝ ī aerē trāſire. Rurſus aūt uniuerſa corpa mūdumq̄ ipſū ignis ardore corrumpi. Principiū igiť ignis eſt inqt quia ex eo ſunt oīa & in eū deū reſoluunť. Democritus quē epicurus ſequiť principiū rerū aſſerit corpuſcula quædā minutiſſima: quas atomos appellat ratiõe cognoſcibiles ſolidas nõ generabiles nec corruptibiles oī fractura ſupiores quæ alterari nõ poſſūt. Has in uacuo & p uacuū moueri aſſerit quod īfinitū eē opinať. Atomos quoq̄ ipſas īfinitas numero dicit qbus accidūt figura & magnitudo ſecūdū Democritū. Epicurus autem pondus etiā adiecit! Nõ enī mouebunť inqt niſi pondere deferantur. Figuras porro atomoꝝ nec infinitas & eiuſmodi eē aſſerūt ut frāgi nõ poſſint. Atomos enī dicta eſt nõ qa minima ſit: ſed qa diuidi ac frangi nequeat. Atomos autē eſſe dicunt quia uacuū atq̄ unitas elementa ſūt. Empedocles uero agrigētinus quatuor elemēta ignē uidelicet aerē aquā & terrā pricipia ponit. Duas etiā uirtutes amicitiā atq̄ litē: & amicitiā qdem coniungere: litē uero diſtinguere. Hæc fuit primorum philoſophorum diſcrepantia: Iſtæ ſunt de prīcipiis illoꝝ inanes opiniones. Nõ enī deum creatorē nec deos omīo aut īcorporeas & irrationales ſubſtātias nec illud quod ſupra ſenſū ſit in principiorū numero accæperūt. Primus autē græcoꝝ oīum Anaxagora ferť intellectū rerū omniū cauſā aſſeruiſſe: q philoſophādi amore agros ſuos dicitur incultos reliquiſſe: Is primus efficientē cauſam rationalē arbitratus eſt: confuſa enī omīa ſimul fuerūt: ſed intellectus a cõfuſione in ordinē ea redegit: admiratione uero dignū eſt ꝙ ita dicētē parū defuit quin athenienſes lapidibus obruerēt: quia uidelicet nõ ſolē ſed ſolis creatorē uenerabať: Is & ſi rebus oībus intellectū propoſuit nõ tamē conſequēter ubiq̄ ſeruauit. Vnde Socrates apud Platonē de anīa uehemēter eū incuſat. Quom legiſſem inqt Anaxagorā dicentē oīum cauſā eē intellectū magna lætitia pfuſus putaui magiſtrū iā me Anaxagorā inueniſſe q mihi diceret omīa optime ab ītellectu eſſe diſpoſita: & a quo diſcere poſſē utrū terra rotunda an triangularis ſit. Cauſam enim afferre ipſū arbitratus ſū. Quare altero alterū melius: & quia optimū ē talē terrā eſſe: & ſi in medio ipſā diceret ilico exponeret quia optimū ē ī medio ſitā eſſe: ac eodē modo de ſole luna & de uelocitate ipſorū: & de aliis ſingulis quod optimū ſit alia pati alia facere quæ patiunť & faciunt nõ enī alia cā q̄ optima reddi poteſt ſi a ratiõe atq̄ ab ītellectu diſpoſita ſunt: magno igiť gaudio ſæpe libros eius plegi: & pgreſſus aerē aquam ignē cæteraq̄ huiuſmodi afferre Anaxagorā uidens: eiſq̄ cauſas rerum attribuere: nec ītellectui ac ratiõi aliqd attribuere magna de ſpe decidi

Simillimũ enĩ mihi facere uidebat: ac si qs diceret oĩa ĩtellectu atq̃ rõne a Socrate fieri: Deĩde quũ reddere causã uellet q̃re hic sedeã rñderet qa corpus meũ ossibus atq̃ neruis cõstat: quom ossa articulos cõiunctio/nesq̃ habeant neruis colligatas: & nerui trahi atq̃ retrahi soleant: flecti hoc modo corpus facile posse qa de causa fit ut sedeã: nõ enĩ uera causa reddit: sed qa uidelicet eũ athenienses mortis crimine condemnarint: & mihi iustius uisũ est sententiã hanc subire: Iccirco expectans hic sedeo: Nã per canẽ nisi hoc esset si fugere mihi melius uisũ eẽt: hæc ossa & isti nerui megaræ & ĩ boetia essent. Si qs uero contendat nõ posse me quæ mihi optima uident absq̃ neruis & ossibus cæterisq̃ huius efficere: uero q̃dẽ dicit. Per hæc enĩ facio: ratio autẽ eoꝝ quæ intellectu fiunt nõ hæc sed melioris aut certe optĩ ẽ. Et post pauca ita & terrã alius reuolutiõe cæloꝝ in mediũ depelli alius ꝓpter latitudinẽ suã ab aere sustineri: quod autẽ melius sit in medio sitã esse ne quærunt quidẽ. Est autẽ quod omĩa ligat & bonũ ipsũ quod nescio quomodo oẽs negligũt. Hæc Socrates. Anaxagoræ autẽ successit Arcesilaus quẽ Socrates audiuit: præterea & Xenophanes & Pythagoras: q Anaxagoræ temporibus floruerunt de æternitate dei & de animæ ĩmortalitate philosophati sunt.

Vnc uideamus quales opiniones de diis philosophi habuerunt: Plutarchus sic ĩ libro prædicto scribit. Nõnulli philosophoꝝ inq̃t ueluti Diagoras Milesius & Theodorus cyrenaicus & Euemerus egiata & Calimachus nullo modo deos asserebãt. Euripides etiã tragicus q̃uis Ariopagitarũ formidine nõ omnĩo se aperuerit: Sisyphũ tamẽ induxit quasi huius opinionis ꝓtectorẽ: & quibuscũq̃ potuit rationibus sentẽtiã eius tutatus est: & Anaxagoram qui una stetisse corpora confuse primo affirmauit: Deinde a deo in ordinẽ distincta: & Platonẽ qui nõ stetisse: sed ĩordinate mota fuisse primo dixit: deinde a deo in ordinem redacta reprehẽdit qa dixerũt deo de his ĩferioribus curã esse. Beatũ enim illud animal atq̃ ĩcorruptibile ĩq̃t omni bono repletũ & omĩs mali expers ad beatitudinẽ suã conuersũ res humanas nõ animaduertit. Miserũ enĩ eẽt si fabri aut operarii more ad huiusmodi fabricã se cõuerteret. Præterea deus quẽ dicũt ãte ordinationẽ totius aut dormiebat ĩq̃t: aut uigilabat aut si neutrũ uerũ ẽ: nec erat omĩo: Si ergo dormiebat a sæculo mortuũ fuisse necesse est: Sempiternus enĩ somnus mors ẽ: Deus aũt nec somnii nec mortis particeps ẽ: Sĩ uero uigilabat aut pfectã beatitudinẽ habuit aut mancã atq̃ impfectã: Si pfectã nullius rei ĩdigebat: q̃re nec ad nouã rerũ ꝓductionẽ descẽdisse ipsũ uerisimile fit: Sin aũt manca beatitudo,

affuerát quomodo uere dici deus pôt: cui quicq̃ abfuisse conceditꝰ Ad hæc quomodo si diuinitus humana gubernantur: boni uexãtur: & mali foeliciter uiuũtꝰ Thales mundũ deũ eẽ asserit. Democritus mũdi animã ait deũ esse: & eũ pilæ igneæ formã possidere. Pythagoras de principiis unitatẽ deũ & bonũ: unitatẽq; esse unius naturã ĩtellectũ uidelicet ipsũ dualitatẽ uero dæmonem esse ac malũ: in qua materialis est multitudo. Socrates & Plato unicũ uniforme quod uere ens atq; bonũ est: hæc aũt uocabula ad intellectũ oĩa spectare. Deus igiť intellectus ẽ & species sepabilis idest pcul ab oĩ materia & nulli passibili coniuncta. Aristoteles supnũ deũ sepabilẽ speciẽ uniuersi sphæræ ĩsidẽtẽ: Sphærã aũt corpus æthereũ qđ ipse qntũ appellat: Quod quom pmultas sphæras diuidať naťa cõiunctas & ratione separatas unãquanq; sphærarꝝ cõpositã ex aĩa & corpore animal eẽ arbitrať: & corpus qdẽ ut diximus quom æthereũ sit circulariter moueri: Animã uero quis per se sit immobilis ipsã tamẽ motus causã esse. Stoici deũ artificiosũ ignẽ atq; ĩtellectualẽ esse asserũt uia rationeq; ad generationẽ mundi progredientem: qui mundus omẽs spermaticas rationes qbus singula secundũ fata gignunť in se continet. Deũ autẽ spiritũ esse p uniuersũ mundũ penetrantẽ diuersis nominibus appellatũ secundũ rerũ p quas transit diuersitatẽ. Mundũ etiã deũ esse & stellas & terrã: Supremũ autẽ omniũ ĩtellectũ esse ĩ æthere. Epicurus deos hominũ formã habere q̃uis nõ sensu pꝑter tenuitatẽ naturæ: sed ratione pcipianť. Quattuor deinde ĩcorruptibiles ponit naturas atomos uacuũ: ĩfinitũ: similitudines: quas qdẽ naturas similiũ partiũ & elemẽta ipse uocat. Hic manifeste uidemus nullam græcos ante Pythagorã atq; Anaxagorã dei habuisse cognitionẽ: qre antiq̃ssimis tẽporibus ut phœnices & ægyptii q ut ostendimus nõ incorporeas quasdam uirtutes: sed mortales uiros ut deos colebant: Sic græci quoq; diuinos honores hoĩbus conferebant.

Erũ quoniã alii philosophorꝝ sensibus cuncta cognosci arbitrabãť alii cõtra rationi solũmodo credendũ & sensũ omnino abiiciendũ dicebãt: Nõ ẽ ĩutile qd aduersus istos Aristoteles ĩ octauo đ philosophia cõscripsit pstringere: Multi inqt rationẽ solũmodo sequẽtes sensum ac phantasiã oĩo abiiciebãt: ut Xenophanes colophonius: & Parmẽides eleata: & Zeno: & Milesius de antiqoribus: De iunioribus aũt Stilpo et megarici q dicebãt unũ esse quod est: & quod diuersũ eẽ uideť: diuersũ nõ esse nec gigni quicq̃: nec corrũpi: nec moueri penitus: aduersus quos q̃uis ĩ philosophia multa dicanť: tamẽ etiã nunc pauca dicamus. Diuina igiť res in nobis ratio ẽ: indigemus tamen sensu queadmodũ & corpore:

Nā & sensus naturæ dē sensibilibus iudicat. Qui enī sentit aliqd patit: & qui sentit quod patit eā passionē pfecto cognoscit: Sēsus igit cognitio quædā est. Præterea si sētire pati quoddā ē: & omē quod patit ab aliquo patit: Omnino diuersū aliudq̧ quod facit ē ab eo quod patit ut color & sonus a sensu. Deinde ipsū ens unū nouerit: sed nec īmobile. Sensus enī motus qdam ē: quomodo autē si nihil ad cognitionē cōferunt nullus ē q nollet secundū naturā sibi sensus esse dispositos! Omēs enī integritatem sēsuū organorūq̧ suauitatē desiderāt q melius ita de sēsibilibus iudicāt. Quare natura duce tantus nobis amor inest: ut nullus nō insanus unum sensū p omībus bonis quæ uocant extrema uellet cōmutare. Cur aūt si nihil sensibus egeāt nō eruunt oculos nec auditum destruunt: ut operæ ostendant uerā esse doctrinā suā! Nunc uero uerbis quidā eos uituperāt: re aūt maxime omniū utunt. Melissus enī quom sensibilia nihil esse uelit ostēdere p sensibilia hoc ipsū efficere conat: Si enī terra est inqt & aer: & ignis: & ferrū: & aurū: & aliud uiuēs: aliud mortuū: aliud nigrū: aliud albū: cæteraq̧ omnia quæ uere esse homines credunt: si etiam nos recte uidemus: audimus atq̧ sentimus: ens quoq̧ tale quid esset pfecto quale nobis primo uisū est: neq̧ transmoueret nec aliud ex alio fieret: sed sibi ipsi simile pmaneret. Nunc uero quom dicamus recte sētire uidet nobis quod calidū ē in frigidū: & frigidū in calidū: similiter & molle in durū: atq̧ contra pmutari. Merito igit posset quispiā percunctari. Nonne igit calidū in frigidū transmutari cæteraq̧ huius sensu cognouisti! Sed rōnes opinionesq̧ istorū iam ita explosæ sunt ut nec dictæ quidē esse uideant. Recte igit procul dubitatione illi philosophant qui & sensū & rationē ad cognitionē rerum suscipiunt. Hic Aristoteles Xenophanem & eius similes uexauit. Xenophanem autē Prothagoras & Nessas audiuerunt: Nessam Metrodorus: Metrodorū Diogenes: Diogenem Anaxarchus: Anaxarchū Pyrro: a quo sceptici philosophi appellati sunt: q nec sensu: nec ratione qcq̄ posse cōprehēdi docētes magno risu oīum explosi sunt.

.Finis.

Artis hic: & fidei splendet mirabile numen:
 Quod fama auctores: auget honore deos.
Quid magis artificem peteret Dux: christus: & auctor!
 Tres facit æternos ingeniosa manus.

.M.CCCC.LXXIII.

.Leonhardus Aurl.

M.
K. F. Koehler. md.– Lire

